


NAZIONALE
8
13
I
41
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
ROMA




RITVALE PARISIENSE, AD ROMANI FORMAM EXPRESSVM.

Authoritate Illustrißimi & Reuerendißimi in Christo Patris D. D. IOANNIS FRANCISCI DE GONDY, *Parisiensis Archiepiscopi editum.*

Sacristiæ Domus Parisiensis Oratorij.





PARISIIS,

Apud PETRVM TARGA, Typographum ordinarium Illustriss. & Reuerendiss: D. D. Archiepisc. Parisc.

viâ S. Victoris ad insigne Solis aurei.

M. DC. XLVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



IOANNES FRANCISCVS DE GONDY,

DEI ET SANCTÆ SEDIS Apostolicæ gratiâ, Parisiensis Archiepiscopus, Omnibus Parochis & cæteris Presbyteris in Vrbe & Diœcesi Parisiensi constitutis,

SALVTEM IN CHRISTO IESV.



XIGIT Pastoralis officij nostri ratio, Dilectissimi, vt quo magis necessaria sunt, vberiora, præstantioraque Sacramenta; eò diligentius & intimâ animi pietate, & externo cultu ac veneratione a Vobis tractari curemus. Id cum vix ad onus Pontificale, immeriti licet, ex Dei summâ misericordiâ & benignitate assumpti probè intelligeremus; inter præcipuas muneris nostri partes esse censuimus Rituale Vobis dare, quo eorundem rite ac

ſanctè miniſtrandorum forma præſcriberetur. Verùm, quod humanæ conditionis eſt, cum opus non tam perfectum, quàm inchoatum viſum fuiſſet, eaque veſtra eſſent vota, vt, diſtractis & vſu conſumptis exemplaribus, ſuprema tandem illi manus imponeretur: votis veſtris, quæ ad Dei gloriam, Eccleſiæ ſuæ ſanctæ decus, plebiſque Nobis ac Vobis commiſſæ ſalutem concipitis, ſtudia noſtra libenter adiunximus. Eo fine mandauimus aliquot viris, quorum conſilio & operâ in rebus Eccleſiæ noſtræ frequenter vtimur, vt in eo reuiſendo nouam diligentiam adhiberent, efficerentque, vt quod fœliciter cœptum fuerat, pro ſua eruditione atque pietate perficeretur. Quod cùm exactè, atque, quod ſperamus, non ſine magno emolumento præſtiterint; Nos Authoritate præſentium, Vobis omnibus ac ſingulis ad quos adminiſtrandorum Sacramentorum ex officio vel commiſſione in Diœceſi noſtrâ cura ſpectat, Mandamus & præcipimus, vt hoc Libro Rituali de nouo reſtituto impoſterum vtamini; tollentes & abolentes quæcunque alia ſiue à Nobis, ſiue à Prædeceſſoribus noſtris anteà probata & peruulgata fuerint. Monemus præterea ac per viſcera Ieſu Chriſti Domini noſtri hortamur, vt quò meliùs & faciliùs adimpleatis auguſtum ac ſanctum, quod à Domino accepiſtis miniſterium, ſemel in anno pro veſtrâ fide integrum attentè legatis: ſic enim veſtra non minùs in exequendo religio, quàm noſtra in decernendo diligentia comprobabitur. Quia verò inuiolatum illud atque incorruptum haberi volumus, quod fieri vix poſſet ſi cuilibet Typographo

edendi copia fieret; prohibemus ne absque expressa nostra licentia imprimatur, aut impressum sine eâ proponatur vel recipiatur. Confidimus, Fratres charissimi atque dilectissimi, de Vobis meliora; & qui plurimorum vestrûm est in Ecclesiasticam disciplinam amor polliceri videtur, quod quanto poteritis maximo studio amplectemini, legetis, sequemini, totosque Vos ad eius rationem accommodabitis. Det Vobis omnibus Deus vigorem spiritus Sacerdotalis, vt cum venerit Christus Dominus Princeps Pastorum, immarcessibilem æternæ gloriæ coronam percipiatis. Valete. Lutetiæ, Kal. Decemb. Anno Reparatæ Salutis 1645.



Elucidatio Kalendarij.

IN Kalendario locatur primò Cyclus Epactarum reformatus, deinde litteræ Dominicales & Feriarum: tertiò numerus Kalendarum, Nonarum, & Iduum: quarto dies cuiusque mensis cum festis Sanctorum suo loco.

De numero Nonarum & Iduum cuiusque mensis. Versus.

Sex Maius Nonas, October, Iulius & Mars:
Quattuor at reliqui, dabit Idus quilibet octo.

Qua die mensis Kalendæ, Nonæ & Idus sumuntur.

Prima quaque mensis die dicitur, Calendis. Vbi autem Nonæ fuerint quattuor, quinta die dicitur, Nonis: decimâ tertiâ, Idibus: vbi fuerint sex, septima die dicitur Nonis, decimâ quintâ Idibus: reliquis verò diebus dicitur, pridie, tertio, quarto Calendas aut Nonas, retrorsum numerando vsque ad eum diem, quo aut Calendis, aut Nonis, aut Idibus dicitur.

De Anno & eius partibus.

Annus habet menses duodecim, hebdomadas quinquaginta duas cum die vno: dies trecentos sexaginta quinque & sex horas. Hoc enim temporis interuallo, Sol Zodiacum circuit. Quater autem sex horæ singulis quaternis annis diem constituunt: hinc annus ille fit intercalaris, qui Bissextilis dicitur.

De numero dierum cuiusque mensis. Versus.

Triginta Aprilis, Iunius, Septemque, Nouémque:
Vno plus alij, viginti Februus octo:
At si Bissextus fuerit, supperadditur vnus,
Et tunc Bissexto Marti conscribe Calendas.

Aduentus vnde incipit.

Aduentus Domini inchoatur Dominica propinquiori festo sancti

Andreæ, vel ipſo die ſancti Andreæ, ſi in Dominica venerit.

Quatuor Tempora.

Quatuor tempora celebrantur quarta & ſexta feria & Sabbato poſt tertiam Dominicam Aduentus, poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, poſt Pentecoſten, & poſt feſtum ſanctæ Crucis.

Dies Nuptiarum ex Decreto Concilij Tridentini.

A Dominica prima Aduentus vſque in diem Epiphaniæ. Et à feria quarta Cinerum vſque ad octauam Paſchæ incluſiuè, ſolemnitates nuptiarum prohibentur, aliis temporibus permittuntur.

Errata ſic emenda.

PAgina 24. lineâ 3. iuit. lege init. p. 47. l. vlt. eorum. l. earum. p. 48. l. 7. l. ex omnibus. p. 63. l. 8. eam. l. eum. p. 103. l. 11. quem l. quam p. 150. l. 7. agonià. l. agoniam. p. 153. eo. l. (ea.) pag. 163. l. 18. & vltimâ dicit. l. dixit. p. 191. l. 1. lege & calix meus. p. 245. l. 15. collocat. l. collocet p. 361. l. 9. tuamur. l. muniamur. p. 425. l. 31. calefactoris. l. calefactorijs. p. 437. l. 7. illud. l. illum.



TABELLA TEMPORARIA.

Anni Domini.	Litteræ Dominical.	Aureus numerus.	Epactæ.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha.	Dominica prima Aduent.
1646	g	13	xiii	28. Ian.	14. Feb.	1. April.	2. Dec.
1647	f	14	xxiiii	17. Feb.	6. Mart.	21. Apr.	1. Dec.
1648	e d	15	v	9. Feb.	26. Feb.	12. Apr.	29. Nou.
1649	c	16	xvi	31. Ian.	17. Feb.	4. Apr.	28. Nou.
1650	b	17	xxvij	13. Feb.	2. Mart.	17. Apr.	27. Nou.
1651	A	18	viii	5. Feb.	22. Feb.	9. April.	3. Dec.
1652	g f	19	xix	28. Ian.	14. Feb.	31. Mart.	1. Dec.
1653	e	1	j	9. Feb.	26. Feb.	13. April.	30. Nou.
1654	d	2	xii	1. Feb.	18. Feb.	5. April.	29. Nou.
1655	c	3	xxiii	24. Ian.	10. Feb.	28. Mar.	28. Nou.
1656	b A	4	iiii	13. Feb.	1. Mart.	16. Apr.	3. Dec.
1657	g	5	xv	28. Ian.	14. Feb.	1. April.	2. Dec.
1658	f	6	xxvi	17. Feb.	6. Mart.	21. April.	1. Dec.
1659	e	7	vii	9. Feb.	26. Feb.	13. Apr.	30. Nou.
1660	d c	8	xviii	25. Ian.	11. Feb.	28. Mar.	28. No.
1661	b	9	xxix	13. Feb.	2. Mart.	17. Apr.	27. Nou.
1662	A	10	x	5. Feb.	22. Feb.	9. April.	3. Dec.
1663	g	11	xxi	21. Ian.	7. Feb.	25. Mar.	2. Dec.
1664	f e	12	ii	10. Feb.	26. Feb.	13. Apr.	30. Nou.
1665	d	13	xiii	1. Febr.	18. Feb.	5. April.	29. No.
1666	c	14	xxiv	21. Feb.	10. Mar.	25. Apr.	28. Nou.
1667	b	15	v	6. Feb.	23. Feb.	10. Apr.	27. No.
1668	A g	16	xvi	29. Ian.	15. Feb.	1. April.	2. Dec
1669	f	17	xxvii	17. Feb.	6. Mart.	21. Apr.	1. Dec'
1670	e	18	xiii	2. Feb.	19. Feb.	6. April.	30. Nou'
1671	d	19	xix	25. Ian.	11. Feb.	29. Mar.	29. No.
1672	c b	1	j	14. Feb.	2. Mar.	17. Apr.	27. No.
1673	A	2	xii	29. Ian.	15. Feb.	2. April.	3. Dec.
1674	g	3	xxiii	21. Ian.	7. Feb.	25. Mar.	2. Dec.
1675	f	4	iiii	10. Feb.	27. Feb.	14. Apr.	1. Dec.

IANVARIVS.

Cyclus Epact.	Litteræ Dom.	Dies mensis.		
*	A	Kal.	1	Circumciſio Domini. duplex ſolemne.
xxix.	b	iiii	2	Octaua S. Stephani. ſemid. cum comm. Oct.
xxviij	c	iii	3	Genoueſæ virginis. dupl. cum Octauis. fit comm. Oct. S. Ioann. & SS. Innoc. & ſancti Rigoberti.
xxvij	d	Prid.	4	Octa. SS. Innocent. ſemid. cum comm. S. Genoueſæ, & S. Rigoberti.
xxvi	e	Non.	5	De Oct. S. Genoueſæ. cum comm. Vigiliæ Epiph.
25. xxv	f	viii	6	Epiphania Domini. dupl. ſolemne, cum Octau.
xxiiii	g	vii	7	De Octaua Epiph. & commem. S. Genoueſæ.
xxiii	A	vi	8	De Octaua. cum commem. S. Genoueſæ & ſancti Simeonis monachi.
xxii	b	v	9	De Octaua. & commem. S. Genoueſæ.
xxi	c	iiii	10	Octaua S. Genoueſæ virg. ſemid. cum comm. Oct. Epiph. & S. Pauli primi Heremitæ.
xx	d	iii	11	Guillelmi Episc. & Conf. dupl. cum commem. Octau. Epiph.
xix	e	Prid.	12	De Octaua.
xviii	f	Idib	13	Octaua Epiphaniæ. ſemiduplex.
xvii	g	xix	14	Hilarij Epiſcopi & Confeſſ. ſemid. cum commem. S. Felicis presbyt. & mart.
xvi	A	xviii	15	Mauri Abbatis. ſemid. cum commem. S. Boniti Epiſcopi & Confeſſ.
xv	b	xvii	16	Marcelli Papæ & mart. ſimp. & côm. S. Furſei Abb.
xiiii	c	xvi	17	Antonij Abbatis. duplex.
xiii	d	xv	18	Cathedra S. Petri Romæ. ſemid. & commemor. S. Priſcæ virginis & martyris.
xii	e	xiiii	19	Launomari Abbatis. ſimplex.
xi	f	xiii	20	Fabiani & Sebaſtiani mart. duplex.
x	g	xii	21	Agnetis virginis & martyris. ſemiduplex.
ix	A	xi	22	Vincentij martyris. duplex.
viii	b	x	23	Sulpicij Epiſcopi & Confeſſoris. ſemid. & commem. S. Emerentianæ virginis & martyris.
vii	c	ix	24	Babylæ & ſociorum mart. ſimplex.
vi	d	viii	25	Conuerſio S. Pauli Apoſtoli. dupl. cum commem. S. Praiecti Epiſcopi & martyris.
v	e	vii	26	Polycarpi Epiſcopi & martyris. ſimplex.
iiii	f	vi	27	Ioannis Chryſoſtomi Epiſcopi & Conf. ſemid.
iii	g	v	28	Iuliani Epiſcopi & Confeſſ. ſemid. & commem. S. Agnetis ſecundò.
ii	A	iiii	29	Paulæ viduæ. ſimplex.
i	b	iii	30	Bathildis Reginæ Franciæ, viduæ. ſimplex.
*	c	Prid.	31	

FEBRVARIVS.

Cyclus Epact.	Litteræ Dom.		Dies mensis.	
xxix	d	Kal.	1	Ignatij Episcopi & martyris. semiduplex.
xxviij	c	iiii	2	Purificatio B. Mariæ Virginis duplex solemne.
xxvij	f	iii	3	Blasij Episcopi & martyris duplex.
xxvi	g	Prid.	4	
25. xxiiii	A	Non.	5	Agathæ virginis & martyris. semiduplex.
xxiii	b	viii	6	Vedasti & Amandi Episc. & Cõfess. simplex.
xxii	c	vii	7	
xxi	d	vi	8	
xx	e	v	9	
xix	f	iiii	10	Scholasticæ virginis. simplex.
xviii	g	iii	11	Seuerini Abbatis. semiduplex.
xvii	A	Prid.	12	Guillelmi Confessoris. simplex.
xvi	b	Idib.	13	
xv	c	xvi	14	Valentini Presbyteri & martyris. simplex.
xiiii	d	xv	15	
xiii	e	xiiii	16	
xii	f	xiii	17	
xi	g	xii	18	Simeonis Episcopi & martyris. simplex.
x	A	xi	19	
ix	b	x	20	
viii	c	ix	21	
vii	d	viii	22	Cathedra S. Petri Antiochiæ. semiduplex.
vi	e	vii	23	Vigilia, sine ieiunio.
v	f	vi	24	Matthiæ Apostoli. duplex.
iiii	g	v	25	
iii	A	iiii	26	
ii	b	iii	27	
j	c	Prid.	28	

In anno Bissextili Februarius est dierum 29. & festum S. Matthiæ celebratur 25. Februarij, & bis dicitur, sexto Kalendas, id est 24. & die 25. & littera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Ianuario, mutatur in præcedentem: vt si in Ianuario littera Dominicalis fuit A, mutatur in præcedentem, quæ est g, &c.

MARTIVS.

Cyclus Epact.	Litteræ Dom.		Dies Mensis.	
*	d	Kal.	1	Albini Episcopi & Confessoris. simplex.
xxix	e	vi	2	
xxviii	f	v	3	Feria vj. post Cineres, celebratur Festum Quinque Plagarum Christi. duplex.
xxvii	g	iiii	4	
xxvi	A	iii	5	
25. xxv	b	Prid.	6	
xxiiii	c	Non.	7	Thomæ de Aquino Confessoris. duplex & comm. SS. Perpetuæ, & Felicitatis maryrum.
xxiii	d	viii	8	
xxii	e	vii	9	Quadraginta martyrum. semiduplex.
xxi	f	vi	10	
xx	g	v	11	
xix	A	iiii	12	Gregorij Papæ & Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris. duplex.
xviii	b	iii	13	
xvii	c	Prid.	14	
xvi	d	Idib.	15	
xv	e	xvii	16	
xiiii	f	xvi	17	Gertrudis virginis. duplex.
xiii	g	xv	18	
xii	A	xiiii	19	Ioseph Confessoris. duplex.
xi	b	xiii	20	Ioachim Confessoris. duplex.
x.	c.	xii	21	Benedicti Abbatis. semiduplex.
ix	d	xi	22	
viii	e	x	23	
vii	f	ix	24	
vi	g	viii	25	Annunciatio B. Mariæ. duplex solemne.
v	A	vii	26	
iiii	b	vi	27	
iii	c	v	28	
ii	d	iiii	29	
j	e	iii	30	Feria vj post Dominicam Passionis, celebratur Festum Compassionis B. Mariæ. duplex.
*	f	Prid.	31	

APRILIS.

Cyclus Epact.	Litteræ Dom.		Dies mensis.	
xxix	g	Kal.	1	Mariæ Ægyptiæ. duplex.
xxviii	A	iiii	2	Francisci de Paula Confessoris. semiduplex.
xxvii	b	iii	3	
25. xxvi	c	Prid.	4	Ambrosij Episcopi, Confessoris & Ecclesiæ Doctoris. duplex.
xxv.xxiv	d	Non.	5	
xxiii	e	viii	6	
xxii	f	vii	7	
xxi	g	vi	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iiii	10	
xviii	c	iii	11	Leonis Papæ & Confessoris. duplex.
xvii	d	Prid.	12	
xvi	e	Idib.	13	
xv	f	xviii	14	Tiburtij, Valeriani, & Maximi mart. simplex.
xiiii	g	xvii	15	
xiii	A	xvi	16	
xii	b	xv	17	
xi	c	xiiii	18	
x	d	xiii	19	
ix	e	xii	20	
viii	f	xi	21	
vii	g	x	22	Inuentio S. Dionysij Episc. & mart. & sociorum mart. dupl. & commem. S. Oportunæ virginis.
vi	A	ix	23	Georgij martyris. semidupl. cum comm. S. Reguli Episcopi & Confessoris.
v	b	viii	24	
iiii	c	vii	25	Marci Euangelistæ duplex.
iii	d	vi	26	
ii	e	v	27	
i	f	iiii	28	Vitalis martyris. simplex.
*	g	iii	29	Petri martyris. semiduplex.
xxix	A	Prid.	30	Eutropij Episcopi & martyris. semiduplex.

MAIVS.

Cyclus Epact.	Litteræ Dom.		Dies Mensis.	
xxviii	b	Kal.	1	Philippi & Iacobi Apostolorum duplex.
xxvii	c	vi	2	Athanasij Episcopi & Confessoris. semiduplex.
xxvi	d	v	3	Inuentio S. Crucis, duplex & comm. SS. Alexandri, Euentij, Theoduli martyrum, ac Iuuenalis Episcopi & Confessoris.
25 xxv	e	iiii	4	Monicæ viduæ. simplex.
xxiiii	f	iii	5	
xxiii	g	Prid.	6	Ioannis ante portam Latinam. semiduplex.
xxii	A	Non.	7	
xxi	b	viii	8	
xx	c	vii	9	Translatio S Nicolai Episcopi & Conf. duplex.
xix	d	vi	10	Gregorij Nazianzeni Episc. & Conf. semid. & comm. SS. Gordiani & Epimachi martyrum.
xviii	e	v	11	Mamerti Episcopi & Confessoris. simplex.
xvii	f	iiii	12	Nerei, Achillei, & Domitillæ virginis, atque Pancratij martyrum. simplex.
xvi	g	iii	13	
xv	A	Prid.	14	
xiiii	b	Idib.	15	
xiii	c	xvii	16	Honorati Episcopi & Confessoris. simplex.
xii	d	xvi	17	
xi	e	xv	18	
x	f	xiiii	19	Iuonis Confessoris. semiduplex.
ix	g	xiii	20	Petri Papæ & Confessoris. semiduplex.
viii	A	xii	21	
vii	b	xi	22	
vi	c	x	23	
v	d*	ix	24	
iiii	e	viii	25	Vrbani Papæ & martyris. simplex.
iii	f	vii	26	
ii	g	vi	27	
j	A	v	28	Germani Episcopi Parisiensis Confess. duplex.
*	b	iiii	29	
xxix	c	iii	30	
xxviii	d	Prid.	31	Cantij, Cantiani & Cantianillæ martyrum. simplex. & comm. Petronillæ virginis.

IVNIVS.

Cyclus Epact.	Litteræ Dom.		Dies mensis.	
xxvii	c	Kal.	1	
xxvi	f	iiii	2	Marcellini, Petri, & Erasmi martyrum. simplex.
25. xxiv	g	iii	3	Clotildis Reginæ Franciæ viduæ. semiduplex.
xxiii	A	Prid.	4	
xxii	b	Non.	5	
xxi	c	viii	6	
xx	d	vii	7	
xix	e	vi	8	Medardi & Gildardi Episc. & Confess. simplex.
xviii	f	v	9	Primi, & Feliciani martyrum. simplex.
xvii	g	iiii	10	Landerici Episcopi Parisiensis & Cõfess. duplex.
xvi	A	iii	11	Barnabæ Apostoli. duplex.
xv	b	Prid.	12	Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij martyrum. simplex.
xiiii	c	Idib.	13	
xiii	d	xviii	14	Basilij Magni Episcopi & Confessoris. semiduplex.
xii	e	xvii	15	Viti, Modesti, & Crescentiæ martyrum. simplex.
xi	f	xvi	16	Ferreoli, & Ferrutionis mart. duplex, & comm. Cirici & Iulittæ martyrum.
x	g	xv	17	Auiti Abbatis. simplex.
ix	A	xiiii	18	Marci & Marcelliani mart. simplex. & comm. Marinæ virginis.
viii	b	xiii	19	Geruasij, & Protasij martyrum. semiduplex.
vii	c	xii	20	
vi	d	xi	21	Leufredi Abbatis. semiduplex.
v	e	x	22	Paulini Episcopi & Confessoris. simplex.
iiii	f	ix	23	Vigilia, cum Ieiunio.
iii	g	viii	24	Natiuitas S. Ioannis Baptistæ. dupl. cũ Oct. & cõm. SS. Agoardi & Agliberti mart. in Laud. tantùm.
ii	A	vii	25	Translatio S. Eligij Episcopi & Cõfessoris. semidupl. cum commem. Octau. S. Ioannis Baptistæ.
j	b	vi	26	Ioannis & Pauli mart. semidupl. cum commem. Octau. Natiuit. S. Ioannis.
*	c	v	27	De Octaua Natiuitatis S. Ioannis.
xxix	d	iiii	28	De Octaua Natiuitatis S. Ioannis & commem. Vigiliæ. Ieiunium.
xxviii	e	iii	29	Petri & Pauli Apost. dupl. cum Octau. commem. Oct. S. Ioan. in Laudibus tantùm.
xxvii	f	Prid.	30	Commemor. S. Pauli Apost. duplex, & commem. S. Petri, & Oct. Natiuitatis S. Ioannis.

IVLIVS.

Cyclus Epact.		Litteræ Dom.		Dies mensis.	
	xxvi	g	Kal.	1	Octaua S. Ioan Bapt. semid. & cõm. Oct. Apost.
25.	xxv	A	vi	2	Visitatio B. Mariæ. dupl. cum comm. Oct. Apost. & SS. Processi & Martiniani martyrum.
	xxiiii	b	v	3	De Octaua Apostolorum.
	xxiii	c	iiii	4	Translatio S. Martini Episcopi & Confessoris. semid & commem. Octau. Apostolorum.
	xxii	d	iii	5	Martialis Episc. & Conf. duplex. & commem. Octau. Apostol.
	xxi	e	Prid.	6	Octaua Apostolorum Petri & Pauli. semiduplex.
	xx	f	Non.	7	Trãslatio S Thomæ Episc. Cant. & mart. semid.
	xix	g	viii	8	Theobaldi Confessoris. semiduplex.
	xviii	A	vii	9	
	xvii	b	vi	10	Septem fratrum martyrum, & SS. Ruffinæ ac Secundæ virginũ & martyrum. simplex.
	xvi	c	v	11	Translatio S. Benedicti Abbatis. semiduplex.
	xv	d	iiii	12	
	xiiii	e	iii	13	Turiani Episcopi & Confessoris. semiduplex.
	xiii	f	Prid.	14	Bonauenturæ Episcopi & Confessoris. semid.
	xii	g	Idib.	15	
	xi	A	xvii	16	
	x	b	xvi	17	Alexij Confessoris. simplex.
	ix	c	xv	18	Arnulphi Episcopi & martyris. semiduplex.
	viii	d	xiiii	19	
	vii	e	xiii	20	Margaritæ virginis & martyris. simplex.
	vi	f	xii	21	Victoris martyris. semiduplex. cum commem. S. Praxedis virginis.
	v	g	xi	22	Mariæ Magdalenæ. duplex.
	iiii	A	x	23	Apollinaris Episcopi & martyris. simplex.
	iii	b	ix	24	Vigilia, sine Ieiunio. cum commemor. Christinæ virginis & martyris.
	ii	c	viii	25	Iacobi Apostoli duplex. comm. S. Christophori mart. & S. Germani Episcopi Parisiensis Confess. de cuius translatione erit ix. Lectio.
	i	d	vii	26	Translatio S. Marcelli Episc. Paris. & Conf. duplex.
	*	e	vi	27	Pantaleonis martyris. simplex.
	xxix	f	v	28	Annæ matris B. Mariæ duplex.
	xxviii	g	iiii	29	Marthæ virginis. duplex & comm SS Felicis Papæ, Simplicij, Faustini, & Beatricis martyrum, ac S. Lupi Episcopi & Confessoris.
	xxvii	A	iii	30	Abdon & Sennen martyrum. simplex.
25.	xxvi	b	Prid.	31	Germani Episcopi Antissiodorensis. semidupl.

AVGVSTVS.

Cyclus Epact.	Litteræ Dom.		Dies mensis.	
xxv.xxiv	c	Kal.	1	Petri ad Vincula. dupl. cum comm. SS. Machab. mart. & S. Exuperij Episc. & Confessoris.
xxiii	d	iiii	2	Stephani Papæ & martyris. simplex.
xxii	e	iii	3	Inuentio S. Stephani protomartyris. duplex.
xxi	f	Prid.	4	Dominici Confessoris. semiduplex.
xx	g	Non.	5	Ionij martyris. simplex.
xix	A	viii	6	Transfiguratio Domini. dupl. & comm. SS. Xisti Papæ, Felicissimi, & Agapiti martyrum.
xviii	b	vii	7	Donati Episcopi & martyris. simplex.
xvii	c	vi	8	Iustini martyris, semid. & commem. SS. Cyriaci, Largi, & Smaragdi martyrum.
xvi	d	v	9	Vigilia, cum Ieiunio, & comm. S. Romani martyr.
xv	e	iiii	10	Laurentii martyris. duplex.
xiiii	f	iii	11	Susceptio S. Coronæ Domini. duplex. cum comm. SS. Tiburtij & Susannæ martyrum.
xiii	g	Prid.	12	Claræ virginis. simplex.
xii	A	Idib.	13	Hippolyti & Cassiani martyrum. semiduplex.
xi	b	xix	14	Vigilia, cum Ieiunio, cum commem. S. Eusebij Confessor.
x	c	xviii	15	Assumptio B. Mariæ Virgnis. duplex Annuale cum Octauis.
ix	d	xvii	16	De Octau. Assumpt. B. Mariæ. cum commem. S. Rochi Confess.
viii	e	xvi	17	De Octaua.
vii	f	xv	18	Commem. Victoriæ Regis Philippi Pulchri. duplex, cum comm. S. Agapiti martyris.
vi	g	xiiii	19	De Octaua.
v	A	xiii	20	De Octaua.
iiii	b	xii	21	De Octaua.
iii	c	xi	22	Octaua Assumptionis B. Mariæ. dupl. cum comm. SS. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani mart.
ii	d	x	23	Vigilia, sine Ieiunio, & comm. SS. Timoth. & Apol. mart.
j	e	ix	24	Bartholomæi Apostoli. dupl. cum comm. S. Audoëni Episc. & Confess. in Laudibus tantùm.
*	f	viii	25	Ludouici Regis Franciæ Confessoris. duplex.
xxix	g	vii	26	Bernardi Abbatis. semid. & comm. SS. Irenæi & Abundij martyrum.
xxviii	A	vi	27	Georgij & Aurelij martyrum. semiduplex.
xxvii	b	v	28	Augustini Episcopi Confessoris & Ecclesiæ Doctoris. dupl. & commem. SS. Hermetis & Iuliani mart.
xxvi	c	iiii	29	Decollatio S. Ioannis Baptistæ semiduplex.
25. xxv	d	iii	30	Fiacrij Conf. semid. & commem. SS. Felicis & Adaucti mart.
xxiiii	e	Prid.	31	Mederici Abbatis. semiduplex.

Cyclus

SEPTEMBER.

Cyclus Epact.	Litteræ Dom.		Dies mensis.	
xxiii	f	Kal.	1	Lupi Episcopi & Confessoris. duplex.
xxii	g	iiii	2	Lazari Episcopi & martyris. duplex & commem. S. Antonini martyris.
xxi	A	iii	3	Ægidij Abbatis. semiduplex.
xx	b	Prid.	4	
xix	c	Non.	5	Victorini Episcopi & martyris. simplex.
xviii	d	viii	6	
xvii	e	vii	7	Clodoaldi Presbyteri & Confessoris. semiduplex.
xvi	f	vi	8	Natiuitas B. Mariæ Virginis. duplex solemne. cum Octauis, & commemor. S. Adriani martyris. in Laudibus tantùm.
xv	g	v	9	De Octaua S. Mariæ.
xiiii	A	iiii	10	De Octaua. comm. S. Nicolai de Tolent. Conf.
xiii	b	iii	11	De Octaua.
xii	c	Prid.	12	De Octaua.
xi	d	Idib.	13	De Octaua.
x	e	xviii	14	Exaltatio S. Crucis. duplex. cum commem. Octa. Natiuitatis S. Mariæ.
ix	f	xvii	15	Octaua Natiuitatis B. Mariæ. dupl. cum commem. S. Nicomedis martyris.
viii	g	xvi	16	Cornelij, & Cypriani Pontificum & mart. semid. & commemor. SS. Eufemiæ, Luciæ & Geminiani martyrum.
vii	A	xv	17	Audomari Episcopi & Confess. semid. & comm. S. Lamberti Episcopi & martyris.
vi	b	xiiii	18	
v	c	xiii	19	
iiii	d	xii	20	Vigilia, cum Ieiunio.
iii	e	xi	21	Matthæi Apostoli & Euangelistæ. duplex.
ii	f	x	22	Mauritij & sociorum martyrum. duplex.
j	g	ix	23	Lini Papæ & martyris. semidupl. cum commem. Theclæ virginis & martyris.
*	A	viii	24	Andochij & sociorum martyrum. simplex.
xxix	b	vii	25	Firmini Episcopi & martyris. semiduplex.
xxviii	c	vi	26	Parentij & Albinæ martyrum. simplex.
xxvii	d	v	27	Cosmæ & Damiani martyrum. duplex.
25. xxvi	e	iiii	28	Cerauni Episcopi Parisiensis & Confessoris. semid.
xxv. xxiv	f	iii	29	Dedicatio S. Michaëlis Archangeli. duplex.
xxiii	g	Prid.	30	Hieronymi Presbyteri, Confessoris & Ecclesiæ Doctoris, duplex.

OCTOBER.

Cyclus Epact.	Litteræ Dom.	Dies Mensis.		
xxii	A	Kal.	1	Translatio S. Remigij Epis. & Confes. semiduplex.
xxi	b	vi	2	Leodegarij Episcopi & martyris. simplex.
xx	c	v	3	
xix	d	iiii	4	Francisci Confessoris. duplex.
xviii	e	iii	5	Aureæ virginis. semiduplex.
xvii	f	Prid.	6	Brunonis Confessoris. semidupl. cum commemor. Sanctæ Fidei virginis & martyris.
xvi	g	Non.	7	Marci Papæ & Confess. simpl. & comm. SS. Sergij, Bacchi, Marcelli & Apulei martyrum.
xv	A	viii	8	Vigilia. sine Ieiunio. comm. S. Demetrij mart.
xiiii	b	vii	9	Dionysij, Rustici, & Elutherij martyrum, duplex solemne. cum Octauis.
xiii	c	vi	10	De Octaua S. Dionysij.
xii	d	v	11	De Octaua S. Dionysij.
xi	e	iiii	12	De Octaua S. Dionysij.
x	f	iii	13	De Octaua S. Dionysij.
ix	g	Prid	14	De Octaua S. Dionysij. & commem. S. Callisti Papæ & martyris.
viii	A	Idib.	15	De Octaua S. Dionysij.
vii	b	xvii	16	Octaua S. Dionysij. duplex.
vi	c	xvi	17	Geraldi Confessoris. semidupl. cum commemor. S. Cerbonij Episcopi & Confessoris.
v	d	xv	18	Lucæ Euangelistæ. duplex. cum commem. S. Herblandi Abbatis. in Laudibus tantùm.
iiii	e	xiiii	19	Sauiniâni & Potentiani martyrum. semiduplex.
iii	f	xiii	20	Celiniæ virginis. simplex.
ii	g	xii	21	Vrsulæ & sociarum virginum & martyrum. duplex & comm. S. Hilarionis Abbatis.
j	A	xi	22	Meloni Episc. & Conf. semid. & comm. S. Caprasij mart.
*	b	x	23	Seuerini Episc. & Confessoris. simplex.
xxix	c	ix	24	Maglorij Episcopi & Confessoris. semiduplex.
xxviii	d	viii	25	Crispini & Crispiniani martyrum. semiduplex.
xxvii	e	vii	26	
xxvi	f	vi	27	Vigilia, cum Ieiunio.
25. xxv	g	v	28	Simonis & Iudæ Apost. duplex. cum comm. S. Faronis Episcopi & Confess. & Transl. S. Genouefæ virginis. in Laudibus tantùm.
xxiiii	A	iiii	29	
xxiii	b	iii	30	Lucani martyris. semiduplex.
xxii	c	Prid.	31	Vigilia. cum Ieiunio. comm. S. Quintini mart.

NOVEMBER.

Cyclus Epact.	Litteræ Dom.		Dies mensis.	
xxi	d	Kal.	1	Festum omnium Sanctorum. **duplex Annuale.** cum Octauis.
xx	c	iiii	2	Commemoratio omnium fidelium Defunctorum. **duplex.** sine commem. **Octau.**
xix	f	iii	3	Marcelli Episc. Paris. & Conf. **dupl. solemne** cum comm. **Oct. & SS. Eustachij & sociorum mart.**
xviii	g	Prid.	4	**De Oct.** cum comm. **SS. Vitalis & Agricolæ mart.**
xvii	A	Non.	5	**De Octaua.**
xvi	b	viii	6	**De Octaua.**
xv	c	vii	7	**De Octaua.**
xiiii	d	vi	8	**Octaua omnium Sanctorum.** dupl. & commemor. **SS. Quatuor Coronatorum martyrum.**
xiii	e	v	9	**Mathurini Conf.** dupl. & comm. **S. Thodori mart.**
xii	f	iiii	10	**Clari presbyteri & mart.** semid. & comm. **Verani Episcopi & Confessoris.**
xi	g	iii	11	Martini Episcopi & Confessoris. **dupl. cum Octauis,** & commem. **S. Mennæ mart.**
x	A	Prid.	12	**De Oct. S. Martini.** & com **S. Martini Papæ & m.**
ix	b	Idib.	13	**Gendulphi Episcopi & Conf.** dupl. cum commem. **Oct. S. Martini & S. Bricij Episc. & Confessoris.**
viii	c	xviii	14	**De Octaua.**
vii	d	xvii	15	**De Octaua.** & commem. **S. Eugenij mart.**
vi	e	xvi	16	**De Octaua.**
v	f	xv	17	**Aniani Epis. & Conf.** sem. & com. **Oct. S. Martini.**
iiii	g	xiiii	18	**Octaua S. Martini.** semiduplex.
iii	A	xiii	19	**Elizabeth viduæ.** semiduplex.
ii	b	xii	20	
j	c	xi	21	**Præsentatio B. Mariæ Virginis.** duplex.
*	d	x	22	**Cæciliæ virginis & martyris.** semiduplex.
xxix	e	ix	23	**Clementis Papæ & martyris.** semidupl. & comm. **S. Felicitatis martyris.**
xxviii	f	viii	24	**Seuerini Monachi Confessoris.** semidup. & comm. **S. Chrysogoni martyris.**
xxvii	g	vii	25	Catharinæ virginis & martyris. **duplex.**
25. xxvi	A	vi	26	**Genouefæ virg. de miraculo ardentium.** semid. cum comm. **S. Marcelli Episcopi Paris. Confess.**
xxv. xxiiii	b	v	27	
xxiii	c	iiii	28	
xxii	d	iii	29	**Vigilia** cum Ieiunio & comm. **S. Saturnini mart.**
xxi	e	Prid.	30	Andreæ Apostoli. **duplex.**

DECEMBER.

Cyclus Epact.	Litteræ Dom.		Dies mensis.	
xx	f	Kal.	1	Eligij Episcopi Confessoris. semiduplex.
xix	g	iiii	2	Valeriæ virginis & martyris. semiduplex.
xviii	A	iii	3	
xvii	b	Prid.	4	Susceptio SS. Reliquiarum. dupl. cum commem. S. Barbaræ virginis & martyris.
xvi	c	Non.	5	
xv	d	viii	6	Nicolai Episcopi & Confessoris. duplex.
xiiii	e	vii	7	Pharæ virginis. commemoratio.
xiii	f	vi	8	Conceptio B. Mariæ Virginis. duplex solemne.
xii	g	v	9	Nicasij Episcopi & mart. & soc. mart. semiduplex.
xi	A	iiii	10	Fusciani, Victor. & Gent. mart. semiduplex.
x	b	iii	11	Damasi Papæ & Confessoris. commemoratio.
ix	c	Prid.	12	
viii	d	Idib.	13	Luciæ virginis & martyris. semiduplex.
vii	e	xix	14	
vi	f	xviii	15	Maximini Abbatis. commemoratio.
v	g	xvii	16	
iiii	A	xvi	17	
iii	b	xv	18	
ii	c	xiiii	19	
i	d	xiii	20	Vigilia, sine Ieiunio.
*	e	xii	21	Thomæ Apostoli. duplex.
xxix	f	xi	22	
xxviii	g	x	23	
xxvii	A	ix	24	Vigilia. cum Ieiunio.
xxvi	b	viii	25	Natiuitas Domini nostri Iesu Christi. duplex Annuale cum Octauis.
25 xxv	c	vii	26	S. Stephani protomartyr. duplex solemne. cum Octauis, & cum comm. Octau. Natiuitatis.
xxiiii	d	vi	27	Ioannis Apostoli & Euangelistæ. duplex cum Oct. & cum comm. Octauarum.
xxiii	e	v	28	SS. Innocent. mart. dup. cũ Oct. & cũ comm. Oct.
xxii	f	iiii	29	Thomæ Cantuar. Episc. & mart. semid. & comm. Octauar. atque S. Columbæ virginis & mart.
xxi	g	iii	30	De Dominica infra Octau. Natiuit. semiduplex cum commem. Octauarum.
19. xx	A	Prid.	31	Siluestri Papæ & Conf. semidup. cum comm. Oct.

Hæc Epacta 19. nigra numquam est in vsu, nisi quando eodem anno concurrit cum Aureo numero. xix.

CATALOGVS DIERVM FESTORVM IN QVIBVS ABSTINENDVM

est ab omni opere manuali & seruili per vniuersam Diœcesim Parisiensem.

MENSE IANVARIO.

Festum Circuncisionis. duplex solemne. 2. Classis.
Sanctæ Genouefæ virginis. duplex. 2. Classis.
Epiphaniæ Domini. duplex solemne. 1. Classis.

FEBRVARIO.

Festum Purificationis B. Mariæ virg. duplex solemne. 1. Classis. *sit de eo in Dom.ca 2.a Classis = juxta Brev. Paris. in notis pro duabus Tabellis post Rubricas Generales In pag.a ante duas Tabellas.*
Sancti Matthiæ Apostoli. duplex. 2. Classis.

Quod si hoc festum die Dominicâ euenerit, in diem sequentem transfertur officium & non festiuatur. Si autem die Cinerum inciderit, ipso die festiuatur, tamen officium in feriam sequentem transferetur. Anno Bissextili additur huic mensi vnus dies, & fit dierum 29. Et festum S. Matthiæ celebratur die 25. Et tunc bis, videlicet 24. & 25. dicitur sexto Calendas: & sic littera Dominicalis mutatur in superiorem, vt si sit D. in C. si sit C. in B. & sic in aliis.

MARTIO.

Annunciationis Dominicæ, duplex solemne. 2. Classis.

Quod si die Dominicâ euenerit, in diem Lunæ proximè sequentem transfertur, & festiuatur. Si verò post feriam tertiam Dominicæ in ramis Palmarum, tranfertur post Octauas Paschæ, & tunc festiuatur.

Dies veneris sancta vsque post matutinale officium feriatur.
Resurrectionis Domini. duplex annuale. 1. Classis.
Secunda & tertia feriæ sequentes. duplex 1. Classis.

APRILI.

Sancti Marci Euangelistæ. duplex. 2. Classis.

Quod si die Dominicâ euenerit, in diem sequentem vnà cum ieiunio & litania maiori transfertur, & feriatur vsque ad processionem & Missam inclusiuè.

MAIO.

Sanctorum Philippi & Iacobi Apostolorum. dupl. 2. Classis.
Ascensionis Domini. solemne. 2. Classis.
Pentecostes. duplex annuale. 1. Classis.

Secunda & tertia feriæ ſequentes. duplex. 1. Claſſis.
Sanctiſſimæ Trinitatis. duplex ſolemne. 2. Claſſis.
Feſtum Corporis Chriſti feriâ quintâ ſequente. dup. ſolemne. 1. Claſ.
Octaua Corporis Chriſti. duplex. 2. Claſſis.

IVNIO.

Sancti Barnabæ Apoſtoli. duplex. 2. Claſſis. a vel in Festis Trin., Corp. Christi et Octaua
Huius officium transfertur ſi inciderit infra Octauas Pentecoſtes, ſed feſtiuatur à populo eo die quo inciderit.
Natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ. duplex. 2. Claſſis.
Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum. duplex. 2. Claſſis.

IVLIO.

Sanctæ Mariæ Magdalenæ. duplex.
Sancti Iacobi Apoſtoli. duplex. 2. Claſſis.
Sanctæ Annæ matris beatæ Mariæ virginis. duplex.

AVGVSTO.

Sancti Laurentij martyris. duplex.
Aſſumptionis B. Mariæ virginis. duplex annuale.
Sancti Bartholomæi Apoſtoli. duplex. 2. Claſſis.

SEPTEMBRI.

Natiuitatis B. Mariæ virginis. duplex ſolemne. 1. Claſſis.
Exaltationis ſanctæ Crucis. duplex.
Sancti Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ. duplex. 2. Claſſis.
Dedicationis Sti Michaëlis Archangeli. duplex.

OCTOBRI.

Sancti Dionyſij Epiſcopi & martyris, ſociorumque eius. duplex ſolemne. 2. Claſſis.
Sancti Lucæ Euangeliſtæ. duplex. 2. Claſſis.
Sanctorum Simonis & Iudæ Apoſtolorum. duplex. 2. Claſſis.

NOVEMBRI.

Omnium Sanctorum. duplex ſolemne. 1. Claſſis.
Commemorationis fidelium defunctorum. duplex.
Sancti Marcelli Pariſienſis Epiſcopi. dupl. ſolemne. 2. Claſſis.
Sancti Martini. duplex.
Sanctæ Catharinæ virginis & martyris. duplex.
Sancti Andreæ Apoſtoli. duplex. 2. Claſſis.
Quod ſi hoc feſtum die Dominicâ euenerit, transfertur officium in feriam ſecundam ſequentem, nec feſtiuatur.

DECEMBRI.

Sancti Nicolai Epiſcopi. duplex.
Quod ſi die Dominicâ euenerit, transfertur officium in diem ſequentem, nec feſtiuatur.

Dierum Festorum, & Ieiunia Eccl.

Conceptionis B. Mariæ virginis. duplex solemne. 2. Classis.
Quod si in Dominicam inciderit, in feriam secundam sequentem transfertur, & festiuatur.
Sancti Thomæ Apostoli. duplex. 2. Classis.
Si hoc festum in Dominica euenerit, transfertur officium, nec festiuatur.
Natiuitatis Domini. duplex annuale. 1. Classis.
Sancti Stephani protomartyris. duplex solemne. 2. Classis.
Sancti Ioannis Apostoli & Euangelistæ. duplex. 2. Classis.
Sanctorum Innocentium. duplex.

Superioribus iungatur.

Dedicationis festum, & Patroni Ecclesiæ. vtrumque duplex annuale. 1. Classis.
Dies Dominicus quilibet.
Cætera festa deuotioni fidelium relinquuntur.

VIGILIÆ QVÆ EX PRÆCEPTO Ecclesiæ ieiunantur.

PRimis temporibus, nocturnæ in Ecclesiis & cœmeteriis vigiliæ tutò & deuotè obseruabantur; posteà tamen refrigescente charitate, iis maiorum prudentiâ sublatis, ieiunia sola retenta sunt, ita vt ieiuniorum dies, ipsarum vigiliarum quibus coniuncti erant, hodie nomen obtineant; quarum (quod in illis ex Ecclesiæ præcepto sit ieiunandum) sequitur numeratio.

Ieiunia obseruari solita.

Ieiunia Quadragesimæ, ex præcepto.
Ieiunium sancti Marci de consilio est, tamen ex præcepto Ecclesiæ est abstinentia ab esu carnium.
Ieiunia Rogationum quæ semper incipiunt feriâ secundâ post Dominicam quintam temporis Paschalis, ex consilio, & non ex præcepto; est tamen ab esu carnium de præcepto abstinendum.

Vigiliæ cum Ieiunio.

Pentecostes.
Sancti Ioannis Baptistæ.
Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum.
Sancti Laurentij martyris.
Assumptionis B. virginis Mariæ.
Sancti Matthæi Apostoli & Euangelistæ.
Sanctorum Simonis & Iudæ Apostolorum.
Omnium Sanctorum.
Sancti Andrææ Apostoli.
Natiuitatis Domini.

Quoniam verò die Dominico non ieiunatur, quando aliquod ex festis supradictis incidet in Feriam 2. Sabbato præcedente ieiunandum erit.

Vigiliæ sine Ieiunio.

Vigilia festi Epiphaniæ.
Vigilia festi sancti Matthiæ.
Vigilia sancti Iacobi maioris.
Sancti Bartholomæi.
Sancti Dionysij Episcopi & martyris.
Sancti Thomæ Apostoli.

Ieiunia Quatuor Temporum hoc ordine celebranda ex præcepto.

Ferijs 4. 6. & Sabbato proximis post diem Cinerum.
Ferijs 4. 6. & Sabbato proximis post festum Pentecostes.
Ferijs 4. 6. & Sabbato proximis post festum sanctæ Crucis mense Septembri.
Ferijs 4. 6. & Sabbato proximis post festum sanctæ Luciæ mense Decembri.

Sexies in anno celebrantur sacri Ordines.

Sabbato post eam Dominicam, quâ in sanctâ Ecclesiâ pro Missæ Introitu canitur, Inuocauit me.
Sabbato post Dominicam, Lætare.
Sabbato sancto Paschæ.
Sabbato post Pentecosten.
Sabbato quatuor temporum mense Septembri.
Sabbato quatuor temporum Natalis Domini.


Synodorum Episcopalium tempora.

Feria secunda post Domininam in albis, nisi festum aliquod eo die occurrat, celebratur horâ sextâ matutinâ prior synodus quæ vocatur synodus D. Officialis, cui interesse tenentur Parochi vrbis, & qui intra primum sunt lapidem.
Feria quinta post Dominicam quâ in sancta Dei Ecclesia pro Missæ Introitu cantatur, Misericordiâ Domini plena est terra, celebrari consueuit posterior; cui reliqui omnes Curiones adesse tenentur.

Synodorum DD. Archidiaconorum tempus & dies.

Feria quarta eiusdem hebdomadæ.

DE



DE IIS QVÆ IN SACRAMENTORVM ADMINISTRATIONE GENERALITER SERVANDA SVNT.



T ea, quæ ex antiquis Catholicæ Ecclesiæ institutis, & sanctorum Canonum, Summorúmque Pontificum decretis, de Sacramentorum ritibus ac cæremoniis hoc libro præscribuntur, qua par est diligentia ac religione custodiantur, & vbique fideliter seruentur, illud ante omnia scire & obseruare conuenit, quòd Sacro-sancta Tridentina Synodus de iis ritibus decreuit in hæc verba:

„ Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ
„ Catholicæ ritus in solemni Sacramentorum ad-
„ ministratione adhiberi consuetos, aut contemni,
„ aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut
„ in nouos alios per quemcumque Ecclesiarum
„ Pastorem mutari posse, anathema sit. *Seß. 7. c. 13.*

Cùm igitur in Ecclesia Dei nihil sanctius aut vtilius, nihilque excellentius aut magis diuinum habeatur,

quàm Sacramenta ad humani generis ſalutem à Chriſto Domino inſtituta : Parochus, vel quiuis alius Sacerdos, ad quem eorum adminiſtratio pertinet, meminiſſe in primis debet ſe ſancta tractare, atque omni ferè temporis momento ad tam ſanctæ adminiſtrationis officium paratum eſſe oportere.

Quamobrem illud perpetuò curabit, vt integrè, caſtè, piéque vitam agat. Nam, etſi Sacramenta ab impuris coinquinari non poſſunt, neque à prauis miniſtris eorum effectus impediri : impurè tamen & indignè ea miniſtrantes æternæ mortis reatum incurrunt. Sacerdos ergo, ſi fuerit peccati mortalis ſibi conſcius (quod abſit) ad Sacramentorũ adminiſtrationem non audeat accedere, niſi priùs corde pœniteat : ſed ſi habeat copiam Confeſſarij, & temporis locíque ratio ferat, conuenit confiteri.

Quacumque diei ac noctis hora ad Sacramenta miniſtranda vocabitur, nullam officio ſuo præſtando (præſertim ſi neceßitas vrgeat) moram interponat. Ac propterea populum ſæpè prout ſeſe offeret occaſio, præmonebit, vt cùm ſacro miniſterio opus fuerit, ſe quamprimùm aduocet, nulla temporis aut cuiuſcumque incommodi habita ratione.

Ipſe verò antequàm ad huiuſmodi adminiſtrationem accedat, paululùm, vti opportunitas dabitur, orationi, & ſacræ rei, quam acturus eſt, meditationi vacabit, atque ordinem miniſtrandi, & cæremonias pro temporis ſpatio præuidebit, & perleget.

In Baptiſmi, Euchariſtiæ, Matrimonij ac Extremæ-vnctionis adminiſtratione ſuperpelliceo ſit ornatus, & deſuper ſtola : in Sacramento verò Pœnitentiæ mini-

ſtrando, ſuperpelliceo in Eccleſia ſemper ſit indutus, iuxta Synodum Par. anni 1557.

Adhibebit quoque vnum ſaltem, ſi habeat, vel plures Clericos, prout loci & Sacramenti ratio poſtulabit, decenti habitu & ſuperpelliceo pariter indutos.

Curabit etiam vt ſacra ſupellex, veſtes, ornamenta, linteamina, & vaſa miniſterij integra nitidáque ſint & munda.

In Sacramentorum adminiſtratione, eorum virtutem, vſum ac vtilitatem, & cæremoniarum ſignificationes, vt Concilium Tridentinum præcipit, ex Sanctorum Patrum, & Catechiſmi Romani doctrina, prout fieri commodè poterit, diligenter explicabit.

Dum Sacramentum aliquod miniſtrat, ſingula verba, quæ ad illius formam & miniſterium pertinent, attentè, diſtinctè & appoſitè atque clara voce pronunciabit. Similiter & alias orationes & preces deuotè ac religiosè dicet: nec memoriæ, quæ plerumque labitur, facilè confidet: ſed quantùm fieri poterit recitabit ex libro. Reliquas præterea cæremonias ac ritus ita decenter grauìque actione peraget, vt aſtantes ad cœleſtium rerum cogitationem erigat & attentos reddat.

Ad miniſtrandum procedens, rei, quam tractaturus eſt, intentus ſit, nec de iis quæ ad ipſam non pertinent, quicquam cum alio colloquatur: in ipſáque adminiſtratione actualem attentionem habere ſtudeat, vel ſaltem virtualem, cum intentione faciendi quod in eo facit Eccleſia.

Illud porrò diligenter caueat, ne in Sacramentorum adminiſtratione aliquid quauis de cauſa vel occaſione,

directè vel indirectè exigat: sed ea gratis ministret, & ab omni simoniæ atque auaritiæ suspicione, nedum crimine, longissimè absit. Quod verò nomine eleëmosynæ, aut deuotionis studio, peracto iam Sacramento, sponte à fidelibus offeretur, id licitè pro consuetudine locorum accipere poterit, iuxta Constitutionem Galonis Parisiensis Episcopi an. 1105.

Fidelibus alienæ Parochiæ Sacramenta non ministrabit nisi necessitatis causâ, vel de licentia Parochi, seu Ordinarij.

Omnes autem qui Sacramenta suscipiunt, iisque ministrandis assistunt, loco & tempore opportuno monebit, vt remoto inani colloquio, & habitu, actúque indecenti, piè ac deuotè Sacramentis intersint, & eâ, quâ par est, reuerentiâ suscipiant.

Librum hunc ritualem semper, cùm ministrabit, secum habebit, ritusque & cæremonias in eo præscriptas diligenter seruabit.

Postremò quisquis Sacramenta administrare tenetur, habeat libros necessarios ad officium suum pertinentes.



DE SACRAMENTO Baptiſmi ritè adminiſtrando.



ACRVM Baptiſma, Chriſtianæ Religionis, & æternæ vitæ ianua, quod inter alia nouæ legis Sacramenta à CHRISTO *inſtituta primum tenet locum, cunctis ad ſalutem neceſſarium eſſe ipſa Veritas teſtatur illis verbis:* Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. *Ioan. 3. Itaque ſumma ad illud opportunè ritéque adminiſtrandum ac ſuſcipiendum diligentia adhibenda eſt.*

Cùm autem ad hoc Sacramentum conferendum alia ſint iure diuino abſolutè neceſſaria, vt materia, forma, miniſter; alia ad illius ſolemnitatem pertineant, vt ritus ac cæremoniæ, quas ex Apoſtolica & antiquiſſima traditione acceptas & approbatas, niſi neceſſitatis cauſa, omittere non licet: de iis omnibus aliqua præmonenda ſunt, vt ſacrum hoc miniſterium ritè ac ſanctè peragatur.

De materia Baptiſmi.

AC primùm intelligat Parochus, cum huius Sacramenti materia ſit aqua vera ac naturalis, nullum alium liquorem ad id adhiberi poſſe.

Aqua verò ſolemnis Baptiſmi ſit eo anno benedicta in Sabbato ſancto Paſchatis, vel Sabbato Pentecoſtes, quæ in fonte mundo, nitida & pura diligenter conſer-

uetur, & hæc, quando noua benedicenda est, in Ecclesiæ, vel potiùs Baptisterij sacrarium seu piscinam effundatur.

Si aqua benedicta tam imminuta sit vt minus sufficere videatur, alia non benedicta admisceri potest, in minori tamen quantitate.

Si verò corrupta fuerit, aut effluxerit, aut quouis modo defecerit: Parochus in fontem benè mundatum ac nitidum recentem aquam infundat, eámque benedicat ex formula quæ infrà præscribitur.

Sed si aqua conglaciata sit, curetur vt liquefiat: sin autem ex parte congelata sit, aut nimium frigida, poterit parum aquæ naturalis non benedictæ calefacere, & admiscere aquæ baptismali in vasculo ad id parato, & ea tepefacta ad baptisandum vti, ne noceat infantulo.

De forma Baptismi.

Q*Voniam Baptismi forma his verbis expressa,* Ego te baptízo in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti, *omnino necessaria est, ideo eam nullo modo licet mutare: sed ea verba eodem tempore quo fit ablutio, pronuncianda sunt.*

Cùm Baptismum iterare nullo modo liceat, si quis sub conditione, de quo infrà, sit baptisandus, ea conditio explicanda est hoc modo: Si non es baptizâtus, ego te baptízo in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti. *Hac tamen conditionali forma non passim aut leuiter vti licet, sed prudenter, & vbi, re diligenter peruestigata, probabilis subest dubitatio infantem non fuisse baptizatum.*

Baptismus administretur per infusionem aquæ, ita

vt trina ablutione caput baptizandi perfundatur in modum crucis, vno & eodem tempore quo verba proferuntur: & idem ſit qui aquam adhibet & verba pronunciat.

Cauendum verò eſt, ne aqua ex infantis capite in fontem, ſed vel in piſcinam ſeu ſacrarium baptiſterij prope ipſum fontem extructum defluat, aut in aliquo vaſe ad hunc vſum parato recepta in ipſius baptiſterij, vel in Eccleſiæ ſacrarium effundatur.

De Mini[illegible]

Egitimus quidem Baptiſmi miniſter eſt Epiſcopus, Parochus, vel alius Sacerdos à Parocho vel ab Ordinario loci delegatus; ſed quoties infans aut adultus verſatur in vitæ periculo, poteſt ſine ſolemnitate à quocumque baptizari in qualibet lingua, ſiue Clerico, ſiue laïco, etiam excommunicato, ſiue fideli, ſiue infideli, ſiue catholico, ſiue hæretico, ſiue viro, ſiue fœmina, ſeruatâ tamen formâ & intentione Eccleſiæ.

Sed ſi adſit Sacerdos, Diacono præferatur, Diaconus Subdiacono, Clericus laïco, & vir fœminæ, niſi pudoris gratiâ deceat fœminam potiùs quàm virum baptizare infantem non omnino editum, vel niſi meliùs fœmina ſciret formam & modum baptizandi. Quapropter curare debet Parochus, vt fideles, præſertim obſtetrices, rectum baptizandi ritum probè teneant & ſeruent. Ac, nequis ignorantiam cauſari poſſit, aliquando per annum in pronao Miſſæ Parochialis formam verborum huius Sacramenti lingua vulgari diſtinctè pronunciabit, & modum ſimul infundendæ aquæ breuiter edocebit: monebîtque inſuper laïcos, vt quotieſcum-

que baptizabunt, si fieri poßit, duas saltem personas adhibeant, quæ de modo & forma administrati Sacramenti, vbi opus erit, Parocho idoneum testimonium reddant.

Pater aut mater propriam prolem baptizare non debet, præterquam in mortis articulo, quando alius non reperitur, siue vir, siue fœmina qui baptizet: neque tunc baptizando vllam contrahunt cognationem quæ matrimonij vsum impediat.

De baptizandis paruulis.

Pportunè Parochus hortetur illos, ad quos ea cura pertinet, vt natos infantes baptizandos quamprimùm fieri poterit, & qua decet Christiana modestia deferant ad Ecclesiam, ne illis Sacramentum tantoperè necessarium nimiùm differatur cum periculo salutis. Deferant etiam ad Ecclesiam, quamprimùm fieri poterit, eos, qui ex necessitate priuatim baptizati sunt, vt illis consuetæ cæremoniæ ritúsque suppleantur, omissa forma & ablutione.

Si Ecclesia procul distet, qui infantem deferunt, habeant secum aquam puram in aquali, vel alio vase apto, qua statim baptizari posit, si fortè in itinere periculum mortis impendere videatur.

Infans in Ecclesia, quando baptizandus vngendúsque est, nudetur quidem capite, scapulis, & pectore, quia partes istæ tangendæ sunt: non autem toto corpore exuatur, nequid inhonesti accidat, aut infantulus aëris iniuriâ, vel contrectatione suscipientium lædatur.

Nemo in vtero matris clausus baptizari debet: sed si infans caput emiserit, & periculum mortis immineat,

baptizetur in capite, nec poſteà, ſi viuus euaſerit, erit iterùm baptizandus. At ſi aliud membrum emiſerit quod vitalem indicet motum, in illo, ſi periculum impendeat, baptizetur: & tunc, ſi natus vixerit, erit ſub conditione baptizandus eo modo, quo ſuprà dictum eſt; Si non es baptizátus, ego te baptízo in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus ſancti. *Si verò ita baptizatus, deinde mortuus prodierit ex vtero: debet in loco ſacro ſepeliri.*

Si mater prægnans mortua fuerit, quamprimùm de morte conſtiterit fœtus cautè extrahatur, ſi credatur viuere: (Synod. Conſtit. Odonis Pariſ. Epiſc. ad an. 1175.) ac ſi viuus repertus fuerit, baptizetur: ſi fuerit mortuus, & baptizari non potuerit, in loco ſacro ſepeliri non debet: curabitur tamen vt in loco honeſto, ſed nunquam ſimul cum matre baptizata ſepeliatur. Infantes expoſiti, & inuenti, ſi, re diligenter inueſtigata, de eorum baptiſmo non conſtat, ſub conditione baptizentur.

In monſtris verò baptizandis, ſi caſus eueniat, magna cautio adhibenda eſt: de quo, ſi opus fuerit, Illuſtriſſimus D. Archiepiſcopus, vel alij periti conſulantur, niſi mortis periculum immineat.

Monſtrum, quod humanam ſpeciem non præ ſe ferat, baptizari non debet: de quo ſi dubium fuerit, baptizetur ſub hac conditione: Si tu es homo, ego te baptízo in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus ſancti.

Illud verò, de quo dubium eſt vnáne, aut plures ſint perſonæ, non baptizetur, donec id diſcernatur. Diſcerni autem poteſt, ſi habeat vnum vel plura capita; vnum

vel plura pectora : tunc enim totidem erunt corda, & animæ, hominésque distincti; & eo casu singuli seorsùm sunt baptizandi, vnicuique dicendo, Ego te baptízo in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti. *Si verò periculum mortis immineat, tempusque non suppetat, vt singuli separatim baptizentur : poterit minister singulorum capitibus aquam infundens omnes simul baptizare, dicendo,* Ego vos baptízo in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti. *Quam tamen formam in iis sólùm, & in aliis similibus mortis periculis, ad plures simul baptizandos, & vbi tempus non patitur vt singuli separatim baptizentur, aliàs nunquàm, licet adhibere.*

Quando verò non est certum in monstro esse duas personas, vt, quia duo capita, & duo pectora non habet benè distincta; tunc debet primùm vnus absolutè baptizari, & posteà alter sub conditione, hoc modo; Si non es baptizátus, ego te baptízo in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti.

De Patrinis & Matrinis.

P*Atrinos & Matrinas non oportet Baptismo adhibere, nisi cùm fit solemniter in Ecclesia.*

Parochus, antequam ad baptizandum accedat, ab iis, ad quos spectat, exquirat, quantum fieri poterit, diligenter, quos susceptores elegerint, qui infantem de sacro fonte suscipiant; ne plures quàm liceat, aut indigni, vel inepti accedant.

Porrò ad hoc munus non admittat infideles, aut hæreticos, non publicè excommunicatos, aut interdictos, non publicè criminosos, aut infames, non eos quos constet eo

anno confeßione annua, vel Paſchali communione, ſine conſilio proprij Sacerdotis abſtinuiſſe: nec prætereà, qui ſana mente non ſunt, nec qui ignorant Symbolum Apoſtolorum, Orationem Dominicam, Præcepta Dei & Eccleſiæ: hæc enim Patrini ſpirituales filios ſuos, quos de Baptiſmi fonte ſuſceperint, vbi opus fuerit, opportunè docere tenentur.

Prætereà ad hoc etiam admitti non debent Monachi, vel Sanctimoniales, neque alij cuiuſuis Ordinis Regulares à ſæculo ſegregati.

Patrinus vnus tantùm, & vna tantum Matrina adhibeantur, nunquam vero baptizandi pater, aut mater.

Patrinus ſeptem vel octo annos natus admitti poterit, modò & de Catechiſmo Parocho interroganti benè reſponderit, & Matrina ſit duodecim ad minus annos nata. Matrinam ſimiliter ſeptem vel octo annorum adhibere non renuet Parochus, dummodo Catechiſmũ probè calleat, Patrinuſque ſit ſaltem quatuordecim annorum.

Quod ſi vel alteruter ſit ſeptem annis minor, vel Catechiſmum ignoret, aut de eo aptè non reſpondeat, vel denique alter ſuſceptorum, ſi ſit vir, minor ſit 14. annis, ſi mulier, 12. non admittat.

Qui vndatum infantem domi, poſteà in Eccleſia ſuſcipiunt, non contrahunt cognationem ſpiritualem; ſed ij ſolùm, qui ſuſcipiunt quando baptizatur & tingitur aquâ: Atque de hoc Patrini & Matrinæ commonendi ſunt.

Patrini, quantum fieri poterit, maſculis baptizandis nomen imponant, Matrinæ fœminis. Caueat porrò Sa-

cerdos, ne obscœna, fabulosa, & poetica, aut ridicula, vel inanium deorum, vel impiorum Ethnicorum hominum, aut aliàs quæuis profana nomina baptizandis imponantur: sed tantùm Sanctorum noui Testamenti ab Ecclesia receptorum, Sanctarumque, quorum exemplo fideles ad piè viuendum excitentur, & patrociniis protegantur.

De tempore & loco Baptismi.

POtest quidem Baptismus quouis tempore, etiam interdicti & cessationis à diuinis, præsertim si vrgeat necessitas, conferri: tamen, vt, quantum fieri potest, antiquissimus Ecclesiæ ritus seruetur, instante Sabbato Paschæ, vel Pentecostes, si qui erũt Catechumeni adulti, quorum Baptismus, in id tempus differri cõmodè queat, ij solemni cæremonia baptizandi erunt prædictis diebus Sabbati Paschæ vel Pentecostes, post factam baptismalis fontis consecrationem. Concil. Paris. an. 829. lib. 1. c. 7.

Baptismus non solemnis vbique in casu necessitatis administrari potest.

Extra casum necessitatis soli filij Regum, aut magnorum Principum baptizari possunt baptismo non solemni, etiam extra Ecclesiam, id ipsis ita deposcentibus, dummodò id fiat in eorum Capellis, seu Oratoriis, (non autem cubiculis, locisque profanis,) & in aqua baptismali de more benedicta, iuxta Clementinam vnicam de Baptismo.

Baptisterium decenti loco & forma extructum, clausum seruetur iuxta Synodum Paris. an. 1175. & mundum: fontem habeat seu labrum ex materia solida, quod aquam benè contineat, neque vlla ex parte stillet aut

diffluat, impoſito operculo aptè contectum, ſera & claue munitum, cuius cuſtodia non niſi Parochis, aut eorum Vicariis committatur, atque ita obſeratum, vt puluis vel aliæ ſordes intrò non penetrent.

De ſacris oleis, & aliis requiſitis.

SAcrum Chriſma, & Sanctum Oleum, quod & Catechumenorum dicitur, quorum vſus eſt in Baptiſmo, eodem anno ſint ab Illuſtriſsimo D. Archiepiſcopo de more benedicta feriâ quintâ in Cœna Domini.

Curet Parochus, vt ea ſuo tempore quamprimùm habeat, & vetera cum ſtupis ibidem appoſitis in Eccleſia comburat, combuſtorum cineres in piſcinam mittat, aut in terram ſanctam fodiat.

Veteribus oleis, niſi neceſsitas cogat, vltra annum non vtatur: ac, ſi deficere videantur, & Chriſma, aut Oleum benedictum habere non poſsit, aliud oleum de oliuis non benedictum adiiciatur, ſed in minori quantitate.

Chriſma & oleum ſacrum ſint in ſuis vaſculis argenteis, aut ſaltem in ſtanneis benè obturatis: quæ vaſcula ſint inter ſe diſtincta, & propriam vnumquodque inſcriptionem habeat maiuſculis litteris inciſam, ne quis error committatur.

Hæc vaſcula ita parata in loco proprio, honeſto ac mundo, intra vel propè baptiſterium, ſub claue ac tuta cuſtodia decenter aſſeruentur, ne ab aliquo temerè tangantur, aut eis ſacrilegè quiſpiam abuti poſsit, ex Conc. Pariſ. an. 1175.

Parochus, quantùm fieri poteſt, curet ne per laïcos, ſed per ſe, vel per alium Sacerdotem, vel certè per

Diaconum, aut Subdiaconum, hæc olea deferantur: caueat item, ne de iis quicquam vlli vnquam tribuat, cuiusuis rei prætextu.

Sal, quod in os baptizandi immittendum est, sit benedictum sua peculiari benedictione, quæ infrà præscribitur: neque vtatur sale exorcizato ad benedicendum aquam; sitque prius benè confractum & attritum, siccum & mundum. Sal, ita benedictum, nemini tradatur, neque etiam iis, qui benedicendum attulerint, reddatur; sed ad alios baptizandos seruetur in Ecclesia, aut in sacrarium abiiciatur.

Cùm igitur Baptismi Sacramentum iam administrandum est, hæc in promptu esse debent.

Vascula sacri olei Catechumenorum & Chrismatis.

Vasculum cum sale benedicendo, vel iam, vt dictum est, benedicto.

Vasculum, seu cochleare ex argento, vel alio metallo, nitidum, ad aquam Baptismi fundendam super caput baptizandi, quod nulli prætereà vsui aliį deseruiat.

Peluis ad excipiendum aquam ex capite defluentem, nisi statim in sacrarium seu piscinam defluat.

Goßipium, stupa, linteum, seu quid simile, ad abstergenda loca sacris oleis inuncta. Alba vestis in modum pallioli, seu linteolum candidum infantis capiti imponendum.

Cereus, seu candela cerea baptizato ardens tradenda.

Hic denique Ritualis liber sit paratus: & item liber Baptismalis.

In Ordine Baptiſmi vbi ſcribitur vario charactere hæc littera, N. exprimendum eſt à Sacerdote nomen baptizandi, ſeu baptizandæ, in conuenienti genere, & caſu, pro ratione ſexûs: non autem exigendum à Patrinis, vt toties nominent.

De Libro Baptiſmali.

HAbeat Parochus librum Baptiſmalem, in quem referat baptiſmum, diem, menſem, & annum ac nomina, tum baptizati & parentis vtriuſque, tum ſuſceptorum, ſubſignetque ſaltem is qui miniſtrat.

Si infans baptizatus non fuerit ex legitimo matrimonio natus, nomen ſaltem alterius parentis, ſi de eo conſtat, ſcribatur; omnis tamen infamiæ vitetur occaſio: Si verò vterque parens ignoratur, ſcribat Parochus, ſe tali die baptizaſſe infantem, cuius parentes ignorantur: cætera vt ſuprà.

Si expoſitus ſit infans, & ſub conditione baptiſatus cùm ignoraretur fuiſſe baptiſatum, exprimatur in libro, ſi fieri poteſt, quo die, vbi, & à quo repertus, & quot dierum veriſimiliter ſit.

Si infans domi, vel alibi, ob imminens mortis periculum baptizatus fuerit, & diligenti facta inquiſitione conſtiterit baptiſmum eſſe validum, ſcribatur, infantem tali die, per talem perſonam in tali loco fuiſſe ritè baptizatum.

Si ſuperuixerit infans poſt eiuſmodi baptiſmum, & ei adhibitæ ſint in Eccleſia cæremoniæ, addatur ſacras cæremonias infanti tot diebus nato (quod non eſt omittendum,) adhibitas, & tale nomen impoſitum tali die, & tales fuiſſe ſponſores in Catechiſmo tantùm, non au-

tem in Sacramento; ne temerè exiſtimetur ab iis contractam eiuſmodi cognationem ſpiritualem, quæ matrimonium dirimat.

Si fuerit baptizatus ſub conditione id pariter exprimatur.

Si fuerit baptizatus ex alia Parochia, iubeat Sacerdos ſuſceptores id deferre ad proprium Parochum, tranſmiſſa ad eum ſchedula proprio ſignata chirographo, quâ teſtetur talem baptizatum à ſe tali die, &c. vt ipſe pariter in Libro Baptiſmali ſuæ Eccleſiæ id deſcribat.

Librum iſtum Baptiſmalem cuſtodiat diligenter Parochus ſub ſera in certo Eccleſiæ loco, neque laïcorum manibus temerè attrectari, vel foras efferri ſinat.



PARVVLORVM.



Eſtes vous le Parrein & la Marreine?

Oüy.

Voulez vous viure, & mourir en la Foy de l'Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine?

Oüy, moyennant la grace de Dieu.

Quel enfant eſt-ce que vous preſẽtez à l'Egliſe?

Vn fils (ou) vne fille.

Eſt-il (ou) eſt-elle de cette Parroiſſe?

Que demande-il (ou) elle?

Baptęſme.

Les Ceremonies du Baptesme.

Quel nom voulez-vous luy donner?
N.

ecéde diábole ab hac imágine Dei, & da locum Spirítui sancto Paracléto.

Signum sanctæ Crucis Saluatóris Dómini nostri Iesu Christi in frontem tuam pono, in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti. Amen.

ignum S. Crucis Saluatóris Dómini nostri Iesu Christi in pectus tuum pono, in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti. Amen.

ominus vobiſcum. Et cum Spíritu tuo.
rémus.

Mnípotens ſempitérne Deus, Pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, reſpícere dignáre ſuper hunc fámulum tuum quem ad rudiménta fídei vocáre dignâtus es: omnem cæcitátem cordis ab eo expélle, & diſrúmpe omnes láqueos ſátanæ quibus fúerat alligátus Aperi ei Dómine iánuam pietátis tuæ, vt ſigno ſapiéntiæ tuæ imbútus ómnium cupiditátum fœtóribus cáreat, & ad ſuâuem odórem præceptórum tuórum lætus tibi in Eccléſia tua deſéruiat, & profíciat de die in diem, vt idóneus efficiátur accédere ad grátiam Baptíſmi tui percéptâ medicína. Per eúmdem Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen. rémus.

Reces noſtras, quæſumus Dómine, cleménter exáudi, & hunc eléctum N. cru cis Domínicæ, cuius impreſſióne eum ſigná mus perpétua virtúte cuſtódi, vt magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta ſeruans, per cuſtódiam mandatórum tuórum, ad nouæ regeneratiónis grátiam peruenire mereátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen. rémus.

Evs qui humáni géneris ita es cónditor, vt ſis étiam reformátor: propitiáre pópulis adoptíuis, & nouo teſtaménto ſóbolem nouæ prolis aſcribe: vt fílij promiſſiónis quod non potuérunt áſſequi per natúram, gáudeant ſe recepiſſe

per grátiam. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

BENEDICTIO SALIS.

Adiutórium noſtrum in nómine Dómini.
Qui fecit cœlum & terram.

Xorcíſo te creatûra ſalis, in nómine Dei Patris omnipotẽtis,& in charitáte Dómini noſtri IeſuChriſti,& in virtûte Spíritus ſancti:Exorcíſo te per Deũ viuũ,per Deum verũ,per Deum ſanctum, per Deum, qui te ad tutélam humáni géneris procreáuit: & pópulo veniénti ad credulitátem per ſeruos ſuos conſecrári præcépit, vt in nómine ſanctæ Trinitátis efficiáris ſalutáre Sacraméntum ad effugándum inimícum. Proínde rogámus te Dómine Deus noſter, vt hanc creatúram ſalis ſanctificándo ſanctífices, benedicéndo benedícas: vt fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína, pérmanens in viſcéribus eórum, in nómine eiúſdem Dómini noſtri Ieſu Chriſti,qui ventûrus eſt iudicáre viuos & mórtuos,& ſæculum per ignem. Amen.

Accipe ſal ſapiéntiæ, vt ſit tibi propítius Dóminus in vitam ætérnam. Amen.

Dóminus vobíſcum.

℟ Et cum Spíritu tuo. Orémus.

DEvs Patrum noſtrórum, Deus vniuérſæ cónditor creatúræ; te ſúpplices exorámus, vt hunc fámulum N. respícere dignéris propítius, vt hoc primum pábulum ſalis guſtántem, non diútiùs eſurîre permíttas quóminùs cibo repleâtur cæléſti, quátenus ſit ſemper, Dómine, Spíritu feruens, ſpe gaudens, tuo ſemper nómini ſéruiens: & perduc eum ad nouæ regeneratiônis lauácrum, vt cum fidélibus tuis promiſſiónum tuârum ætérna præmia cónſequi mereátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen. Orémus.

DEvs Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus qui Móyſi fámulo tuo, in monte Sinái apparuíſti, & Fílios Iſráel de terra AEgypti eduxíſti, députans eis Angelum pietâtis tuæ, qui cuſtodîret eos die ac nocte: Te quæſo Dómine, vt míttere dignêris ſanctum Angelum tuum, qui ſímíliter cuſtódiat hunc fámulum tuum N. & perdúcat eum ad grátiam Baptíſmi tui. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

EXorcîſo te ſpíritus immúnde, in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus ſãcti, vt éxeas & recédas ab hoc fámulo Dei N. ipſe enim tibi ímperat maledícte damnâte, qui pédibus ſuper mare ambulâuit & Petro mergénti déxteram porréxit.

Ergo maledícte diábole recognóſce ſenténtiam tuam, & da honôrem Deo viuo & vero; da honô-



rem Iesu Christo filio eius, & Spirítui sancto, & recéde ab hoc fámulo Dei quia istum sibi Deus, & Dóminus noster Iesus Christus ad suam sanctam grátiam, & benedictiônem, fontémque baptísmatis dono suæ pietâtis vocâre dignátus est. Et hoc signum sanctæ Crucis quod nos fronti eius damus, tu maledícte diábole nunquam áudeas violáre. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

rémus.

Térnam ac iustíssimam pietátem tuam déprecor Dómine sancte Pater omnípotens, ætérne Deus, author lúminis & veritátis; réspice super hunc fámulum tuum, & dignêris eum illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ, munda eum & sanctífica, da ei sciéntiam veram, firmam spem, consílium rectum, doctrînam sanctam, vt dignus efficiátur accédere ad grátiam baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Ec te láteat sátana, imminêre tibi pœnas, imminêre tibi torménta, imminére tibi diem iudícij, diem supplícij sẽpitérni, diem qui ventûrus est velut clíbanus ardẽs, in quo tibi, atque vniuérsis ángelis tuis ætérnus superuéniet intéritus: & ídeò pro tua nequítia damnáte atque damnánde, da honôrem

Deo viuo & vero, da honórē Iesu Christo filio eius, & Spirítui sancto paracléto, in cuius nómine atque virtúte præcípio tibi, quicúmque es spíritus immúnde, vt éxeas & recédas ab hoc fámulo ( ) Dei, quem ( ) hódie idem Deus & Dóminus noster Iesus Christus ad suam sanctam grátiam & benedictiônem, fontémque baptísmatis dono suæ grátiæ vocáre dignátus est, vt fiat eius templum per aquam regeneratiônis in remissiônem ómnium peccatôrum, in nómine eiúsdem Dómini nostri Iesu Christi, qui ventûrus est iudicáre viuos & mórtuos, & sæcúlum per ignem. Amen.

Ephétha quod est, adaperíre: in odórem suauitátis: Tu autem effugáre diábole appropinquábit enim iudícium Dei, in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti. Amen.

ater noster. ue María. redo in Deum. redo in Spíritum.

Ingrédere in templum Dómini, vt hábeas vitam ætérnam. Amen.

Ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 2.

brenúncias ſátanæ?
Abrenúncio
Et ómnibus pompis eius?
Abrenúncio.
Et ómnibus opéribus eius?
Abrenúncio.

t ego línio te óleo ſalútis, *& inter ſcapulas de eodem oleo*, in Chriſto Ieſu Dómino noſtro, in vitam ætérnam. Amen.

Credis in Deum, Patrem omnipoténtem creatôrem cœli & terræ?
Credo.
Credis in Ieſum Chriſtum Fílium eius vnicum Dóminum noſtrum, natum & paſſum?
Credo.

Credis

S. Credis in Spíritum ſanctum, Ecclésiam Cathólicam, ſanctórum communiónem, remiſſiónem peccatórum, carnis reſurrectiónem, vitam ætérnam poſt mortem?

℟. Credo.

S. N. Quid petis?

℟. Baptíſmum.

S. Vis baptizári?

℟. Volo.

Tunc ſi non ſit certus de inundatione infantis, quæret diligenter vtrum, à quo, & quàm ritè fuerit baptizatus; quod ſi conſtet non fuiſſe ritè baptizatum, Patrino & Matrina infantem tenentibus, Sacerdos vrceolo, ſeu alio quopiam vaſculo ad eum vſum parato, accipit aquam de fonte baptiſmali, & continuâ actione de ea fundit ſuper caput infantis paululùm inclinati ad eam excipiendam, & ſimul fundendo, verba formæ ſemel pronunciat diſtinctè & attentè dicens:

Ego te baptízo in nómine Patris ✠, & Fílij ✠ & Spíritus ✠ ſancti. Amen.

Ita vt ipſa effuſione aquæ ter faciat ſignum Crucis ſuper caput baptizandi: primò, cùm dicit, in nómine Patris: ſecundò, cùm dicit & Fílij: tertiò, cùm dicit & Spíritus ſancti.

Si verò probabiliter dubitatur, an infans ſit baptizatus, fundet quidem Sacerdos aquam eo modo quo ſuprà; ſed vtetur in baptizando hac formâ.

Si non es baptizátus, ego te baptízo in nómine Patris, ✠, & Fílij ✠, & Spíritus ſancti ✠. Amen.

[illegible] de supplendis cæremonijs, pag. 33.

Hic Sacerdos Chrismate vngat infantem cum [illegible] in vertice capitis in modum crucis, dicens.

Orémus.

DEvs omnípotens, Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui te regeneráuit ex aqua & Spíritu sancto, quíque dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum tuórum, ipse te líniat Chrísmate salútis ✠ in Christo Iesu Domino nostro in vitam ætérnam. Amen.

Tum Sacerdos abstergit locum inunctum, & imponit capiti infantis linteolum Chrismale, loco vestis albæ, dicens.

N. Accipe vestem cándidam, sanctam, & immaculátam, quam pérferas ante tribúnal Dómini nostri Iesu Christi, vt hábeas vitam ætérnam. Amen.

Posteà Sacerdos [illegible]

N. Accipe lámpadem ardéntem; & irreprehensíbilis custódi baptísmum tuum, vt, cùm Dóminus ad núptias vénerit, possis ei occúrrere, vnà cum ómnibus Sanctis, & eléctis in aula cœlésti, & viuas in sæcula sæculórum. Amen.

Dum infans induitur, Sacerdos baptismum refert in Librum Baptismalem, eo, quo supra dictum, modo. Posteà ponens stolam in modum crucis super infantem, [illegible]

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum Spíritu tuo.

nitium Sancti Euangélij secúndùm Ioánnem, Glória tibi Dómine.

N princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum : Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hóminum: & lux in ténebris lucet, & ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioánnes. Hic venit in testimonium, vt testimónium perhibéret de lúmine, vt omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognóuit. In própria venit, & sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine eius: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est, & habitáuit in nobis : & vídimus glóriam eius, glóriam quasi vnigéniti à Patre, plenum grátiæ & veritátis. ℟. Deo grátias.

℣. Te inuocámus, te adorámus, te laudámus, te glorificámus, ô beáta & glorióſa Trínitas.

Sit nomen Dómini benedíctum.

Ex hoc nunc & vsque in sæculum. Orémus.

Rotéctor in te sperántium, Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum ; multíplica super nos misericórdiam tuam, vt te rectóre, te duce, sic

tranſeámus per bona temporália, vt non amittámus ætérna. Per Chriſtũ Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis deſcéndat ſuper te & máneat ſemper tecum: In nómine Patris, & Fílij ✠ & Spíritus ſancti. Amen.

Quo facto, Sacerdos ſtolam infanti det óſculandam. Deinde ſuſceptores admonebit eſſe ſui officij prouidere, vt infans, pro quo Deo & Eccleſiæ fidem dederunt, cùm idonea fuerit ætate, rectè in fide & Religione Catholica inſtituatur, firmitérque in ea vſque ad extremum vitæ ſpiritum perſeueret: atque id parentibus ante omnia commendare iubebit: Tum verò præcipuè, vt primis annis curent eum addiſcere Symbolum Apoſtolorum, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Præcepta Dei & Eccleſiæ; & cùm ad annos diſcretionis peruenerit, Sacramentum Confirmationis quamprimùm ipſi conferri. Intereà verò, dum ipſe curam ſui habere per ætatem non poterit, cauere ne quid ei temerè accidat ab igne, aqua, aut alio quouis caſu; ne ipſi parentes, nutrices, aut aliæ prouectiores ætate perſonæ infantem ſecum in lecto habeant, quouis prætextu, propter periculum oppreſſionis. Monebit etiam ſuſceptores de cognatione ſpirituali, quam contraxerunt cum baptizato, baptizatique patre & matre, quæ matrimonium cum illis impedit ac dirimit, ſi fuerint in Sacramento ſuſceptores, vt ſuprà dictum eſt. Denique ne infans mulieri infideli, vel hæreticæ lactandus aut nutricandus tradatur. Poterit autem vti hâc formâ.

Ovs venez de tenir cét enfant sur les fonts de Baptesme ; Par cette action vous vous estes rendus ses pere, & mere spirituels, & luy auez seruy de caution enuers Dieu, & la sainte Eglise nostre mere, qu'il gardera la foy Chrestienne inuiolablement tous les iours de sa vie ; comme aussi qu'il tiendra les promesses qu'il a faites par vostre bouche. Il est de vostre deuoir de prendre soin qu'il soit bien instruit dans la Foy & Religion Catholique, & qu'il y perseuere iusques à la mort. C'est pourquoy vous recommanderez à ses pere & mere particulierement qu'ils luy facent apprendre le *Credo in Deum*, le *Pater noster* & *l'Aue Maria*, en Latin, & en François, & les Commandemens de Dieu & de l'Eglise : comme aussi qu'ils luy facent receuoir le Sacrement de Confirmation, aussi tost qu'il sera paruenu à l'âge de discretion, à faute dequoy vous estes obligez d'y mettre ordre. Vous leur direz aussi qu'ils le gardent soigneusement de feu, d'eau, & de tous autres perils iusques à l'âge de sept ans ; qu'on ne le couche point dans vn mesme lict auec de grandes personnes, crainte qu'il ne soit estouffé : qu'ils ne luy donnent point pour nourrice, ny pour auoir soin de son education, aucune personne heretique. Vous vous souuiendrez aussi que vous auez contracté vne affinité spirituelle auec le pere & la mere de cét enfant, & auec l'enfant mesme, en vertu de laquelle entr'eux & vous il n'y peut auoir mariage.

EXHORTATIO, QVAE FIERI poterit à Parocho, postquam Sacramentum Baptismi administrauerit.

E Sacrement de Baptesme est grand en dignité, & premier en ordre, sans lequel nul ne peut obtenir salut, suiuant la parole que nostre Sauueur dit aux Apostres : *Allez, enseignez toutes les nations, les baptizant au nom du Pere, du Fils, & du S. Esprit: Celuy qui croira & sera baptisé, sera sauué : mais celuy qui ne croira point, sera condamné.*

C'est par ce Sacrement que nous sommes regenerez en vne vie nouuelle : c'est par sa vertu que tout peché, soit originel, soit actuel, tant enorme & detestable qu'il puisse estre, est remis: & non seulement quant à la coulpe, mais aussi quant aux peines deuës au peché. L'ame est remplie de la grace diuine, par laquelle nous sommes faicts enfans de Dieu, & sommes heritiers de la vie eternelle. Il amene aussi la compagnie de toutes les vertus, qui sont infuses en l'ame auec la grace. Il nous conioint auec Iesus-Christ, comme les membres auec le chef : d'où prouiennent la grace, les vertus, les dons & tous les autres biens, comme d'vne fontaine, & nous rend habiles à exercer tous les offices de la pieté Chrestienne.

C'est par ce Sacrement que nous sommes marquez d'vn charactere diuin (comme les brebis spirituelles de Iesus-Christ,) lequel ne pouuant iamais estre effacé, est cause qu'il ne peut, & ne doit estre aucune-

ment reiteré. Dauantage il nous ouure le Ciel, qui nous estoit clos & fermé, nous donnant le moyen d'entrer en cette gloire.

Plusieurs belles ceremonies sont employées en l'administration de ce Sacrement selon l'institution des Apostres, & des Saints Peres, afin que les mesmes choses que nous auons dites icy, ne soient pas seulement declarées par les paroles; mais aussi qu'elles soient representées deuant nos yeux par l'action exterieure, & qu'elles soient mieux empreintes & grauées dans nos cœurs.

Ceux qui le reçoiuent donnent leurs noms, pour monstrer qu'ils sont soldats de Iesus-Christ. Ils sont catechisez par l'ordonnance mesme de nostre Seigneur, afin d'entendre, quand ils seront en âge, quelle est leur profession: car les Parreins respondent pour les enfans. On soufle doucement sur les enfans, on fait l'exorcisme auec des paroles saintes, & on dit des oraisons pour chasser le diable. On leur met aussi du sel en la bouche, afin qu'ils soient deliurez de la pourriture des vices, & qu'ils goustent la saueur de la Sapience diuine. Leurs oreilles & leurs narines sont touchées de saliue, à l'exemple de cét aueugle auquel nostre Seigneur commanda de lauer ses yeux frottez de bouë en l'eau de Siloé, qui signifioit le Baptesme. Ils sont oincts d'huile, pour luitter contre les malins esprits. Ils sont oincts du saint Chresme, pour auoir souuenance qu'ils sont Chrestiens, c'est à dire Sectateurs & Disciples de Iesus-Christ, & qu'ils doiuent imiter en leur vie & mœurs,

celuy duquel ils ont pris le nom de Chreſtien. Il n'eſt pas beſoin d'expoſer ce que ſignifie la robe blanche, & la chandelle ardente ; car cela nous enſeigne trop manifeſtement que l'innocence eſt requiſe en eux & la lumiere des bonnes œuures. Or nous auons icy declaré les fruicts & les ceremonies du Bapteſme, afin que tous entendent, auec combien grande deuotion il doit eſtre honoré de tous les fideles, & qu'ayant memoire du Sacrement qu'ils ont receu en l'Egliſe, ils reconnoiſſent le benefice de Dieu, qui les a daigné ſans aucun merite, mais par ſa bonté ſeule, amener & conduire à la Sainte Foy, & à la grace du Bapteſme. A luy ſoit honneur & gloire par tous les ſiecles des ſiecles. Ainſi ſoit-il.

[illegible]

C [illegible]

go te baptizo in nómine Patris, & Fílij [illegible] & Spíritus ſancti. Amen.

[illegible] (ego te baptíſo) [illegible]

Orémus.

rémus.

DEus omnípotens, Pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regeneráuit ex aqua & Spíritu ſancto, quíque dedit tibi remiſſiónem ómnium peccatórum tuórum, ipſe te líniat Chríſmate ſalútis in vitam ætérnam. Amen.

Accipe veſtem cándidam, & immaculátam, quam pérferas ante tribúnal Dómini noſtri Ieſu Chriſti, vt hábeas vitam ætérnam. Amen.

Accipe lámpadem ardéntem, & irreprehensíbilis cuſtódi baptíſmum tuum, vt, cùm Dóminus ad núptias vénerit, poſſis ei occúrrere vnà cum ómnibus ſanctis & eléctis eius in aula cœléſti, & viuas in ſæcula ſæculórum. Amen.

C

E

Eſtes-vous le Parrein, & la Marreine?

Ouy.

Voulez-vous viure, & mourir en la Foy de l'Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine?

Ouy, moyennant la grace de Dieu.

Quel enfant eſt-ce que vous preſentez à l'Egliſe?

Vn fils, vne fille.

Eſt-il eſt-elle de cette Parroiſſe?

Que demande-il elle?

Les Ceremonies du Bapteſme.

Quel nom voulez-vous luy donner?

ecéde diábole ab hac imágine Dei, & da locum Spirítui ſancto Paracléto.

Signum ſanctæ Crucis Dómini noſtri Ieſu

Chriſti in frontem tuum pono, in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus ſancti.

ignum ſanctæ crucis Saluatóris Dómini noſtri Ieſu Chriſti in pectus tuum pono, in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus ſancti. Amen.

Dóminus vobíſcum. Et cum Spíritu tuo.

rémus.

Mnípotens ſempitérne Deus, Pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, reſpícere dignáre ſuper hunc fámulum tuum quem ad rudiménta fídei vocáre dignátus es: omnem cæcitátem cordis ab eo expélle, & diſrúmpe omnes láqueos ſátanæ, quibus fúerat alligátus, áperi ei Dómine iánuam pietátis tuæ, vt ſigno ſapiéntiæ tuæ imbútus, ómnium cupiditátum fœtóribus cáreat, & ad ſuáuem odórem præceptórum lætus tibi in Eccléſia tua deſéruiat, & profíciat de die in diem, vt idóneus ſit frui grátiâ baptíſmi tui, quem ſuſcépit. Per eúmdem Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen. rémus.

Reces noſtras, quæſumus Dómine, cleménter exáudi, & hunc fámulum tuum crucis Domínicæ, cuius impreſſióne eum ſigná mus perpétuâ virtúte cuſtódi, vt magnitúdinis glóriæ tuæ rudiménta ſeruans, per cuſtódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis

glóriam peruenîre mereátur. Per eúmdem Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen. rémus.

E v s, qui humáni géneris ita es cónditor, vt ſis étiam reformátor: propitiáre pópulis adoptíuis, & nouo teſtaménto ſóbolem nouæ prolis aſcríbe: vt fílij promiſſiónis quod non potuérunt áſſequi per natúram, gáudeant ſe recepíſſe per grátiam. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

BENEDICTIO SALIS.

diutórium noſtrum in nómine Dómini.

ui fecit cœlum & terram.

Xorcíſo te creatúra ſalis, in nómine Dei Pa tris omnipoténtis, & in charitáte Dómini noſtri Ieſu Chriſ ti, & in virtúte Spíritus ſancti: Exorcíſo te per Deum viuum, per Deum verum, per Deum ſanctum, per Deum, qui te ad tutélam humáni géneris procreáuit: & pópulo veniénti ad credulitátem per ſeruos ſuos conſecrári præcépit, vt in nómine ſanctæ Trinitátis efficiáris ſalutáre ſacraméntum ad effugándum inimícum. Proínde rogámus te, Dómine Deus noſter, vt hanc creatúram ſalis ſanctificándo ſanctífices, benedicéndo benedícas: vt fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medicína, pérmanens in viſcéribus eórum, in nómine eiúſdem Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui ventúrus eſt iudicáre viuos & mórtuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Accipe ſal ſapiéntiæ, vt ſit tibi propítius Dóminus in vitam ætérnam Amen.

Dóminus vobíſcum. Et cum Spíritu tuo.
rémus.

Evs Patrum noſtrórum, Deus vniuérſæ cónditor creatúræ, te ſúpplices exorámus, vt hunc fámulum tuum
reſpícere dignéris propítius, vt hoc primum pábulum ſalis guſtántem, non diútiùs eſuríre permíttas, quóminùs cibo repleátur cæléſti, quátenus ſit ſemper, Dómine, ſpíritu feruens, ſpe gaudens, tuo ſemper nómini ſéruiens: & quem iam ad nouæ regeneratiónis lauácrum perdúcere dignátus es, fac vt cum fidélibus tuis promiſſiónum tuárum ætérna præmia cónſequi mereátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen. rémus.

Evs Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus qui Móyſi fámulo tuo in monte Sínai apparuíſti, & fílios Iſraël de terra AEgypti eduxíſti, députans eis ángelum pietátis tuæ, qui cuſtodíret eos die ac nocte: te quæſo Dómine, vt míttere dignéris ſanctum Angelum tuum, qui ſimíliter cuſtódiat hunc fámulum tuum & perdúcat eum ad vitam ætérnam. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Xorcíſo te Spíritus immúnde, in nómine Patris, & Fí lij, & Spíritus ſancti, vt

éxeas & recédas ab hoc fámulo Dei
ipſe enim tibi ímperat maledícte damnáte, qui pédibus ſuper mare ambuláuit, & Petro mergénti déxteram porréxit.

rgò maledícte diábole, recognóſce ſenténtiam tuam, & da honórem Deo viuo & vero; da honórem Ieſu Chriſto filio eius, & Spirítui ſancto, & recéde ab hoc fámulo Dei quia iſtum ſibi Deus & Dóminus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam grátiam & benedictiónem, fontémque baptíſmatis dono ſuæ pietátis vocáre dignátus eſt. Et hoc ſignum ſanctæ crucis quod nos fronti eius damus, tu maledícte diábole numquam áudeas violáre. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen. rémus.

Térnam ac iuſtíſſimam pietátem tuam déprecor Dómine ſancte, Pater omnípotens ætérne Deus, author lúminis & veritátis: réſpice ſuper hunc fámulum tuum & dignéris eum illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ; munda eum, & ſanctífica; da ei ſciéntiam veram, firmam ſpem, conſilium rectum, doctrínam ſanctam, vt dignus ſit pérfrui grátiâ baptíſmi tui quem ſuſcépit, ac demùm vitam conſequátur ætérnam. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

ec te láteat Sátana, imminére tibi pœnas, immi-

nére tibi torménta, imminére tibi diem iudícij, diem supplícij sempitérni, diem qui ventúrus est, velut clibanus ardens, in quo tibi atque vniuérsis ángelis tuis ætérnus superuéniet intéritus: Et ídeò pro tua nequítia damnáte atque damnánde, da honórem Deo viuo & vero; da honórem Iesu Christo filio eius, & Spirítui sancto Paracléto; in cuius nómine atque virtúte præcípio tibi, quicúmque es spíritus immúnde, vt éxeas & recédas ab hoc fámulo

Dei quem Deus, & Dóminus noster Iesus Christus, ad suam sanctam grátiam & benedictiónem, fontémque baptísmatis dono suæ pietátis vocáre dignátus est, vt sit semper eius templum, qui per aquam regeneratiónis percépit remissiónem peccatórum. In nómine eiusdem Dómimini nostri Iesu Christi, qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos & sæculum per ignem. Amen.

Ephphétha, quod est adaperíre:

In odórem suauitátis:

Tu autem effugáre diábole, appropinquábit enim iudícium Dei, in nómine Patris & Fílij, & Spíritus sancti Amen.

ater noster.

ue María. redo in Deum. redo in Spíritum.

ngrédere in

templum Dei, vt hábeas vitam ætérnam. Amen.

Abrenúncias sátanæ?
Abrenúncio.
Et ómnibus pompis eius?
Abrenúncio.
Et ómnibus opéribus eius?
Abrenúncio.

t ego te línio óleo salútis, *& inter scapulas eodem oleo*, in Christo Iesu Dómino nostro, in vitam ætérnam. Amen.

Credis in Deum Patrem omnipoténtem, creatórem cœli & terræ?
Credo.
Credis & in Iesum Christum fílium eius vnicum Dóminum nostrum, natum & passum?
Credo.
Credis & in Spíritum sanctum, Ecclésiam Cathólicam, sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam ætérnam

ætérnam poſt mortem?
℞. Credo.
Poſteà Sacerdos dicat. Orémus.

DEvs omnípotens, Pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regeneráuit ex aqua & Spíritu sãcto, quíque dedit tibi remiſſiónẽ ómniũ peccatórum tuorũ, hìc Sacerdos Chriſmate cum baculo in vaſe poſito vngat verticem infantis dicens, ipſe te líniat Chríſmate ✠ ſalútis in Chriſto Ieſu Dómino noſtro in vitam ætérnam. ℞. Amen.

Abſtergatur vnctio vt ſuprà. Deinde imponendo capiti linteum Chriſmale dicat Sacerdos;

N. Accipe veſtem cándidam, ſanctam & immaculátam, quam pérferas ante tribúnal Dómini noſtri Ieſu Chriſti, vt hábeas vitam ætérnam. ℞. Amen.

Poſteà Sacerdos apponat cereum ardentem ad latus dextrum infantis, dicens.

N. Accipe lámpadem ardéntem, & irreprehensíbilis cuſtódi baptíſmum tuum, vt cùm Dóminus ad núptias vénerit, poſſis ei occúrrere, vnà cum ómnibus ſanctis & eléctis in aula cœléſti, & viuas in ſæcula ſæculórum. ℞. Amen.

Vltimò recitet Sacerdos Euangelium Sancti Ioannis, &c. vt ſupra in baptiſmo paruulorum, eaſdemque admonitiones faciat Patrinis quæ ibidem habentur, præter quàm quòd monebit Patrinum & Matrinam quod non contraxerunt cognationem ſpiritualem, quæ eſt impedimentum dirimens matrimonium.

Ordo supplendi Cæremonias omissas in Baptismo adultorum ab hæreticis baptizatorum.

SI quis adultus ab hæreticis ritè baptizatus, postquàm in hæresi permanserit, ad Ecclesiam Catholicam veniens postulet sibi cæremonias omissas in Baptismo suppleri; (dum enim parentes hæretici ad fidem Catholicam cōuersi suos infantes ab hæreticis validè baptizatos offerunt Ecclesiæ pro supplendis cæremoniis, ritus qui mox præscriptus est, & Ordo supplendi cæremonias in Baptismo paruulorum omissas omnino seruandus erit) Sacerdos illum siue domi, siue in Ecclesia priuatim, cum omni modestia & mansuetudine in Christiana fide ac sanctis moribus diligenter instruat, & per aliquot dies in operibus pietatis exerceat, quærátque an ex animo & liberè abiuret hæresim, paratusque sit fidem Catholicam, Apostolicam & Romanam profiteri coram R. D. Archiepiscopo aut eius Pœnitentiario, & ab eo absolui ab excommunicatione, quam incurrit propter dictam hæresim, si in ea vsque ad ætatem maturam doli atque malitiæ capacem sciens & volens permanserit, quod prudentis Parochi iudicio relinquitur.

Instructus in fide & sanctis moribus, paratus profiteri fidem Catholicam, Apostolicam, & Romanam, & absolutus ab excommunicatione, si eam incurrit, supplebuntur Cæremoniæ hoc modo.

Præparatis omnibus vt supra in baptismo paruu-

lorum, Sacerdos interrogabit Patrinum & Matrinam hoc pacto.

S. Eſtes-vous le Parrein, & la Marreine?

℟. Ouy.

S. Voulez-vous viure, & mourir en la Foy de l'Egliſe Catholique, Apoſtolique & Romaine?

℟. Ouy, moyennant la grace de Dieu.

Celuy (celle) que vous preſentez à l'Egliſe demeure-il (elle) en cette Parroiſſe?

Si reſponſum fuerit eſſe ſuum Parochianum, pergat vt ſequitur; ſi autem reſponſum fuerit eſſe alterius Parochiæ, remittat ad proprium Parochum.

Tunc Sacerdos interrogabit.

S. Comment s'appelle-il (elle)?

Patrinus aut Matrina, N.

Si nomen adulti ſit profanum, & non quale ab Eccleſia recipitur, fiet nominis mutatio, quæ referetur in Librum Baptiſmalem: & Sacerdos in hunc finem interrogabit Patrinum & Matrinam.

S. Quel nom voulez-vous luy donner?

℟. N.

Impoſito nomine, ſi mutari prius nomen opus fuerit; vel retento eo, ſi ab Eccleſia ſit receptum, Sacerdos interrogabit adultum, qui ad hanc interrogationem & ad cæteras omnes reſpondebit, & non Patrinus aut Matrina pro ipſo, niſi mutus fuerit, aut omninò ſurdus, vel ignotæ linguæ, quo caſu vel per Patrinum vel Matrinam, ſi illam intelligat, aut alium interpretem vel nutu conſenſum ſuum explicet.

S. N. Que demandez-vous?

℟. Les Ceremonies du Bapteſme.

S. Auez vous eſté baptiſé (baptiſée) au nom du Pere, & du Fils, & du Saint Eſprit?

Adultus. Ie le croy, pour l'auoir ainſi entendu de perſonnes dignes de foy.

Idem teſtabuntur Patrinus & Matrina ſi nouerint ex viſu vel auditu; hocque comperto Sacerdos ter exſufflet leniter in faciem adulti & dicat ſemel; Recede, &c. Cæteraque omnia fiant vt in Ordine ſupplendi Cæremonias in baptiſmo paruulorum, præterquàm quòd ad interrogationes adultus ipſe debet reſpondere vt ſupra dictum eſt, & poſtquàm introductus in Eccleſiam fuerit Sacerdos aliqua dicet de vtilitate ac ſignificatione Cæremoniarum.

Si etiam (quod abſit) aliquibus adultis à Catholicis baptiſmo non ſolemni baptiſatis ex negligentia, vel aliquo alio caſu, non fuiſſent cæremoniæ adhibitæ, eodem ritu ſupplebuntur quo paruulis, præterquàm quòd adultus ipſe reſpondebit ad interrogationes, incipiendo ab iſta. Que demandez-vous? Sacerdos etiam poſtquàm dederit ingreſſum in Eccleſiam dicet aliquid de vtilitate & ſignificatione Cæremoniarum iſtarum.

Ordo Baptiſmi adultorum ex Iudæis, vel Turcarum & infidelium partibus ad Eccleſiam Catholicam venientium.

SIquis adultus ex Iudæis vel Turcarum & infidelium partibus ad Eccleſiam Catholicam veniens Baptiſmum poſtulet, multis diebus ante in fide Catholica & in ſanctis moribus diligenter inſtruatur, in bonis operibus exerceatur, ſæpiùs etiam voluntas eius & propoſitum exploretur, vt non niſi ſciens & volens baptizetur, atque etiam ne iam baptizatus imperitia vel errore, aut ad quæſtum vel ob aliam cauſam fraude ac dolo baptizari velit.

Si dum inſtruitur in mortis periculum incidat baptizarique voluerit, habitâ ratione periculi vel neceſſitatis, baptizetur; extra mortis periculum non baptizetur antequam optimè ſit inſtructus. Baptiſmus autem iſte adultorum, vbi fieri commodè poterit, ad R. D. Archiepiſcopum deferatur, vt ſi illi placuerit ab eo ſolemniùs conferatur; alioquin Parochus ipſe baptizet, idque in vigilia Paſchæ, vel Pentecoſtes, pro veteri more & conſuetudine Eccleſiæ, vel alio congruo tempore, ſi aliquid obſtet ne iis diebus duobus adminiſtretur.

Curet imprimis Sacerdos, vt adultus diſponatur ad gratiam Baptiſmi percipiendam per actus Fidei, Spei & Charitatis, atque etiam per odium & dete-

ſtationem peccatorum & propoſitum inchoandi nouam vitam, Deique mandata ſeruandi.

Inſtructus & diſpoſitus, vt decet, baptizetur in Eccleſia. Aſſiſtant ei Patrinus & Matrina qui offerant, & nomen imponant, vt moris eſt. Ad interrogationes reſpondeat ipſe adultus, niſi mutus fuerit, aut omninò ſurdus vel ignotæ linguæ, quo caſu conſenſum ſuum vel nutu, vel per interpretem, vel per Patrinum & Matrinam explicabit.

Cætera fiant, vt ſupra in Ordine Baptiſmi paruulorum, præterquàm quòd vbi fuerit introductus in Eccleſiam, Parochus dicet aliquid de neceſſitate ac virtute Baptiſmi deque vtilitate & ſignificatione cæremoniarum.

De alijs Adultis Baptiſandis.

ALij adulti ſunt in duplici differentia; vel enim mentis compotes non ſunt, quales ſunt amentes, furioſi, lethargo aut phreneſi laborantes: vel ſunt Hæretici ad Catholicam Eccleſiam venientes, quorum Baptiſmus inualidus eſt.

Amentes & furioſi non baptiſentur, niſi tales à natiuitate fuerint: ſi dilucida habeant interualla, dum mentis compotes ſunt & volunt baptiſari, baptiſentur: ſi etiam antequàm inſanirent, baptiſmi deſiderium oſtenderunt & vitæ periculum immineat, baptiſentur, etiamſi mentis compotes non ſint: idemque dicendum de eo, qui lethargo, vel phreneſi laborat.

Hæretici ad Eccleſiam Catholicam venientes ex hæ-

resi, in qua baptismus validus non est, baptisentur eodem ritu, quo alij ex Iudæis vel Turcis & infidelium partibus conuersi.

Ii denique adulti, de quibus, re diligenter examinatâ, dubitatur vtrum validè baptisati fuerint, si nihil aliud impediat, sub conditione baptizentur.

De pluribus simul baptizandis.

SI necessitas vel grauis causa exigat, vt plures simul baptizentur, siue masculi, siue fœminæ, in Catechismo masculi statuantur ad dextram, fœminæ verò ad sinistram, & omnia dicantur vt supra in proprio genere, & numero plurali. Verùm prima nominis interrogatio, exsufflatio, crucis impressio seu signatio, tactus aurium & narium cum saliua, abrenunciationis interrogatio, vnctio olei Catechumenorum, interrogatio de fide, seu symbolo, Baptismus ipse, inunctio Chrismatis candidæ vestis impositio, atque accensæ candelæ vel cerei traditio, singulariter singulis, primùm masculis, deinde fœminis, fieri debent.

De obstetricibus, seu matronis admittendis.

QVoniam in Obstetricum seu Matronarum est arbitrio paruulorum & matrum ipsarum aliquando vita & salus posita; & sæpè necesse est vt infantes ab iis baptizentur, atque etiam de baptismi validitate eorum testimonio iudicium fertur, ideo de

re Eccleſiæ eſt prouidere ne vel paruulis vel matribus ipſis ex illarum mulierum improbitate, ignorantia, vel temeritate quicquam damni aut periculi contingat.

Cùm ergo facienda erit obſtetricis electio, dabit operam Parochus, vt honeſtiores, & religioſiores ſuæ parœciæ mulieres conuocentur, quas commonefaciet vt eam ſuffragiis ſuis eligant, quam omnibus ad hoc munus ſyncerè obeundum nouerint aptiſsimam & fideliſsimam, maximè verò quæ vitam omnem ſine ſuſpicione ac labe hæreſis, ſortilegij, maleficij & infamiæ in Chriſtiana pietate traduxerit.

Hæc cùm à maiori parte, eáque ſaniore, electa fuerit, per Parochum edocebitur idiomate communi, quæ ſit vera forma & materia Sacramenti Baptiſmi, ſi forſan ignara fuerit.

Deinde illam commonefaciet de officio, præcipuè vt caueat ne vnquã baptizet, niſi in vrgenti neceſsitate, neque etiã in caſu neceſsitatis, ſi adſit Sacerdos, aut vir qualiſcũque qui ritè poſsit baptizare; niſi vbi propter pudorem decet fœminã potiùs, quàm virũ baptizare, quãdo nempe infans non eſt omninò editus. Monebit etiam vt curet, quantũ fieri poterit quando vrgente neceſsitate baptizabit, duos ſaltem teſtes præſentes adeſſe, ac matrem præſertim, ſi poteſt, qui teſtimonium perhibeant Eccleſiæ de Baptiſmo ab illa collato. Significabit etiam illi ſui muneris eſſe monere parentes infantis quamuis feliciter nati, ne multos in dies differant eum ad Eccleſiam baptizandum adferri, ſed eodem ipſo die ſi fieri poſsit. Denique prohibebit illi Parochus ne ad Hæreticorum ſynagogas baptizandos infantes deferat.

Hæc

Hæc vbi promiserit, ad iuramentum illam admittet eo modo qui sequitur, cuius tenorem illa ipsa leget si poßit, sin minùs Parochum verba iuramenti alta voce proferentem attentè audiet, & singula verba eiusdem repetet pronunciando altè, coram sacro Euangeliorum codice.

Non erit alienum à ratione vt in vrbibus populosis huiusmodi iuramentum ab Obstetricibus præstetur in conspectu Doctoris Medici, vnà cum Parocho qui iusiurandum recipiet, in oppidis verò & locis campestribus in præsentia Chirurgi vel Pharmacopolæ rusticani.

FORMA IVSIVRANDI.

IE N. promets à Dieu le Createur Tout-puissant, & à vous Monsieur qui estes mon Curé, de m'acquitter le plus fidelement & diligemment qu'il me sera possible de la charge que i'entreprends maintenant, d'assister aux femmes de cette Parroisse, & autres où ie seray appellée en leurs enfantemens; & ne permettray à mon escient ou par ma faute, que ny la mere, ny l'enfant encourent aucun inconuenient; & où ie iugeray quelque peril éminent, de n'attenter rien de moy-mesme, ains du conseil & aide des Medecins, Chirurgiens & autres femmes, lesquelles ie connoistray les mieux entenduës & experimentées en ces affaires. Ie promets d'estre fidelle & secrette, & de ne reueler les secrets des familles: Et sur tout ie promets que ie n'vseray d'aucun moyen illicite sous quelque couleur & pretexte que ce soit, & que ie ne feray & n'obmettray rien de ce qui sera de mon deuoir à l'endroit de qui

que ce soit, par vengeance, ou autre mauuaise affection : ains comme vne femme de bien, vraye Chrestienne & Catholique, ie procureray en tout & par tout le salut corporel & spirituel, tant de la mere, que de l'enfant : Ainsi me soit Dieu en aide.

Parochus subiungat. Vous le iurez & promettez ainsi?

Obstetrix respondeat. Oüy Monsieur, ie le promets.

Tunc proferat Parochus sanctum Euangelium, illique Ostetrix manum apponat, idque deosculetur.

His peractis Parochus mulieris nomen & diem præstiti ab ea iuramenti describet seorsim in aliqua parte Libri Baptismalis.



De benedictione mulieris post partum.

NVlla lege tenetur mulier abstinere vllo die ab ingressu Ecclesiæ post partum : nulla etiam lege tenetur certis diebus post partum aliquo ritu se repræsentare Ecclesiæ, & Missam ea causa audire, aut suo nomine curari celebrare, aut oblationem facere, vel benedictionem vllam in purificationem puerperij suscipere ; cùm nulla in partu culpa aut immunditia sit quæ expiatione indigeat.

Laudabilis tamen est consuetudo & ab Ecclesia probata, quâ puerpera Deo pro suscepta prole & incolumitate sua gratias actura, venit ad Ecclesiam, & benedictionem à Sacerdote petit, aut etiam Missæ sacrificium offerri pro se procurat.

Hæc benedictio fieri debet à Parocho vel alio Sacerdote ex eius licentia, in Ecclesia Parochiali tantùm, non autem domi vel alibi, quacumque mulier infirmitate detineatur: neque etiam in Ecclesiis Regularium à Regularibus, hoc enim illis sub pœnis arbitrio D. Archiepisc. infligendis districtè prohibetur.

Caueat Sacerdos, ne obseruationes vllæ superstitiosæ ad eam benedictionem à mulieribus adhibeantur, atque etiam ne ad hanc benedictionem admittantur mulieres quæ ex adulterio, vel ex fornicatione notoriis pepererint.

Ordo benedicendi mulierem post partum.

QVando mulier post partum ad Ecclesiam Parochialem benedicenda venerit, auditâ Missâ, si fieri possit, in qua aliquid pro sua deuotione obtulerit, ante altare genuflexa cum cereo accenso, Sacerdos panem communem fermentatum ab ea oblatum benedicit, dicens.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum. Oremus.

BEnedic ✠ Dómine hanc creatúram panis, qui benedixísti quinque panes in deférto, vt fámula tua, mandúcans ex eo purgáta à vítiis salútem consequátur mentis & córporis, in nómine Patris, & Fílij & Spíritus sancti. ℟. Amen.

Quo dicto, panem aquâ benedictâ conspergit & deinde tradit mulieri comedendum: Posteà ex-

tremo stolæ posito super caput eius, dicit.
Dóminus vobíscum. Et cum Spiritu tuo.
Euangelium. Sequéntia Sancti Euangélij secúndùm Lucam.

IN illo témpore: Postquàm impléti sunt dies purgatiónis Maríæ secúndùm legem Móysi: tulérunt Iesum in Ierúsalem, vt sísterent eum Dómino (sicut scriptum est in lege Dómini: quia omne masculínum adapériens vuluam sanctum Dómino vocábitur:) & vt darent hóstiam secúndùm quod dictum est in lege Dómini, par túrturum, aut duos pullos columbárum. Et ecce, homo erat in Ierúsalem, cui nomen Simeon: & homo iste iustus & timorátus, expéctans consolatiónem Israel, & Spíritus sanctus erat in eo. Et respónsum accéperat à Spíritu sancto, non visúrum se mortem, nisi priùs vidéret Christum Dómini. Et venit in spíritu in templum. Et cùm indúcerent púerum Iesum paréntes eius, vt fácerent secúndùm consuetúdinem legis pro eo; & ipse accépit eum in vlnas suas, & benedíxit eum, & dixit: Nunc dimíttis seruum tuum Dómine, secúndùm verbum tuum in pace. Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum. Quod parásti ante fáciem ómnium populórum. Lumen ad reuelatiónem géntium, & glóriam plebis tuæ Israël.

Vel Euangelium Sancti Ioannis, quod sequitur.
Inítium Sancti Euangélij secúndùm Ioánnem.

IN princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, &

siue ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat, & vita erat lux hóminum, & lux in ténebris lucet, & ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioánnes. Hic venit in testimónium vt testimónium perhibéret de lúmine, vt omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhibéret de lúmine. Erat lux vera quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognóuit. In própria venit, & sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum dedit eis potestátem fílios Dei fíeri, his qui credunt in nómine eius, qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex volũtáte viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factũ est, & habitáuit in nobis (& vídimus glóriam eius, glóriam quasi vnigéniti à patre) plenum grátiæ & veritátis. ℟. Deo gratias.
Antiphona. Te inuocámus, te adorámus, te laudámus, te glorificámus, ô beáta & gloriósa Trínitas.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Orémus.

PIetáte tua, quæsumus Dómine, hanc fámulam tuam córpore & mente páriter purífica, vt nóxias carnis illécebras, & mundi blandiménta ac diabólica contágia sic deuíncat, vt grátiam tuam in hoc sæculo, & glóriam in futúro mereátur obtinére. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen. Benedíctio Dei omnipoténtis ✠ descéndat super

te, & máneat semper tecum. In nómine Patris, & Filij, & Spíritus sancti. Amen.

Dictò Euangelio, oratione, & benedictione factâ, Sacerdos tradet stolam mulieri osculandam, & monebit ne secum dormire patiatur in lecto eodem infantem ante quindecim menses completos, propter periculum oppressionis, de qua re debuit iam commoneri à Patrino & Matrina.

De Sacramento Confirmationis.



RÆCIPIMVS Parochis, vt doceant Parochianos suos Christum Dominum instituisse Sacramentum Confirmationis, quo iam geniti per baptismum in nouam vitam, euacuatis omnibus quæ sunt paruuli, fideles augescant, & perfectum animi robur assumant, vt nullo pœnarum, suppliciorum, mortis periculo, aut metu, à vera fidei confessione deterreantur: quare licet eiusmodi necessitatem non habeat, vt sine eo saluus quis esse non possit; tamen à nemine prætermitti debere: cauendúmque maximè, ne in re sanctitatis plena, per quam diuina munera tam largè communicantur, Christianique hominis forma perfectè in nobis absoluitur, culpabilis aliqua negligentia committatur. Ideoque sui muneris esse sciant frequenter monere populum ad Confirmationem puerorum, ex Syn. Paris. an. 1175. cap. 4.

Huius Sacramenti materia Chrisma, hoc est vnguentum ex oleo oliuarum & balsamo ab Episcopo solemni

consecratione confectum: quæ duarum rerum compositio, præterquàm quòd declarat multiplicem Spiritus sancti gratiam quæ in Confirmatione tribuitur; ipsius insuper Sacramenti excellentiam significat: Oleum enim, quod pingue est ac naturâ suâ manat & diffluit, gratiæ plenitudinem exprimit, quæ per Spiritum sanctum à Christo capite redundat, cuius de plenitudine omnes accepimus: Balsamum verò cuius odor iucundissimus est, quodque putrescere non sinit quæ eo circumlita sunt; significat fideles, cùm Sacramento Confirmationis perficiuntur, Christi bonum odorem Deo fieri, facileque à scelerum contagione posse seruari.

Forma eius Sacramenti his verbis continetur; Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrísmate salútis: in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti. *Quare tunc maximè cùm ea pronunciari fideles animaduertent, animos ad pietatem, fidem & religionem excitare debent, ne quid cœlesti gratiæ possit esse impedimenti.*

Doceant insuper solum Episcopum huius conficiendi Sacramenti ordinariam potestatem habere, ac iure quidem factum esse à Domino Iesu Christo vt hoc munus Episcoporum esset, quorum maximè est alios ad perfectionem adducere.

Præterea Sacramentum istud imprimere characterem, ideoque nunquam iterari posse.

Addere poterunt, frontem eorum qui confirmantur ad modum crucis inungi, tum vt declaretur eos nullo metu aut verecundiâ, quarum affectionum signa maximè in fronte apparent, à libera Christiani nominis confessione absterrendos esse; tùm etiam, vt à cæteris

veluti milites Christi illustriori nota distinguantur. In maxilla confirmatos ab Episcopo manu leniter cadi, vt meminerint, ad ferenda pro Christi nomine inuicto animo aduersa paratos esse oportere. Pacem denique ab eo illis dari, vt intelligant se pacem Dei, quæ exuperat omnem sensum, esse consecutos.

Subiungent Parochi Patrinum vel Matrinam in Confirmatione multas ob causas assumi, eandemque spiritualem affinitatem contrahi, quæ in Baptismo: atque adeo satius esse viros Ecclesiasticos ad id munus adhiberi. Posse item Confirmandos mutare nomina sua si voluerint, dummodo fraus & dolus absint.

Quapropter monebunt Parochi in Pronao diebus Dominicis ante Quatuor anni tempora, atque etiam Dominica Quarta Quadragesimæ, quòd feriâ sextâ sequenti Sacramentum hoc conferetur in Sacello Palatij Archiepiscopalis: hortabuntúrque adultos, qui Sacramentum hoc nondùm susceperunt, vt Confessione Sacramentali præmissâ, si fieri commodè potest, ieiuni ad illud recipiendum accedant: Parentes quoque, & eos ad quos liberorum cura spectat, hortabuntur, vt illos ieiunos pariter, vbi septimum ætatis annum attigerint, confirmandos adducant, præmissâ etiam confessione Sacramentali. Statut. Odonis Episc. Paris. an. 1175. cap. 4.

Videant autem priùs Parochi vtrum tam ætate prouectiores, quàm pueri, quos rudiores esse suspicabuntur, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum norint, neque eorum ignaros D. Archiepiscopo sistere ante sinant.

Instruant

Instituant pariter venientes ad Confirmationem, vt andellos mundos, latos & longos habeant, quos post Confirmationem portent, ne Chrisma possit ab aliis tan-i; & postquam per tempus aliquod portauerint, puta vsque ad diem sequentem, veniant ad Parochialem Ecclesiam, vt per Presbyterum in fronte, quo loco fue-ant vncti, sale & aquâ lauentur, aut medullâ panis ergantur; quæ postmodùm in piscinam proiiciantur, ut alium in locum in quo pedibus non conculcentur, andelli verò à Sacerdote comburantur.

De Catechismo puerorum.

CVrent omnes Parochi nostræ Diœcesis, vt per se vel per idoneos viros, sacris tamen initiatos, ngulis Dominicis, festísque in aliquo loco Eccle-æ commodo post Vesperas, vel aliis horis commo-ioribus è minori suggestu, si fieri potest, suorum arochianorum liberos vtriusque sexus, domesti-os, & ancillas, in fidei Catholicæ, Apostolicæ, & omanæ rudimentis idiomate vulgarī diligenter udiant, iuxta tenorem nostri Catechismi.

Parentes verò, iique qui domesticos & ancillas ha-ent, frequenter monebuntur teneri eos in Eccle-am mittere, vel etiam adducere in hunc finem.

Et cùm dignus sit operarius mercede sua, in Ec-esiis in quibus nulli sunt reditus, præter pias fide-um oblationes, auctoritate nostra monemus in omino Quæstores seu AEdituos fabricarū & Pa-ochianos, vt propter hunc tam sanctum laborem, ga docentem liberales se exhibeant, sciántque se Christo præmium recepturos.



De Sacramento Pœnitentiæ.



ANCTVM Pœnitentiæ Sacramentum, ad eos, qui post Baptismum lapsi sunt, in gratiam Dei restituendos, à Christo Domino institutum; eo diligentiùs administrandum est, quo frequentior est eius vsus, & quo plura requiruntur ad illud rectè, dignéque tractandum ac suscipiendum. Cùm autem ad illud constituendum tria concurrant, materia, forma & minister; illius quidem remota materia sunt peccata, proxima verò sunt actus pœnitentis; nempe contritio, confeßio & satisfactio. Forma autem illa absolutionis verba: Ego te absoluo &c. *Minister denique est Sacerdos, habens potestatem absoluendi vel ordinariam, vel delegatam. Vnde qui in loco exempto, siue non exempto conantur non subditos absoluere, eos decipiunt; Quare nulli Regulares, etiam exempti, possunt sæcularium confeßiones excipere, nisi sint de numero eorum qui Episcopo per Superiores fuerunt præsentati, & ab ipso approbati, iuxta Bullam Vrbani VIII. quæ incipit,* Cùm sicut accepimus, *Datum die 12. Sept. 1628. quæ est ad calcem huius Ritualis, & Synodum Paris. anni 1620. Verùm si periculum mortis immineat, approbatusque desit Confessarius, quilibet Sacerdos potest à quibuscumque censuris & peccatis absoluere, ea cautione quæ infra dicetur.*

Parochus fideles sibi commissos hortetur, vt ad Pœnitentiæ Sacramentum non solùm, cùm præcepto Ecclesiæ tenentur, sed quàm frequentissimè accedant. Moneat insuper pœnitentiæ radices quidem amaras esse, sed fructus suauissimos: Nihil nobis optatius esse debere doceat quàm in Dei gratiam restitui, animam quouis scelerum pondere oppressam subleuari, conscientiæque pacem & tranquillitatem tribui, quæ omnia Sacramenti pœnitentiæ beneficio consequimur.

Animaduertat Parochus & Confessarius, ne dum hoc Sacramento vulneribus aliorum medetur, ipse telo peccati se configat. Quamobrem caueat ne mortifero peccato inquinatus, neque item Censura Ecclesiastica aut alio canonico irretitus impedimento ad huius administrationem accedat: imò verò ita sanctè viuere studeat, vt pœnitentes non verbis tantùm, sed exemplis quoque ad Christianarum virtutum officia possit erudire.

Quo magis autem ad omnem vitæ bonitatem se excitet, cum sæpenumero secum ipse tacita meditatione cogitabit, cuius vicem ipse gerat, & quàm sanctæ sint suscepti ministerii sui partes: tum verò intimè atque in corde suo humiliter ita de se sentiat, vt pœnitentes, quorum confessiones audit, se meliores putet.

Ad audiendas porro confessiones non inani gloria, non lucri cupiditate, non curiositate, non denique vllo humano affectu ductus, sed salutis fidelium procurandæ studio inflammatus accedat.

Nec propterea quemquam pœnitentem subterfugiendi laboris causa reiiciat, ne nutu quidem, ne dum verbis: imò se paratum semper, facilem, humilémque præbeat.

Ita etiam constanter se gerat, vt nullius metu aut gratiâ officio suo desit.

Ac priusquàm ad audiendas confessiones accedat, si tempus suppetat, ad hoc ministerium rectè, sanctéque obeundum, diuinum auxilium piis precibus implorabit, vt inferiùs ponuntur.

Meminerit verò Confessarius, se Iudicis, pariter & Medici personam sustinere, ac diuinæ iustitiæ simul & misericordiæ ministrum à Deo constitutum esse; vt tanquam arbiter inter Deum, & homines, honori diuino, & animarum saluti consulat.

Vt ergò rectè iudicare queat, discernens inter lepram, & non lepram, & tanquam peritus Medicus animarum morbos prudenter curare, & apta cuique remedia applicare sciat, quantam potest ad id maximam scientiam, atque prudentiam, tum aßiduis ad Deum precibus, tum ex probatis auctoribus, præsertim è Catechismo Romano, & prudenti consilio peritorum, studeat sibi comparare.

Sciat casus & Censuras Sedi Apostolicæ & D. Archiepiscopo reseruatas, Diœcesanas constitutiones, in hoc Rituali libro descriptas, eásque diligenter obseruet.

Denique huius Sacramenti doctrinam omnem rectè nosse studebit, & alia ad eius rectam administrationem necessaria. Atque in hoc ministerio ita procedat, vt infra præscribitur.

In Ecclesia, non autem in priuatis ædibus confessiones audiat, nisi ex causa rationabili : quæ cùm inciderit, studeat tamen id decenti ac patenti loco præstare.

In Ecclesia autem cùm audiet, sit sedens, vt Iudex: non altari incumbens, non genuflexus, non stans, non legens, non Officium recitans, non aliis interloquens, non ex interuallo cantans, aut aliud quiduis agens, sed attento ad rem animo; caueátque diligenter, ne ipse aut pœnitens inter loquendum à circumstantibus exaudiatur, quos idcircò procul à se competenti spatio, quantum fieri potest, expectare cogat.

Ad id habeat in Ecclesia sedem confessionalem, quæ patenti, conspicuo & apto loco posita sit, & vbi fieri commodè poterit, interiecto assere pœnitentem à Sacerdote dirimat, aperta in medio fenestella ad transmittendam vocem, quæ crate perforata, seu cancellis ligneis ferreísue obsepta sit.

Vultu & oculis ita compositis se in sedili confessionali habeat, vt reuera ostendat se de pœnitentis salute paternè sollicitum, ita tamen vt nullo penitùs signo inspectantibus indicare possit, se grauitate fortasse sceleris alicuius commoueri.

Pœnitens, si opus fuerit, initio admoneatur, vt qua decet humilitate mentis & habitus accedat, ac flexis genibus signo Crucis se muniat, dicens, Benedic Pater, &c. *vt infrà.*

Mox Confessarius inquirat an sit Parochianus eius, maximè si de illo dubitat, cùm non possit

absoluere nec audire in confessione alios à suis parochianis nisi ex consensu Parochi pœnitentium : tum interroget de illius statu (nisi aliter notus fuerit,) & quampridem sit confessus, & an impositam pœnitentiam adimpleuerit, num ritè atque integrè aliàs confessus fuerit, num conscientiam suam, vt debet, priùs diligenter discusserit.

Quod si pœnitens aliqua censura vel casu reseruato sit ligatus, à quo ipse non possit absoluere, non absoluat, nisi prius obtenta facultate à Superiore.

Si vero Confessarius pro personarum qualitate cognouerit pœnitentem ignorare Christianæ fidei rudimenta, si tempus suppetat, eum breuiter instruat de articulis fidei, & aliis ad salutem cognitu necessariis, & ignorantiam eius corripiat, illumque admoneat, vt ea postmodum diligentiùs addiscat : quòd si per tempus non liceat, remittat eum donec sit sufficienter instructus. Moneant verò frequenter Parochi suos parochianos accedentes ad Sacramentum pœnitentiæ cum hac ignorantia fidei nostræ rudimentorum omnino imparatos esse ac indispositos ad absolutionem consequendam : atque adeo confessiones esse inualidas.

Tum pœnitens dictâ confessione generali Latinâ linguâ, scilicet, Confiteor, *vsque ad* mea culpa ; *vel vulgari*, Ie me confesse à Dieu, *vsque ad*, i'en dis ma coulpe ; *vel saltem verbis* Confiteor Deo omnipotenti, & tibi Pater, *peccata suà confiteatur, adiuuante, quotiescúmque opus fuerit, Sacerdote, qui pœnitentem non reprehendet, nisi finita, vt dicetur, confessione, neque interpellabit nisi opus fuerit aliquid*

melius intelligere: proinde fiduciam ei præbeat & humaniter suggerat, vt omnia peccata sua ritè & integrè confiteatur, remotâ stultâ illâ quorumdam verecundiâ, quâ præpediti, suadente diabolo peccata confiteri non audent.

Si pœnitens numerum, & species, & circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eam Sacerdos prudenter interroget.

Sed caueat, ne curiosis aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, præsertim iuniores vtriusque sexus, vel alios, de eo quod ignorant imprudenter interrogans: ne scandalum patiantur, indéque peccare discant.

Demum, auditâ confessione, perpendens peccatorum, quæ ille admisit, magnitudinem ac multitudinem, pro eorum grauitate, ac pœnitentis conditione opportunas correptiones ac monitiones, prout opus esse viderit, paterna charitate adhibebit, & ad dolorem & contritionem efficacibus verbis adducere conabitur, atque ad vitam emendandam ac in melius instituendam inducet, remediáque peccatorum tradet.

Vbi eum ita animo affectum viderit vt doleat, sicut oportet de peccatis suis, salutarem & conuenientem satisfactionem, quantum spiritus & prudentia suggesserit, iniungat habitâ ratione status, conditionis, sexus & ætatis, & item dispositionis pœnitentium; & si ita expedire viderit, illum interroget an possit, anue dubitet pœnitentiam sibi iniunctam peragere, alioquin eam immutet, aut minuat.

Tum verò maximè videat ne pro peccatis grauibus leuiſsimas pœnitentias iniungat, id quod & Confeſſariis & pœnitentibus periculoſum eſt, cùm à ſacris litteris & à Conciliorum decretis, & à Sanctorum Patrum ſententia ſit alienum: nam diuinæ litteræ ab iis qui pœnitentiam agunt hoc efflagitant, vt fructus dignos pœnitentiæ faciant, vtque ad Dominum conuertantur in ieiunio, & fletu, & planctu. Et verò qui peccatis grauibus leues quoſdam pœnitentiæ modos imponunt, hi, canon inquit, conſuunt puluillos ſecundùm Propheticum ſermonem ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas: Imò Concilium Trid. docet eos Confeſſarios, qui dum cum pœnitentibus indulgentiùs agunt, leuiſsima quædam opera pro grauiſsimis delictis iniungunt, alienorum peccatorum participes effici. Quod & in Synodo Pariſ. ſub Odone ſanctè ſtatutum fuit, ann. 1175. his verbis. In iniungendis paruis pœnitentiis ſibi caueant Sacerdotes, ſecundùm enim qualitatem culpæ & poſsibilitatem confitentis debet qualitas Pœnitentiæ, alioquin quod minus eſt, requiretur ab eis. cap. 6. §. 9.

Id verò ante oculos habeat, vt ſatisfactio non ſit tantùm ad nouæ vitæ remedium, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum caſtigationem.

Quare curet, quantum fieri poteſt, vt contrarias peccatis pœnitentias iniungat: veluti auaris eleemoſynas, libidinoſis ieiunia, vel alias carnis afflictiones, ſuperbis humilitatis officia, deſidioſis deuotionis ſtudia; imprimiſque

misque vt in hebdomada manè certis diebus; id quod in singulos dies etiam faciendum esse B. Chrysostomus monet, sanctâ meditatione sibi propositâ, solemnem illam sponsionem, quam per compatres in baptismo sanctè fecerunt, redintegrent, intimè Deum precando: in qua precatione firmo stabilíque animi proposito statuant se Christo Domino adhærere, renunciaréque iterùm atque iterùm sæculi pompis, operibus tenebrarum & diabolo, cui se aduersarios esse & professi sunt, & profitentur perpetuò. Rariùs autem, vel seriùs confitentibus, vel in peccata facilè recidentibus, vtilissimum fuerit consulere vt sæpè, vt putà semel in mense, vel certis diebus solemnibus confiteantur, &, si expediat, communicent.

Pœnitentias pecuniarias sibi ipsis Confessarij non applicent; neque Sacrificium Missæ celebrent, aut celebrari faciant accepto à pœnitente munerario, quando iniunxerint illi vt offerri procuret, iuxta Synodum Paris. an. 1175. nec denique ab eo quicquam tanquàm ministerij sui pramium petant.

Pro peccatis occultis, quantumuis grauibus, manifestam pœnitentiam non imponant.

Videat autem diligenter Sacerdos quando & quibus conferenda, vel neganda, vel differenda sit absolutio, ne absoluat eos, qui talis beneficij sunt incapaces; quales sunt, qui nulla dant signa doloris, qui odia & inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere & vitam in melius emendare nolunt; aut qui publicum scandalum dede-

runt, nisi publicè satisfaciant, & scandalum tollant, neque etiam eos absoluat, quorum peccata sunt Superioribus reseruata.

Si verò quis confiteatur in periculo mortis constitutus, absoluendus est ab omnibus peccatis, & censuris, quantumuis S. D. N. Papæ, vel D. Archiepiscopo, reseruatis: (cessat enim omnis tunc reseruatio,) sed priùs, si potest, cui debet, satisfaciat; ac si periculum euaserit, Superiori, à quo aliàs esset absoluendus, cùm primùm poterit, se sistat, quicquid debet præstiturus. Quod de eo intelligendum, qui à censuris, non qui à peccatis, quamuis reseruatis, quibus annexa censura non erat, ante fuerat absolutus.

Quòd si inter confitendum, vel etiam antequàm incipiat confiteri, vox, & loquela ægrum deficiat, Sacerdos nutibus & signis conetur, quoad fieri poterit, pœnitentis peccata cognoscere, quibus vtcúmque vel in genere, vel in specie cognitis, vel si tantùm confitendi desiderium, siue per se, siue per alios ostenderit, absoluendus est.

Meminerit porrò Sacerdos, ægris non esse iniungendam grauem aut laboriosam pœnitentiam, etiam pro grauioribus delictis, quæ si confeßi fuerint, indicendam aliquam condignam, si iudicet quòd ægroti huius meminisse poterunt, vt si conualuerint opportuno tempore peragant. Interim iuxta grauitatem morbi, aliquâ oratione aut leui satisfactione impositâ, & acceptatâ, absoluantur, prout opus fuerit.

Den que caueat omninò Confessarius, ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenùs prodat pecca-

torem: sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque vlla expressione personæ cautè requirat; quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, nonsolùm à Sacerdotali officio deponendum, verùm etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum Monasterium detrudendum esse, canone decretum est.

De præparatione Sacerdotis antequam ad fidelium confessiones audiendas accedat.

SAcerdos ad fidelium confessiones excipiendas adscitus, priusquàm id munus obeat (pro temporis opportunitate) fusis ad Deum precibus orabit, vt pro ipsius gloria Sacramentum hoc ritè administrare præstet, sequenti modo.

℣. Cor mundum crea in me Deus.
℟. Et spíritum rectum ínnoua in viscéribus meis.
℣. Ne proiícias me à fácie tua.
℟. Et spíritum sanctum tuum ne áuferas à me.
℣. Redde mihi lætítiam salutáris tui.
℟. Et spíritu principáli confírma me.
℣. Docébo iníquos vias tuas.
℟. Et ímpij ad te conuerténtur.
℣. Líbera de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ.
℟. Et exultábit lingua mea iustítiam tuam.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat. Orémus.

DOmine Deus omnípotens, propítius esto mihi peccatóri, vt condígnè tibi possim grátias

ágere, qui me indígnum propter tuam misericórdiam minístrum fecísti offícij Sacerdotális, & me exíguum humilémque mediatórem constituísti ad órandum & intercedéndum ad Dóminum nostrum Iesum Christum fílium tuum pro peccatóribus, & ad pœniténtiam reuerténtibus. Ideóque dominátor Dómine, qui omnes hómines vis saluos fíeri, & ad agnitiónem veníre veritátis; qui non vis mortem peccatórum, sed vt conuertántur & viuant, súscipe oratiónem meam, quam fundo pro fámulis & famulábus tuis, qui ad pœniténtiam véniunt, vt des illis spíritum compunctiónis, quo resipíscant à diáboli láqueis, quibus astrícti tenéntur, & ad te per condígnam satisfactiónem reuertántur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Forma examinis, quo Sacerdotis pœnitentium confessiones excipientis memoria iuuari poterit.

Circa 1. Præceptum, quod est,

Colere Deum super omnia.

Circa fidem.

AN crediderit omnia, quæ S. Romana Ecclesia credit.

An habuerit opiniónem in aliqua re fidei Romanæ contrariam, & in qua re.

An verbis, vel signis externis infidelitatem aliquam vel hæresim prodiderit, vel probauerit, etiam solus nullo audiente, & contra quem fidei articulum.

An fuerit nimiùm curiosus in inuestigandis rebus fidei.
An volens & sciens de aliquo fidei articulo dubitauerit, & de quo.
An graues tentationes circa res fidei passus sit, & an negligens fuerit eis resistendo, an etiam consenserit, & contra quem articulum.
An hæreticorum concionibus & cæremonijs interfuerit: & quo animo.
An frequenter versetur cum hæreticis, & imprudenter cum eis disputet: an eis faueat.
An apud se habuerit, vel legerit libros hæreticorum, aliosue libros ab Ecclesia prohibitos, & qua de re illi tractent.
An sciuerit & etiamnum sciat omnia ad salutem necessaria, vt sunt præcipua mysteria fidei, nempe Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Iesu Christi, & mandata Dei, & Ecclesiæ. An etiam sciuerit & sciat Symbolum fidei, Orationem Dominicam, & quæ ad suum officium, statum & genus vitæ spectant.
An interfuerit publicis instructionibus quæ festis ac Dominicis diebus fiunt in Ecclesia Parochiali, in quibus ea omnia exponuntur & docentur.
An vsus sit aliquo genere superstitionum, incantationum, diuinationum, & maleficiorum, per se, vel per alios.
An schedulas superstitiosas apud se habuerit ad sanitatem, aliamue rem obtinendam; & an alios induxerit ad earum vsum.

An fidem habuerit ſomniis, auguriis, vel ſortibus illegitimis, accipiendo illa pro regula actionum ſuarum.

An fauſtorum, infauſtorumque dierum obſeruatione, liminis calcatione, cæteriſque huiuſmodi vanis obſeruationibus ſit vſus, aut ad earum vſum alios induxerit.

An verbis Scripturæ ſacræ, aut cæremoniis Eccleſiæ abuſus ſit in iocis & ſcurrilibus.

Circa ſpem.

AN nimiùm præſumendo de diuina miſericordia liberiùs commiſerit aliquod peccatũ, vel in malo perſeuerauerit, differendo emendationem.

An diffidendo miſericordiæ diuinæ deſperauerit de emendatione vitæ, vel remiſſione peccatorum obtinenda, vel de propria ſalute, quaſi eſſet de numero reproborum.

Circa charitatem.

AN murmurauerit contra Deum, conquerendo quaſi non eſſet iuſtus, vel reprehendendo eius prouidentiam, quia nos priuat, aut non concedit, quæ optamus.

An expoſuerit ſe euidenti periculo peccandi mortaliter, vel an complacuerit ſibi in peccato olim commiſſo, & in quo, ſeu in quibus.

An in quempiam odium habuerit, & quanto tempore in eo perſeuerauerit.

An eleemoſynas dederit, cùm deberet.

An correptionem fecerit, ordinémque debitum ſeruauerit.

An aliquam acediæ ſpeciem admiſerit.
An inuidus fuerit.
An exercuerit diſcordiam, contentionem, rixam, ſeditionem.
An in bello iniuſto ſtipendium fecerit.
An ſcandalum dederit.
An perſecutus ſit, & calumniatus homines pios, vel detraxerit de bonis eorum operibus, & impedierit ne illa facerent; & an ſine cauſa rationabili impediuerit aliquem ne ingrederetur religionem.
An ſuperbus fuerit.
An iudicauerit ſe bona quæ habet corporis, animi, & fortunæ, non habere à Deo, ſed à ſe & ſua induſtria: aut ſiquidem iudicat ſe illa habere à Deo, ſed tamen præſumit ſe propriis meritis, ſine diuina gratia accepiſſe, non dando per omnia gloriam Deo.

Circa 2. Præceptum.

Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.

AN iurauerit verum, ſed ſine neceſſitate.
An iurauerit de re quam ſciebat vel dubitabat eſſe falſam, etiam in re leui.
An iurauerit, promittendo quod poſteà ſine cauſa rationabili non obſeruauerit aut intentionem habuerit non ſeruandi cùm iuraret, etiam ſi fuerit in re leui.
An iurauerit minando alicui ſine intentione exequendi iuramentum, etiam ſi in re leui.
An iurauerit, vel etiam habuerit conſuetudinem

iurandi, non curando, aut non considerando num verè, vel falsò iuraret.

An causam dederit alicui vt falsum iuraret, vel non obseruaret iuramentum licitum.

An iurauerit adiuncta maledictione, verbi gratiâ, auferat me diabolus: tale malum mihi eueniat, si non fecero, &c.

An iurauerit se aliquod peccatum præsertim mortale commissurũ, & quodnam illud sit, aut nihil boni facturum, vel non seruaturum aliquid consiliorum Euangelicorum.

An in iudicio iurauerit falsum, vel iuridicè interrogatus non responderit conformiter intentioni iudicis, vel consilium dederit aliis id faciendi: quo casu non solùm peccat mortaliter, verùm etiam obligatur ad restitutionem, si indè secutum est aliquod damnum proximi.

An blasphemauerit Deum aut Sanctos, & an vsus sit maledictione, execratione, contumelia in Deum & Sanctos.

An diaboli inuocatione vsus sit, eius auxilium ex animo poscendo.


An seipsum illi deuouerit, corpus vel animam ei dederit, aut filios, seruos, & proximos.

An fecerit votum faciendi aliquod bonum, & non curarit exequi, vel executionem distulerit in longũ tempus. Et idem dicendũ de opere in quod votũ aliquod cõmutatum est à Cõfessario habẽte potestatẽ.

An vouerit aliquid cum intentione non adimplendi votum.

An

An vouerit ſe bonum aliquod non acturum, aut aliquid mali facturum, aut bonum quidem acturum ſed propter malum finem.
An temerè & cum ſuperſtitione vouerit.



Circa 3. Præceptum.

Memento vt diem Sabbati ſanctifices.

AN dies feſtos violauerit, faciendo vel mandando aliis opera prohibita ab Eccleſia, vel conſentiendo illis qui faciunt.
An omiſerit audire Miſſam aut eius notabilem partem diebus Dominicis aut feſtis, quæ sũt in præcepto, ſine cauſa legitima, vel euidenti periculo non audiendi ſe expoſuerit, vel cauſam aliis dederit ſimile faciendi.
An per notabile temporis ſpatium in Miſſa diebus Dominicis & feſtis fuerit voluntariè diſtractus omninò, loquendo, ridendo, vel occupando ſe in rebus inanibus, abſque debita attentione.
An venerit in Eccleſiam malo animo, verbi gratia, ad videndum aliquos, vel cum iis colloquendum, prauâ intentione, & an malum aliquid in ea commiſerit.
An contempſerit aut neglexerit intereſſe Miſſæ Parochiali, Veſperis, Concionibus, ac Catechiſmis: & curauerit vt ſibi ſubditi iis intereſſent.
An curarit alios ſuæ curæ ſubiectos diebus Dominicis & feſtis intereſſe ſacrificio Miſſæ.

An soluendo mercenarijs stipendio, & sæcularibus eiusmodi rebus debitum festo cultum violauerit.

An inutilia itinera aggressus sit, exponendo se periculo non audiendi Sacrum die festo, vel choreis, ludis & deambulationibus vacando: & ad hæc alios induxerit.

An Officium diuinum interturbarit clamoribus, colloquiis & deambulationibus in templo.

An confessus sit saltem semel in anno (idque proprio Sacerdoti) aut non curauit vt idem facerent omnes suæ curæ subiecti.

An confessus sit non facto examine conscientiæ, vel sine proposito deserendi aliquod peccatum mortale, vel ex pudore, aliaue de causa reticuerit aliquod peccatum mortale, vel ex negligentia seu defectu sufficientis examinis non integrè omnia peccata mortalia aperuerit in confessione.

An quouis anno, tempore Paschæ communicarit in sua Parochia, eáque dispositione, qua oportet.

An cum conscientia certa vel dubia peccati mortalis receperit, vel absque necessitate administrauerit aliquod Sacramentum Ecclesiæ.

An ieiunauerit per Quadragesimam, & Vigilias, & Quatuor tempora cùm est obligatus: (quisque autem est obligatus sub peccato mortali anno 21. expleto, nisi causa rationabilis eum excuset;) & an his diebus vsus sit cibis prohibitis; aut aliis dederit causam idem faciendi.

An propter gulam non curarit transgredi aliquod præceptum.

An intemperantiùs comederit, vel biberit cum notabili damno ſanitatis.
An ſponte ſe inebriauerit, aut alios inuitauerit.
An violauerit Eccleſiam aliquo peccato carnis, vel effuſione ſanguinis.
An incurrerit aliquam excommunicationem, vel excõmunicatus particeps fuerit alicuius Sacramẽti.
An Cenſuram aliquam Eccleſiaſticam incurrerit, aut ea irretitus contrarium quid ac prohibitum admiſerit; de irregularitate ſimiliter.
An contumelia aliqua, vel irreuerentia affecerit imagines, reliquias Sanctorum, aliaſue res ſacras, vt Sacramenta & Eccleſiæ cæremonias.
An obligatus ad recitandum Breuiarium, omiſerit recitare, ſiue totum, ſiue partem & quotam partem, & an recitando illud fuerit voluntariè diſtractus, & num in notabili parte Officij. Quod ſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, præter reatum peccati mortalis, quod incurrit, maiorem diuini Officij partem ex ſua culpa omittendo, tenetur ad reſtitutionem fructuum.
An ex pigritia vel tædio rerum ſpiritualium bonum aliquod opus, quod facere tenebatur, omiſerit.

Circa quartum Præceptum.

Honora Patrem, & Matrem.

AN offenderit illos factis vel verbis contumelioſis, detractoriis, aut irriſoriis, vel etiam eoſdem contempſerit.

An maledixerit Patri, vel Matri, vel in eorum absentia eos execratus ſit, & dedecore affecerit.

An Parentes ad iracundiam prouocauerit aut contriſtarit.

An eos odio habuerit, temerè de iis iudicarit vel ſuſpicatus ſit: an inimicitias, & rancorem aduerſus eos retinuerit, & quandiu.

An obediuerit parentibus vel Superioribus Eccleſiaſticis aut ſæcularibus in rebus iuſtis, vel in rebus quæ cedere poterant in damnum notabile vel domûs, vel animæ propriæ, vel communitatis.

An parentibus in neceſſitate exiſtentibus, cùm poſſet, ſubuenerit.

An deliberatè optauerit eorum aliquod dammum graue, vel etiam mortem, ad obtinendam hæreditatem.

An executus ſit teſtamenta & vltimas voluntates defunctorum, aut eas abſque legitima cauſa nimium diſtulerit, quo in caſu tenetur ad reparandum damnum illatum.

An ex nimio parentum amore paruipenderit offendere Deum.

An obſeruârit leges iuſtas & ſtatuta Superiorum.

An detraxerit, vel malum aliquod dixerit de Superioribus Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus, aut etiam de Religioſis, Sacerdotibus, & quid mali inde ſecutum ſit.

An ſubuenerit, cùm poſſet, parentibus in neceſſitate, & an durus nimis fuerit, & crudelis erga eos, tractando eos aſperè vel verbis, vel factis.

An parentes maledixerint filiis ſuis.
An educauerint eos, ſicut debent, inſtituendo eos in oratione & doctrina Chriſtiana, reprehendendo quoque illos & caſtigando, maximè in materia peccati, occupando etiam illos honeſto exercitio, ne ſint otioſi, & vias ingrediantur malas.
Quod dicitur de filiis, intelligitur quoque de ſeruis, & aliis domeſticis, quorum curam habere Domini eorum tenentur; vt nempe diſcant neceſſaria ad ſalutem, & obſeruent mandata Dei atque Eccleſiæ; tenentur etiam ſeruis ſuis atque ancillis ægrotantibus pro viribus ſubuenire.

Circa 5. Præceptum.

Non occides.

AN optauerit vindictam ex liuore vel maleuolentia.
An optauerit alicui mortem, damnum corporis, honoris, famæ, bonorum tam ſpiritualium, quàm temporalium.
An irâ commotus fuerit in aliquem cum intentione nocendi illi, & an grauiter.
An homicidium perpetrarit opere, voluntate, conſilio, ſortilegiis, venenis, aut aliter.
An cauſam dederit abortûs vel infanticidij, non adhibita debita diligentia in vita puerorum tuenda.
An contendendo cum aliis verberauerit aliquem vel vulnerarit, aut commiſerit aliis vt facerent, vel quod ſuo nomine ab aliis erat factum approbauerit,

vel ad id dederit auxilium, consilium, aut fauorem, vbi inquirendum de qualitate personarum læsarum, an sacræ fuerint, an laicæ; an consanguineæ & affines, an non; percutiens enim iniuriosè Clericum est excommunicatus.

An noluerit veniam petere, vel pacem inire cum iis quos offendit, vel pro iniuria illata non sufficienter satisfecerit.

An noluerit condonare iniuriam ab aliis illatam, & reconciliari id petentibus, & iustam satisfactionem offerentibus.

An ex odio omiserit alloqui, vel salutare aliquem; vel sine odio quidem, sed cum ipsius ac proximi scandalo negarit ei signa consueta, & officia communia amicitiæ & vrbanitatis.

An in rebus aduersis, & infortuniis optauerit mortem, aut ex furore & ira seipsum verberauerit, vel maledixerit, vel diabolo tradiderit, & num ex animo, an solùm ore tenùs.

An maledixerit aliis, tam viuis quàm defunctis.

An peccandi contra alios causam præbuerit alicui, consilio, auxilio, &c.

An ex odio voluntario vel inuidia, affectus fuerit tristitia de prosperitate aliorum tam temporali, quàm spirituali, & an gauisus fuerit de aliquo malo vel damno notabili aliorum.

An malo suo exemplo, vel consilio, vel laudando mala, vel detestando bona, causam dederit vt aliquis bonum opus, quod faciebat, omitteret, vel incitauerit ad committendum aliquod peccatum, aut

ad perſeuerandum in illo, retrahendo eum à pœnitentia.

An hoſpitio exceperit extorres & homicidas; vel conſilio, fauore, aliíſue rebus illis ſubuenerit.

An mali aliquid dixerit de proximo, patefaciendo ſine iuſta cauſa, verbi gratia aliquod eius peccatum occultum, vel alium occultum eius defectum cum infamia vel damno illius: dicatur à pœnitẽte an peccatum quod reuelatur verè fuerit commiſſum, an confictum, an referatur aſſerendo, dubitando, vel ex auditu aliorum qui fide parum digni ſint; an multorum vel vnius tantùm peccatũ enuncietur; an apud vnum tantùm vel multos referatur; ſi inde notabilis aut leuis infamia vel damnum aliud ſecutum ſit.

Circa 6. & 9. Præceptum.

Non fornicaberis, & non concupiſces vxorem proximi tui.

AN habuerit cogitationes inhoneſtas & immundas, in iiſque voluntariè hæſerit & delectatus fuerit; & an non ſolùm cogitationibus, ſed etiam rebus turpibus cogitatis delectatus ſit (dicendum quibus rebus cogitatis delectatus ſit) an peccato cum coniugata, vel Religioſa, &c. nec ſufficit dicere, delectatus ſum rebus turpibus.

An protulerit verba laſciua & inhoneſta, & an ſolùm ex ira, aut alia ſimili cauſa; an verò talia locutus fuerit vel audierit delectando ſe illis verbis, & an ſolùm verbis inhoneſtis delectatus fuerit, an verò etiam rebus ipſis turpibus ſignificatis per talia

verba quæ protulit vel audiuit ; & quibus rebus turpibus ſit delectatus an peccato cum coniugata, &c.

An legerit libros vel hiſtorias impudicas & inhoneſtas, & an talibus delectatus fuerit propter inhoneſtatem, an etiam ipſa re cogitata per lectionem ſe delectarit, & qua, & num forſan pollutio vel motio aliqua carnis inde ſecutus fuerit.

An domi retinuerit, vel luxurioſè aſpexerit picturas & imagines impudicas.

An vſus ſit verbis inhoneſtis cum intentione peccandi, vel prouocandi alios ad peccatum, & quod peccatum illud fuerit.

An voluntariè, etiam ſi breuiſſimo ſolùm temporis ſpatio, deſiderauerit peccare cum aliqua vel aliquo; quod peccatum eiuſdem ſpeciei eſt cuius opus ipſum ; itaque dicendum, an cum coniugata, religioſa, virgine, &c.

An polluerit ſeipſum ; & an ſe polluendo perſonæ alicuius copulam concupierit, & cuius perſonæ, num coniugatæ conſanguineæ, &c. nam tunc præter peccatum pollutionis, eſt alterum deſiderij, illudque diuerſæ ſpeciei pro qualitate perſonarum concupitarum ; idem dicendum eſt de quolibet attactu inhoneſto cum talibus deſideriis : idem quoque dicendum de fœminis.

An cauſam aliquam pollutioni in ſomno dederit, an in ea voluntariè delectatus fuerit ; an quæ venerat in ſomno, poſt ſomnum propter delectationem placuerit.

An

An impudicè attigerit fœminas, vel adolescentes, aut permiserit se tangi ab aliis, & de amplexibus, osculis impudicis, &c. & quo fine.

An animo peccandi miserit nuncia, litteras, vel munera, aut mediator fuerit in inducendis aliis ad peccandum vel de malis consiliis, auxiliis, an ad peccandum mediatore vsus sit.

An adierit, vel transierit locum aliquem cum mala intentione aspiciendi fœminas, & an solo visu se oblectare voluerit, an etiam peccato cogitato cum illis, & de periculis peccandi, quibus se exposuit.

An amore carnali affectus fuerit ad aliquam personam; insequendo eam animo peccandi, & quanto tempore in eo perseuerauerit; & num propter ipsum persona illa notata fuerit aliqua infamia; déque variis áctibus & peccatis, quæ accidunt iis qui tali modo se amant.

An fuco, odoribus, musica, choreis, nuditate corporis, & similibus sit vsus, vt ad luxuriæ peccatum incitaret.

An actu peccauerit cum fœmina, idque cum virgine vel coniugata, an cum consanguineis, vel affinibus, &c.

An peccauerit cum personis Deo consecratis, vel per ordinem, vel per votum; aut an qui peccat habuerit Ordines sacros, vel emiserit votum castitatis.

An violentiâ, metu, vel dolo, aut sub promissione ficta seu vera matrimonij; an verò blanditiis & precibus cum aliqua peccarit.

An iactarit se de tali, vel tali peccato, & personas in particulari nominarit, cum quibus occultè peccarat & quàm graue damnum famæ vel bonorum secutum sit.

An commiserit peccatum contra naturam, quod Sodomia dicitur, cum aliqua persona.

An inhonestè attigerit bestias, vel aliud peccatum cum iis commiserit.

An fuerit aliis causa peccandi, consilio, auxilio, vel alio modo; & quo peccato, quotque personis.

An occasiones proximas peccati incurrendi non euitauerit, & adhuc in illis maneat.

Qui sunt coniugati se examinabunt in particulari, An mente cogitando de aliis mulieribus; vel etiam actibus; aliisque modis extraordinariis, aliquod peccatum commiserint contra vsum & finem matrimonij.

Interrogentur etiam coniugati vtrum malitiosè impediuerint conceptionem prolis.

An coniugale debitum petenti reddiderit.

In peccatis carnis explicanda est tum conditio personæ peccantis, an Sacerdos sit, &c. tum personæ cum qua peccatur, an coniugata, &c.

Circa 7. & 10. Præceptum.

Non furtum facies. Non concupisces rem proximi.

AN rem alienam furto sustulerit, & quam.

An rapinam commiserit.

An sustulerit rem sacram, vel de loco sacro.

An damnum intulerit alicui, & quantum, & num restituerit.

An rem alienam retinuerit sine volũtate Domini,& non restituerit cũ potuerit,& quanto tẽporis spatio.

An iura aliquorum impedierit illegitimis viis.

An suâ culpâ non sit soluendo suis creditoribus, ita vt hi inde damnum aliquod graue passi sint.

An inuenta re aliqua notabili eam abstulerit animo retinendi pro se. Idem est censendum de rebus quæ ad manus eius venerunt; si eas non restituerit suo Domino sciendo esse alienas.

An deposita amiserit culpa sua, vel commodata & locata detrimento affecerit.

An emendo, vel vendendo fraudem fecerit, aut in mercatura, aut in pretio, aut in pondere & mensura.

An emerit ab iis qui potestatem vendendi non habent, vt à seruis & filiis familias.

An rem aliquam pluris vendiderit, vel minoris emerit quàm valeat: aut pluris vendere vel minoris emere studuerit.

An rem vnam pro alia præstantiori.

An vitiatam pro sana & incolumi.

An rei vendendæ occultũ vitiũ emptori reticuerit.

An emerit res quas sciebat, vel dubitabat esse furto sublatas & sciendo, aliquid de huiusmodi rebus consumpserit.

An habuerit voluntatem determinatam accipiendi si posset, vel retinendi rem alienam: vel etiam an habuerit animum deliberatum acquirendi & congerendi opes, vt dicitur, per fas & nefas.

An commiſerit aliquam vſuram, vel fecerit aliquem contractum vſurarium, vel ſocietatem iniuſtam in mercatura.

An aliquem ad vſuram induxerit, aut conſenſerit.

An acceptâ ſolutione vel ſalario ad gerendum officium vel opus peragendum, non benè, & fideliter illud geſſerit.

An miniſtros ſuos, vel operarios fraudauerit mercede ſua, aut cum damno ipſorum diſtulerit ſolutionem.

An litem mouerit contra iuſtitiam, vel in lite iuſta vſus ſit fraude aliqua, & deceptione, ad vincendum.

An ludis vetitis vſus ſit, an etiam per fraudem in ludo aliquid lucratus ſit, vel luſerit cum iis qui non poſſunt res ſuas alienare vt cum filiisfamilias,&c.

An Simoniam commiſerit vendendo, vel emendo rem ſpiritualem aut ſpirituali annexam, vel alio quocumque modo.

An Eccleſiam priuauerit decimis, & aliis quæ ei debebat.

An per media illicita vel malas informationes obtinuerit rem aliquam quæ nullo iure ei obueniebat, vel an alios impediuerit iniuſtè quominùs bonum aliquod lucrum conſequerentur, aut beneficium Eccleſiaſticum eis daretur.

An auxilium vel conſilium dederit, vel alio quoque modo participauerit cum raptoribus rei alienæ, vel cùm poſſet & deberet, non manifeſtauerit, nec impediuerit latrocinium, & an cibo, potu, vel

aliis consumpserit bona furto sublata per se, vel alios.

Circa octauum Præceptum.

Non loquêris falsum testimonium.

AN falsum testimonium dederit in iudicio vel extra, vel alios ad illud induxerit.

An seminauerit lites, discordias, & inimicitias inter alios, & quod malum inde secutum sit, & inter quos, dominos, subditos, parentes, &c.

An iniustè aliquem accusarit, vel eius crimen detulerit, an sententiam iniquam tulerit iudex vel arbiter.

An mentitus sit cum præiudicio & damno notabili proximi, an verò iocosè solùm, aut officiosè.

An ex ira offenderit alios verbis iniuriosis & contumeliosis.

An mali aliquid dixerit de proximo, patefaciendo sine iusta causa, v.g. aliquod eius occultũ peccatum vel defectum cum infamia & damno illius: dicatur à pœnitente an peccatum quod reuelatur vere fuerit commissum, an confictum, an referatur, asserendo, dubitando vel ex auditu aliorum qui fide parum digni sint; an multorum vel vnius tantum peccatum enuncietur; an apud vnum tantum vel multos referatur; si inde notabilis aut leuis infamia vel damnum aliud sequutum sit.

An in re graui murmurauerit de vita aliorum, maximè hominum honoratorum vt sunt Prælati

Sacerdotes, Religiosi, & honestæ fœminæ.
An secretum sibi commissum reuelauerit, vel an reuelauerit quod in secreto vidit, vel audiuit.
An aliis sit adulatus laudando eos in re quæ erat peccatum, vel eos defendendo.
An aliorum litteras aperuerit, & an malo fine.
An temerarium aliquod iudicium habuerit de factis vel dictis proximi, interpretando in deteriorem partem quod poterat accipi in bonam, & condemnando eum in corde suo de peccato mortali, an verò solùm de illo malè suspicatus fuerit.
An animo obligandi se, aliquid alteri promiserit & posteà sine causa legitima promissionẽ nõ seruauerit.
Vnum deinde interrogare debet Confessarius pœnitentem, vtrum aliquam fecerit confessionem inualidam & sacrilegam, quod maximè contingit quando pœnitens vel non præmiserit examen suæ conscientiæ, saltem pro suo captu, vel nullum dolorem de peccatis conceperit, vel aliquod peccatum mortale sciẽnter reticuerit, vel habuerit voluntatem adhuc peccandi, aut nõ relinquendi proximam peccati occasionem, aut inimicitias, nec restituendi bona vel famam proximi quam abstulit aut ignorat officia viro Christiano, vel statui suo necessaria, vel tandem absolutus aliquando fuerit ab eo qui non habebat in eum iurisdictionem: In his enim casibus Confessio est nulla, proindeque iteranda.

Nota quòd supradictæ interrogationes non sunt omnes & singulæ proponendæ confitentibus, sed habendam esse rationem status & ætatis eorum.

PRæter hæc omnia, qui habent aliquod officium, gradum, vel exercitium particulare, se examinabunt de defectibus & peccatis, quæ tali statui vel exercitio sigillatim possunt contingere, secundùm obligationem quam quisque in eo habet.

Modi, quibus homo participat peccatis alienis, his versibus continentur.

Consulo, præcipio, consentio, prouoco, laudo,
Non retego culpam, non punio, non reprehendo,
Participo, protegóque, meum in caput ista redundant.

Id est,

AN malum dederit consilium, vel author fuerit alteri, vt malum committeret.

An præceperit, vel coëgerit aliquem committere aliquod peccatum.

An consenserit peccatis aliorum, eaque approbarit.

An prouocarit alios ad peccandum.

An adulando iis qui male agunt, vel laudando ipsa opera mala, author fuerit aliis peccandi.

An, cùm posset & deberet, non manifestarit aliorum peccata iis quorum officium erat ea corrigere.

An puniendo, vel remouendo occasionem, vt debebat, non impediuerit aliquod peccatum.

An omiserit reprehendere vel admonere peccantes, cùm deberet & posset facere.

An fuerit ſocius, vel quocumque modo particeps peccati aliorum.

An hoſpitio receperit, fouerit, vel defenderit homines malè agentes.

De numero & circumſtantijs peccatorum explicandis.

DIximus ſuprà aliquoties, numerum in peccatis, maximè mortiferis, exprimendum. Sed quia cauſantur nonnunquam pœnitentes, legem hanc duram & impoſſibilem videri, aliquot hic obſeruationes adiecimus, quibus muniti Confeſſarij, viam ipſis eo in negotio præiri ac complanare poſſint.

Primò, ſi verus occurrat numerus & certus, is omninò exprimendus eſt, nec maior, nec minor. Facilè autem in grauioribus culpis & actibus exterioribus, vel leui examine redibit in memoriam.

Secundò, ſi alius occurrat qui probabiliter iudicetur ad verum accedere, is etiam ſufficiet, ac licet peracta Confeſſione recordaretur pœnitens veri ac certi numeri, non debebit eſſe anxius de illo iterum in alia confeſſione aperiendo, ſed liber erit ab illa obligatione per illum numerum probabilem ante expreſſum.

Tertiò, ſi nequidem penitus apud ſe conſtituere poſſit quoties, aut præcisè, aut etiam circiter, in tali ſpecie peccauerit, dicat ſaltem quanto tempore in eiuſdem peccati conſuetudine vixerit; atque eo

toto

toto tempore quoties in menſe, hebdomada, vel die in illud labi ſolitus ſit, an non etiam aliquo tempore frequentiùs, alio rariùs in id inciderit: quod totum faciliùs animo repetet, qui occaſiones quas habuit in eo peccato perſeuerandi, perſonas quibuſcũ verſatus eſt, &c. in memoriam reuocabit.

Quartò, denique ſi res erit cum iis, qui diu & magna cum ſalutis incuria, in iis præſertim peccatis in quæ lapſus lubricus & frequens eſt, inſorduerint, vt ſunt peccata carnis, præſertim ſola cogitatione admiſſa, iuramenta, & alia id genus, quæ ex habitu non retractato obrepere ſolent, ita vt ne dicere quidem illi poſſint quoties circiter intra ſingulos dies, hebdomadas, menſes, talia peccata admiſerint; nec quamuis dicant ſatis apud audientem poſſint aliquam facere fidem: id ſaltem reſpondeant, quanto tempore ita fuerint comparati, vt ad quamlibet occaſionem in ea præcipites ruerent, vt tandem intelligat Sacerdos quàm altè infixi ſint in limo profundi, & de ſtatu animæ ipſorum aliquod poſſit facere iudicium.

Quòd ſi ne id quidem Pœnitens à ſe extorqueri patietur, ſed omninò indignabitur ſuorum peccatorum à Sacerdote aliquem iniri numerum, dimittendus eſt, vt imparatus, & beneficio abſolutionis indignus, monenduſque, vt illud ſupremum tribunal pertimeſcat, vbi illa ſigillatim ei à dæmone, qui omnia in numerato habet, obiicientur, & ſingula ad diuinæ iuſtitiæ trutinam examinabuntur.

Circumſtantiarum etiam in Confeſſione aperiendarum delectus cum iudicio habendus eſt, vt eas ſolas confeſſarius vel requirat, vel etiam à pœnitente exprimi patiatur.

Ac primò, exponendæ ſunt quæ conferunt primam ſpeciem moralem actui, id eſt, quæ actum bonum vel indifferentem reddunt malum, vt eſt, tempus Quadrageſimæ reſpectu comeſtionis carnium, malus finis reſpectu ſtudij quamuis per ſe honeſti.

Secundò, quæ mutant ſpeciem, ſeu nouam aliquam malitiam diſtinctæ ſpeciei conferunt, vt ſi quis homicidium commiſerit propter furtum, ſunt ibi duo diſtincta peccata, homicidij & furti; item ſi quis confiteatur ſe fuiſſe fornicatum, quærendum eſt an cum coniugata, eſſet enim adulterium; an cum conſanguinea, eſſet enim inceſtus; an ipſe ſit Religioſus aut votum caſtitatis habeat, eſſet enim tunc infractio voti, &c.

Tertiò, quæ non mutant quidem ſpeciem, ſed augent vel minuunt notabiliter, puta circumſtantiæ aggrauantes vel eleuantes, vt eſt imprimis materiæ quantitas; v. g. furatus eſt quis, rogabitur an multùm, an parùm; detraxit de proximo, an in re graui & alicuius momenti, aut leuis, deinde aduertentia rationis plena, vel modica, puta ſi ſubito motu, ira, ſubreptione, &c. nam hæc omnia poſſunt facere, vt actus vel mortalis vel venialis habeatur.

Quartò, duratio actus non eſt neceſſariò exprimenda niſi fuerit notabiliter maior quàm quæ ſolet eſſe regulariter in tali peccato. Et falluntur qui ab

eo petendum putant an peccatum mortale ſit an veniale. Cogitatio enim turpis v. g. modò fuerit voluntariè admiſſa, etſi vnico ſolùm momento durarit, lethalis eſt; & moroſa dicetur, etſi nullam ferè traxerit moram: contra ſi voluntas obnitatur, quantumuis notabili temporis ſpatio verſetur in mente, non proindè cenſebitur culpa mortifera.

Porrò circumſtantiæ quæuis commodè ad ſeptem capita reuocantur, quæ vulgato verſiculo comprehenduntur,

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Quis dicit perſonam quæ peccat: ſi ſit ſacra, vel laïca, publica vel priuata: cum qua peccatur, ſi conſanguinea, coniugata, &c. in quam peccatur, ſi percuſſus eſt Clericus, ſi parens, &c. Quid quantitatem: ſi notabilis, aut modica. Vbi locum: ſi ſacer, aut profanus, publicus, aut ſecretus. Quibus auxiliis, media quibus vſus eſt: vt ſi rebus bonis ad malè agendum quis abuſus ſit: vt rebus ſacris, orationibus ad maleficium, ſi malis ad male & benè agendum, vt ſi ſacrilegio ſanitatem ſibi, vel aliis procurauerit, (nec enim facienda ſunt mala vt inde eueniant bona) denique ſi ſocios & conſcios ad peccandum adhibuerit. Cur, finem ab actione diuerſum: vt ſi homicidium propter adulterium vel propter furtum committatur. Quomodo, modum: an liberè, deliberatè, aduertenter. Quando tempus: quando opus tali tempore erat prohibitum, vt ſi dies erat feſtus cùm quis opus ſeruile exercuit, ſi dies ieiunij cùm manè comédit.

Casus reseruati Sanctissimo Domino nostro Papæ sequuntur, qui omnes habent annexam censuram.

1. EXustio templorum, necnon & domorum profanarum procurata dum incendiarius est publicè denuntiatus.

2. Simonia realis in Ordinibus & beneficiis & confidentia, dummodo sit publica.

3. Occisio seu mutilatio membrorum cuiuscumque in sacris Ordinibus constituti.

4. Percussio Episcopi, seu alterius Prælati.

5. Delatio armorum ad partes infidelium.

6. Falsificatio Bullarum, seu litterarum summi Pontificis.

7. Inuasio, deprædatio, occupatio, aut deuastatio terrarum Romanæ Ecclesiæ.

8. Violatio interdicti, ab eadem sancta Sede impositi.

Nota quòd casus reseruati Papæ non hic omnes ascripti sunt, sed illi tantùm qui in his regionibus frequentiùs possunt accidere.

Casus reseruati Illustrissimo Domino Archiepiscopo Parisiensi.

1. GRauis percussio Religiosi, vel Clerici in sacris constituti; quæ si atrocior fuerit, summo etiam Pontifici reseruatur.

2. Exuſtio domorum procurata & voluntaria, dummodò incendiarius non ſit publicè denunciatus; nam ſi denunciatus eſt, reſeruatur ſummo Pontifici.

3. Idipſum de effractore & ſpoliatore ædium ſacrarum intelligi etiam volumus.

4. Homicidium voluntarium.

5. Monomachia, vel duellum: quo nomine continentur omnes pugnantes in duello, tum etiam qui vulgò dicuntur ipſorum patrini, & qui ad illud prouocant ſcienter.

6. Coniugi mortem machinari, id eſt, *reipſa tentare, licet fortè non ſequatur.*

7. Procuratio abortiui ſiue animati, ſiue inanimati.

8. Percuſſio patris vel matris.

9. Profiteri, vel exercere maleficia, veneficia, diuinationes, cæteráſque artes magicas, non verò Magos aut Diuinos conſulere.

10. Profanatio & impius vſus Sacro-ſanctæ Euchariſtiæ, Chriſmatis, & Olei ſancti.

11. Atrox & violenta percuſſio cum multa ſanguinis effuſione in Eccleſia.

12. Fornicatio in Eccleſia.

13. Concubitus cum Sanctimoniali.

14. Concubitus Confeſſarij cum pœnitente, & pœnitentis cum Confeſſario.

15. Raptus Virginum, vel mulierum honeſtè viuentium.

16. Inceſtus intra ſecundum gradum conſanguinitatis vel affinitatis.

17. Sodomiticum peccatum, & quod eo grauius est.

18. Sacrilegium, quo intelligitur furtum rei sacræ in sacro loco, vel rei profanæ depositę in sacro loco.

19. Crimen falsariorum, quo intelliguntur falsi testes coram iudice, & qui falsam cudunt monetam, & etiam qui falsant litteras Ecclesiasticas, modò tamen non sint litteræ aut Bullæ S. Pontificis: harum enim falsificatio reseruatur Papæ, quando factum est notorium.

20. Simonia & confidentia occulta.

21. Promoueri ad Ordines maiores suppositâ aliâ personâ ad subeundum examen, vel falso aut supposito titulo.

Nota quod suspensio non est casus, sed censura sicut nec Irregularitas, quæ est impedimentum, seu inhabilitas; earumque dispensatio vel absolutio pertinent ad Episcopos quando sunt ex delicto occulto, exceptâ irregularitate quæ est ex homicidio voluntario, hæc enim reseruatur S. Pontifici; exceptis etiam aliis deductis ad forum contentiosum.

Admonitiones in prædicta.

1. *NVllum peccatum reseruari, nisi sit mortale, vel quando sola cogitatione est admissum, vel quando à pueris aut puellis committitur ante pubertatis annos, id est in pueris ante annum ætatis 14. in puellis ante annum 12.*

2. *Fœminas non esse remittendas pro casibus reseruatis quando distant ab vrbe plusquam tribus leucis, nisi fortè prudens Confessarius iudicauerit aliter expedire.*

Ordo miniſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ.

SAcerdote ſedente in Confeſſionali, Pœnitens, facto prius diligenti examine conſcientiæ, & fuſis ad Deum precibus pro obtinenda cognitione, & vero dolore peccatorum, ad latus eius proſternitur habitu demiſſo & humili, vtroque genu flexo, nullo ſuppoſito puluinari aut aliâ re ſimili, manibus iunctis, iiſque etiam nudis, non autem chirothecâ indutis aut manicâ inuolutis, capite nudo, ſi ſit vir, & poſito prius enſe, ſi eo fortè accinctus fuerit, primùm ſe ſignat ſigno Crucis, dicens: In nómine Patris ✠, & Fílij, & Spíritus ſancti. Amen. Deinde dicit; Bénedic mihi Pater, quia peccáui: ſeu vernaculè, Mon Pere, donnez moy la benediction, car i'ay peché.

Tunc Sacerdos aperto capite dicit: Dóminus ſit in corde tuo, & in lábiis tuis, vt verè & integrè confiteáris omnia peccáta tua; In nómine Patris ✠, & Fílij, & Spíritus ſancti. Manu producens ſignum Crucis ſuper caput pœnitentis.

Deinde operiens caput, ac decenter ſe componens, aurem præbet Confeſſioni audiendæ, interim obſeruans, vt pœnitens ſi fieri poſſit, ita ſit collocatus auerſo paululùm vultu, vt neque ipſe Sacerdotem, neque ipſum Sacerdos in faciem aſpiciat, præſertim ſi mulier fuerit.

Pœnitens in principio facit confeſſionem generalem latinâ vel etiam vulgari linguâ vt ſupra dictum

est, scilicet, Confiteor Deo, vsque ad mea culpa; vel Ie me confesse à Dieu, vsque ad hæc verba i'en dis ma coulpe.

Deinde exprimat tempus vltimæ Confessionis in qua receperit Absolutionem Sacramentalem: tum rationem reddat de pœnitentia in superiori confessione imposita, an eam debitè impleuerit; & sua peccata sigillatim declaret pro vt poterit, clarè, distinctè, atque integrè, sine inuolucris, omittendo superflua, ea tantum quæ ad rem pertinent attingendo, nullam aliam à se personam inter confitendum nominando, atque ea quæ sunt dubia, vt dubia; ea verò quæ sunt certa, vt certa confitendo, studebitque breuitati quantum fieri poterit, peccata omnia quæ sunt eiusdem speciei hoc modo breuiter recensendo (pecáui tóties) exempli gratia (festiuis diébus tóties omisi sacrum) plus minusue, & sic de cæteris, neque eadem peccata sæpius repetat. Vt verò tam sacerdos, quàm pœnitens ipse ad clariorem peccatorum cognitionem peruenire possit, hæc quatuor nosse proderit plurimùm.

1. Loca in quibus pœnitens habitauit.
2. Personas cum quibus conuersatur.
3. Officia seu negotia in quibus exercetur.
4. Vitia ad quæ magis est propensus. Insuper & speciem & numerum peccatorum, cum intentione, qua quid factum est, exprimere necessarium erit: neque priùs Sacerdos pœnitentem interrogare incipiat quàm ipse suo modo, pro ingenii facultate id quod habet in conscientia exprompserit, quantum-

uis

uis rudis & ignarus videatur: cum Sacerdotis interrogatio & inquisitio adiungi tantùm debeat, ad supplendum defectum pœnitentis.

Omnibus declaratis, prout memoria suggesserit, & finitâ interrogatione Sacerdotis (vbi ille faciendam duxerit) pœnitens paululum se recolligit ad concipiendum dolorem de peccatis. Deinde dicit: **Et generalement ie m'accuse de tous autres pechez que ie pourrois auoir commis, dont ie n'ay pas memoire, en demande pardon à Dieu, m'en repens, & propose ne l'offenser plus moyennant sa grace, & vous demande penitence & absolution.** Tum pectus ter percutiens, subiungit: **Mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa**; vel vulgari linguâ illam absoluit generalem Confessionem.

Tum Sacerdos aperto capite dicit, **Misereátur tui omnípotens Deus, & dimíssis ómnibus peccátis tuis perdúcat te ad vitam ætérnam. Amen.**

Deinde dexterâ versus pœnitentem eleuatâ dicit: **Indulgéntiam, absolutiónem, & remissiónem ómnium peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens & miséricors Dóminus. Amen.**

Tunc Sacerdos: dictis quæ dicenda iudicauerit, pro ratione peccatorum & conditione personæ pœnitentis conuenientem iniungit pœnitentiam vt supra.

Deinde iniunctâ & à pœnitente acceptatâ salutari pœnitentiâ, operto capite eum absoluit hoc modo. **Dóminus noster Iesus Christus, qui est summus Póntifex, per suam piíssimam misericórdiam te**

abſóluat: & ego authoritáte ipsíus, mihi, licet indigniſſimo, cōceſſâ, abſoluo te ab omni vínculo excommunicatiónis, ſuſpenſiónis, & interdicti, inquántum poſſum, & índiges: Deínde, ego te abſóluo à peccátis tuis. In nómine Patris, ✠ & Fílij, & Spíritus ſancti. ℟. Amen.

Si pœnitēs ſit laicus omittitur verbū ſuſpenſiónis.

Deinde ſubiungit, vbi commodè fieri poteſt, aperto capite.

Páſſio Dómini noſtri Ieſu Chriſti, mérita Beátæ Maríæ Vírginis & ómnium Sanctórum, ſuffrágia ſanctæ Matris Eccléſiæ, quicquid boni féceris & mali ſuſtinúeris, váleant tibi in remiſſiónem peccatórum, augméntum grátiæ & præmium vitæ ætérnæ. Amen.

In confeſſionibus autem frequentioribus, & breuioribus, omitti poteſt, Miſereátur, &c. & ſatis erit dicere, Dóminus noſter Ieſus Chriſtus, vt ſuprà, vſque ad illud Páſſio Dómini, &c.

Vrgente verò aliquâ graui néceſſitate in periculo mortis, breuiter dicere poterit.

Ego te abſóluo ab ómnibus cenſúris & peccátis, in nómine Patris, ✠ & Fílij, & Spíritus sācti. Amen.

De abſolutione ab Excommunicatione in foro exteriori.

SI poteſtas abſoluendi ab excommunicationis ſententia Sacerdoti commiſſa ſit à Superiore, & in mandato certa forma fuerit præſcripta, illa

omninò ſeruanda eſt; ſi verò in mandato ſeu cõmiſſione dicitur (in forma Eccleſiæ conſueta abſoluat) hæc ſeruanda ſunt.

Primò, vt excommunicatus ei ob cuius offenſam excommunicationem incurrit, priùs, ſi poteſt, ſatisfaciat: quod ſi tunc non poſſit, ſufficientem cautionem præbeat, aut ſaltem ſi eam præſtare non poteſt, iuret ſe cùm primùm poterit ſatisfacturum.

Secundò, ſi crimen, ob quod in excommunicationem incidit ſit graue, iuramentum ab eo exigatur de parendo mandatis Eccleſiæ, quæ illi fient pro tali cauſa: ac præcipuè ne deinceps delinquat contra illum canonem vel decretum, contra quod faciendo, cenſuram incurrit.

Tertiò, ſi excommunicatio fuerit publica, abſolutio quoque publicè fiat modo ſequente: ſi autem excommunicatio eſt occulta, tunc nulla adhibenda eſt cæremonia, ſed tantùm forma abſolutionis eſt dicenda, incipiendo ad his verbis, Dóminus noſter Ieſus Chriſtus, &c. vt ſuprà.

Hunc igitur abſoluendi ritum tunc obſeruabit.

Pœnitens coram Sacerdote ſedente vtroque genu flexus dicit totum Pſal. Miſerére mei Deus, &c. cum Glória Patri, &c.

Deinde ſurgit Sacerdos, & aperto capite dicit.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon.
Kyrie eléiſon. Pater noſter, quod ſecretò vſque ad ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
S. Saluum fac ſeruum tuum (ancíllam tuam.)

℟. Deus meus ſperántem in te.
S. Nihil profíciat inimícus in eo (ea)
℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.
S. Eſto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
S. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
S. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

DEVS, cui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere, ſuſcipe deprecatiónem noſtram, vt hunc fámulum tuum, quem (hanc fámulam tuam quam) excommunicatiónis ſenténtia conſtríngit, miſerátio tuæ pietátis cleménter abſóluat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Mox ſedet Sacerdos, & cooperto capite dicit;

Dóminus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt ſummus Póntifex, per ſuam piíſſimam miſericórdiam te abſóluat, & ego authoritáte ipsíus & Sanctíſſimi Dómini noſtri Papæ, (Illuſtriſſimi Archiepiſcopi N. vel talis Superioris) mihi, licet indigníſſimo, commíſſa, abſóluo te à vínculo excommunicatiónis in quam incurríſti (ſiue) incurríſſe declarátus es, (declaráta es) propter tale factum vel cauſam, &c. & reſtítuo te communióni & vnitáti fidélium, & ſanctis Sacraméntis Eccléſiæ, in nómine ✠ Patris, & Fílij, & Spíritus ſancti.

Quòd ſi Sacerdoti nulla ſit à Superiore præſcripta forma, nec ſibi mandatum ſit, vt in forma Eccléſiæ

communi vel consueta absoluat, tunc nihilominùs pro rei grauitate prædictam cæremoniam & preces adhibeat: at verò si res non fuerit adeò grauis, absoluere poterit, dicens.

Dóminus noster Iesus Christus per suam piíssimam misericórdiam te absóluat, & ego authoritáte ipsíus, & sanctíssimi Domini nostri Papæ (si à Papa fuerit delegatus) vel Illustrissimi Archiepiscopi N. vel talis Superioris, mihi, licet indigníssimo, concéssa, absóluo te, &c. vt supra.

In foro autem interiori Confessarius habens facultatem absoluendi excommunicatum, absoluat iuxta formam communem suprà præscriptam in Absolutione Sacramentali.

Ritus absoluendi excommunicatum iam mortuum.

SI quis excommunicatus ex hac vita decedens dederit signum contritionis, ne Ecclesiasticâ careat sepulturâ, sed Ecclesiæ suffragiis, quatenùs fieri potest, adiuuetur, absolui potest hoc modo.

Si corpus nondum sepultum fuerit, absoluatur vt infrà; deinde absolutum in loco sacro sepeliatur.

Si verò fuerit sepultum in loco profano, si commodè fieri poterit, exhumabitur, & post absolutionem in loco sacro sepelietur; sed, si commodè exhumari non potest, absoluatur.

Quòd si in loco sacro sit sepultum non exhumabitur. Super sepulturam autem eius Sacerdos dicat Antiphonam. **Exultábunt**, deinde Psal. Miserére

mei Deus, &c. & poſteà. Exultábunt Dómino oſſa humiliáta.

Quo dicto, abſoluatur dicendo. Auctoritáte mihi, licet indigniſſimo, concéſſâ, ego te abſóluo à vínculo excommunicatiónis, quam incurríſti, vel, incurríſſe declarátus es (declaráta es) propter tale factum, & reſtítuo te cõmunióni fidélium. In nómine Patris ✠, & Fílij, & Spíritus ſancti. Amen.

Deinde dicatur Pſal. De profúndis, in fine Réquiem ætérnam dona eis Dómine. ℟. Et lux perpétua lúceat eis.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon.

Kyrie eléiſon. Pater noſter. ſecretò.

S. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

S. A porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam eius.

S. Requiéſcat in pace.

℟. Amen.

S. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

DA, quæſumus Dómine ánimæ ſámuli tui, quem (ſámulæ tuæ, quam) excommunicatiónis ſenténtia conſtrínxerat, refrigérij ſedem, quiétis beatitúdinem, & ſupérni lúminis claritátem. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

De modo abſoluendi à ſuſpenſione vel ab interdicto, atque etiam diſpenſandi ſuper irregularitate extra vel intra Sacramentalem Confeſſionem.

SI Sacerdoti ſit commiſſa facultas abſoluendi aliquem à ſuſpenſione vel interdicto, quamuis nulla verba ſint præcipuè determinata, vti poterit hac formulâ.

Pœnitens dicat Confíteor. Sacerdos Miſereátur, Indulgẽtiam. Auctoritáte mihi, licet indigníſſimo, ab N. tráditâ, ego abſóluo te à vínculo ſupenſiónis, (vel,) interdícti, quem, (vel) quod propter tale factum (vel) cauſam incurríſti, (ſeu) incurríſſe declarátus (declaráta) es. In nómine Patris, ✠ & Fílij, & Spíritus ſancti. Amen.

Si verò Confeſſario, ſiue in foro conſcientiæ, ſiue extra, data eſt poteſtas diſpenſandi ſuper irregularitate, tunc poſtquam eum abſoluerit à peccatis, addat conſequenter.

Et eâdem auctoritáte diſpénſo tecum ſuper irregularitáte, vel irregularitátibus (ſi ſunt plures,) in quam vel in quas ob talem vel tales cauſas exprimendo eas, incurríſti: & hábilem reddo & reſtítuo te executióni Ordinum & officiórum tuórum. In nómine Patris, ✠ & Fílij, & Spíritus ſancti. Amen.

Si nullum habet Ordinem, dicatur: Hábilem reddo te ad omnes Ordines ſuſcipiéndos, vel etiam ad alia iuxta tenorem mandati.

Quòd ſi neceſſe ſit titulum beneficij reſtituere, & fructus malè perceptos condonare, ſubiungat.

Et reſtítuo tibi títulum ſeu **títulos benefícij** ſeu **beneficiórum, & condóno tibi fructus malè percéptos, in nómine Patris, ✠ & Fílij, & Spíritus ſancti. Amen.**

Aduertat autem Sacerdos, ne vllo modo in iis facultatis ſuæ terminos excedat.

De Abſolutione ab Hæreſi.

„ PRohibemus omnibus Sacerdotibus tam ſæ-
„ cularibus quàm regularibus, etiam exem-
„ ptis, ſub pœna Excommunicationis maioris, ne
„ publicè & extra Sacramentum Pœnitentiæ ab
„ hæreſi quemquam abſoluant: præcipimúſque, vt
„ quoties aliqui hæreſim abiurare, ac Catholicam
„ fidem profiteri voluerint, ad Pœnitentiarium no-
„ ſtrum remittant, qui eis beneficium abſolutionis
„ impertiatur.

„ Quòd ſi Sacerdotibus quibuſdam conceſſa fue-
„ rit facultas, vt priuatim & in Sacramento Pœni-
„ tentiæ abſoluant ab hæreſi, volumus vt eius vſu
„ tamdiu abſtineant, quamdiu illam videndam
„ obtulerint Nobis aut Vicariis noſtris.

DE



DE SANCTISSIMO EVCHARISTIAE Sacramento.

OMNIBVS quidem Ecclesiæ Catholicæ Sacramentis religiosè, sanctèque tractandis magna ac diligens cura adhibenda est, sed præcipuè administrando ac suscipiendo Sanctißimæ Eucharistiæ Sacramento, quo nihil dignius, nihil sanctius & admirabilius habet Ecclesia Dei; cùm in eo contineatur præcipuum & maximum Dei donum, & ipsemet omnis gratiæ & sanctitatis fons, auctórque Christus Dominus.

Parochus igitur summum studium in eo ponat, vt cùm ipse venerabile hoc Sacramentum quâ decet reuerentiâ, debitóque cultu tractet, custodiat, & administret; tùm etiam populus sibi commissus religiosè colat, sanctè, frequentérque suscipiat, præsertim in maioribus anni solemnitatibus; saltem ter in anno ex antiqua Patrum institutione, in Pascha videlicet, Pentecoste, & Natali Domini.

Ideò populum sæpiùs admonebit quâ præparatione, quantâ animi religione ac pietate, & quàm etiam decenti humilique corporis habitu ad tam diuinum Sacramentum debeat accedere: vt præmissâ Sacramentali confeßione, omnes saltem à media nocte ieiuni & vtroque genu flexo ad terram, & non super puluinar, aut aliud simile, Sacramentum humiliter adorent, ac reuerenter suscipiant.

Moneantur prætereà communicantes, vt sumpto Sa-

cramento, non statim ab Ecclesia discedēt aut colloquantur, nec statim vagis oculis circumspiciant, aut expuant, sed, qua par est deuotione, aliquantisper in oratione permaneāt, gratias agentes Deo de tam singulari beneficio, atque etiam de sanctissima Passione Dominica, in cuius memoriam hoc mysterium celebratur & sumitur.

Curare porrò debet, vt perpetuò aliquot Hostiæ consecratæ eo numero, qui vsui infirmorum & aliorum fidelium communioni satis esse possit (atque ita vt semper aliqua in Ecclesia remaneat) conseruentur in pixide ex solida, decentíque materia, argentea & intùs inaurata, quantum fieri potest, eáque munda & suo operculo benè clausa, velo cooperta, & quantùm res feret, ornato in Tabernaculo claue obserato, quæ nisi Parochis, aut eorum Vicariis non committatur, quam ipse seruabit, ac nulli, nisi Vicario suo committat.

Hoc autem Tabernaculum ab omni alia re vacuum, præterquàm oleo infirmorū in altari maiori, aut in alio, quod venerationi & cultui tanti Sacramēti commodius ac decentius videatur, sit collocatum; ita vt nullum aliis sacris functionibus aut Ecclesiasticis Officiis impedimentum afferatur. Lampades coram eo plures, vel saltem vna, die noctéque perpetuò colluceat: curabítque Parochus, vt omnia ad ipsius Sacramenti cultum ordinata, integra, mundáque sint & conseruentur.

Sanctißimæ Eucharistiæ Hostias frequenter, & saltem decimo quinto quóque die, tempore præsertim pluuio, & hyemali, renouabit: Hostiæ verò, seu particulæ consecrandæ, sint recentes; & vbi eas consecrauerit, veteres primò distribuat, vel sumat intra Missam, &

Ciborium omnibus fragmentis & reliquiis Hoſtiarum diligenter purificet, eáſque pariter ſumat, priuſquàm nouas immittat.

Vbi non erit cuſtodia ad aſſeruandam Euchariſtiam, videat Sacerdos diligenter, ne plures paucioréſue Hoſtias conſecret, quàm poſtulet numerus communicantium, vt ſingulæ ſingulis miniſtrentur.

Sed ſi fortè quando Communio danda eſt, non inuentus fuerit ſufficiens numerus Hoſtiarum conſecratarum pro numero communicantium, & ſit aliqua neceſſitas communicandi eos qui ſuperſunt; poterunt aliquot Hoſtiæ diuidi in duas, tres, quatuórue ad ſummum particulas, vt omnes de iis communicentur: hoc tamen non fiat citra neceſſitatem: & quando fiet, diuidantur hoſtiæ decenter in altari extra populi conſpectum, vt omnis occaſio ſcandali vitetur.

Sed de maiore hoſtia, qua vtitur Sacerdos ad Sacrificium, non liceat particulam defringere ad communicandum aliquem, niſi in periculo mortis, quando aliàs non erit vnde communicari poſſit is pro viatico, qui periclitatur.

Ad communionem populi præter eam pixidem, quæ ad infirmos deferri ſolet, habeat etiam, ſi fieri poteſt, in ſingulis Eccleſiis Ciborium, ſeu vas ſatis amplum in modum pateræ, quod facilè manu prehendi & teneri poſſit, cum operculo.

In locis in quibus purificatio laïcis præberi ſolet, non præbeatur in Calice ſacrato, ſed in patera ſeu ſcypho argenteo, ſiue etiam ſtanneo, aut vitreo, qui ad eum vſum tantùm deſeruiat.

Fideles omnes ad Sacram Communionem admittendi ſunt, exceptis iis qui iuſtâ ratione prohibentur. Arcendi autem ſunt publicè indigni, quales ſunt excommunicati, interdicti, manifeſtéque infames, vt meretrices, concubinarij, fœneratores, magi, ſortilegi, blaſphemi, & alij eius generis peccatores: niſi de eorum pœnitentia & emendatione conſtet; & publico ſcandalo priùs ſatisfecerint.

Occultos verò peccatores, ſi occultè petant & non eos emendatos agnouerit, repellet: non autem ſi publicè petant, & ſine ſcandalo ipſos præterire nequeat.

Amentibus prætereà, ſeu phreneticis communicare non licet: licebit tamen, ſi quando habeant lucida interualla, & deuotionem oſtendant dum in eo ſtatu manent, ſi nullum indignitatis aut irreuerentiæ periculum adſit.

Pueris etiam, qui propter ætatis imbecillitatem nondùm huius Sacramenti cognitionem & guſtum habent, adminiſtrari non debet, vt fermè accidit ante vndecimum vel duodecimum annum: circa quod tempus de ætate ad communicandum idonea iudicare in ſingulis Parœciis, prudenti Rectorum arbitrio & conſcientiæ relinquitur; neque alibi niſi in Parœcia ſua ad primam Communionem, etiam extra Paſchale tempus, admittantur.

Eam conſuetudinem in Parochia ſua introducere curabit, vt inter Miſſæ Parochialis ſolemnia Clerici Euchariſtiam percipiant: tunc autem is ordo ſeruabitur, vt primò Sacerdotibus, ſi qui aderunt, ſuperpelliceo & ſtolâ inſtar crucis ante pectus compoſitâ indutis adminiſtretur;

deinde Clericis aliis pro ordinis gradu, ſuperpelliceo tantùm indutis; poſtea verò laïcis.

Locis prӕterea diſtinctis miniſtrabit, nempe Clericalis ordinis hominibus in gradibus altaris, & intra ſepimentum: at laïcis loco remotiori aliquantô ab altari & extra eius ſepimentum. Nec verò ſinat à ſtantibus ſtrepitum fieri, aut mendicos ſacræ menſæ oberrare.

Moneantur communicantes, ſi opus erit, vt in ipſa communione os conuenienter aperiant, neque aut inclinent caput deorſum, aut ſubducant, priuſquàm totam hoſtiam intrò exceperint.

Presbyteri quoque ipſi in porrigenda hoſtia cauti ſint, neque priùs manum retrahant, aut ſubiectum vaſculum amoueant, quàm Euchariſtiam totam in os immiſerint.

Ordo miniſtrandi Sacramentum Euchariſtiæ

PArochus ſanctiſſimam Euchariſtiam miniſtraturus in Miſſa, hoſtias conſecrandas ponat in vaſe ad hunc vſum apto (ſi adſit) ſuper corporale & ſuper altare conſecratum, & antequam accipiat hoſtiam conſecratam, diſcooperiat vas aliarum hoſtiarum, & ad eas ſimul dirigat intentionem actualem conſecrandi, ſi fieri poſſit, licet virtualis ſufficiat.

Poſt ſumptionem pretioſi ſanguinis, dicatur ab aſtantibus **Confiteor, &c.** quo dicto Sacerdos genuflectit, & manibus iunctis vertens ſe ad populum in cornu Euangelij, dicit **Miſereátur veſtri,&c.**

Indulgéntiam,&c.& manu dextrâ facit ſignū Crucis ſuper eos. Poſteà genuflectens ante altare, accipit manu ſiniſtrâ vaſculum ſeu patenam cum Sacramento, dextrâ verò ſumit vnam Hoſtiam, quam inter pollicem & indicem tenet aliquantulum eleuatam ſuper vaſculum ſeu patenam, & conuerſus ad communicandos in medio altaris dicit clarâ voce ſemel. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Deinde ter dicit. Dómine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur ánima mea: Quâ formulâ etiam vtendum eſt, cùm fœminæ communio miniſtratur, ſine vlla in verbis mutatione.

Poſteà ad communicandum accedit, incipiens ab iis, qui ſunt ad cornu Epiſtolæ,& vnicuique porrigit Sacramentum, faciens cum eo ſignum crucis ſuper vaſculum ſeu patenam, & ſimul dicens: Corpus Dómini noſtri Ieſu Chriſti cuſtódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.

Vbi verò omnes communicauerint, reuertitur ad altare, nihil dicens: & non dat eis benedictionem, quia illam daturus eſt in fine Miſſæ:& ſi modicę particulæ de fragmentis patenæ adhæſerint, eas ſumat antequam ſe purificet; vel in Calicem immittit vt ſumat cum purificatione, & proſequitur Miſſam.

Quando extra Miſſam fit Communio, Parochus indutus ſuperpelliceo & ſtolâ, nec niſi accenſo cereo, iubebit eos qui ſunt communicaturi, dicere, Confiteor, &c. Et ipſe dicet, Miſereatur, Indulgentiam. &c. cæteráque fient vt ſuprà; niſi quòd

particulas de fragmentis quæ ſupererunt non ſumet; ſed reponet eas cum Hoſtiis ſacris in Sacrario; admouebitque digitos ad labia vaſis, ne illis particulæ adhæreant; & poſteà digitos eoſdem abluet, vbi expedire iudicabit, quos abſterget purificatorio; ablutio verò in piſcinam abiiciatur. Deinde ſtans extentâ manu dexterâ, benedicit iis qui communicarunt, dicens: **Benedíctio Dei omnipoténtis, deſcéndat ſuper vos & máneat ſemper, in nómine Patris & Fílij ✠ & Spíritus ſancti. Amen.**

De Communione Paſchali.

CVRET Parochus, vt in Quadrageſima, maximéque Dominica Paſsionis, Palmarum, atque etiam Dominica Reſurrectionis Domini noſtri, non modò per ſe, ſed etiam per alios Concionatores populo opportunè denuncietur Conſtitutio Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III. quæ ſic habet.

„ Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquàm ad an-
„ nos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus pec-
„ cata cõfiteatur fideliter, ſaltem ſemel in anno pro-
„ prio Sacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam
„ ſtudeat pro viribus adimplere; ſuſcipiens reueren-
„ ter, ad minus in Paſcha, Euchariſtiæ Sacramentũ,
„ niſi fortè de conſilio proprij Sacerdotis, ob ali-
„ quam rationabilem cauſam, ad tempus ab eius
„ perceptione duxerit abſtinendum; alioquin &
„ viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens
„ Chriſtianâ careat ſepulturâ.

Atque, vt hoc ſalutare Concilij Decretum inuiolabiliter ſeruetur, & debitè impleatur, Parochus, instante Paſchali tempore, certis diebus per hebdomadam populum ſuũ, præcipuè pueros, puellásque, ſeruos & ancillas familiariter & paternâ facilitate edoceat, vel per alium ad id idoneũ edoceri curet ea quæ ad ſanctiſsimi Sacramenti inſtitutionem, veritatem, & dignam receptionem pertinent; prouideátque, vt omnes ſui Parochiani intra tempus ab Eccleſia præſcriptum communicent, id eſt, intra illud tempus, quod eſt à Dominica Palmarũ vſque ad Dominicam in Albis incluſiuè: atque ea de re maturè illos ante Paſcha, ſæpiùs etiam, ſi opus ſit, admoneat: & poſt octauam Paſchæ eos qui propriæ ſalutis immemores ſæpiùs admoniti non obtemperauerint, Ordinario denunciet.

Parochus alienæ Parœciæ fideles ad proprium Parochum remittet; peregrinos autem, & aduenas, & qui certum domicilium non habent, ſi ad illum acceſſerint, non recipiet, niſi qui litteras certificatorias à Parochis vnde migrauerint oſtendant, quibus conſtet eos non eſſe excommunicatos, aut aliàs à communione arcendos, aut ſint eiuſmodi perſonæ quæ ex honeſta ſermonis & morum grauitate appareant fideles, & nullum habere impedimentum cenſeantur, ob quod ab Euchariſtiæ ſuſceptione repelli poſsint.

Ne qui verò Parochianorum prætendere poſsint ſe in aliis Eccleſiis communicaſſe, omnes Parochi ſingulis annis Dominicâ Paſsionis, Palmarum, & Reſurrectionis Domini, linguâ vulgari, populo denuncient Decretum quod ſequitur.

„ Vt

„ Vt Parœcianis omnis ad alias Ecclesias discur-
„ rendi tollatur occasio, omnibus Presbyteris, tam
„ sæcularibus, quàm Religiosis, etiam Mendican-
„ tibus, ne quibusuis personis quantumcúmque il-
„ lis notis, nec etiam cuiusuis Confratriæ aut So-
„ cietatis prætextu Sacram Eucharistiam tempore
„ Paschali, absque Parochi consensu administrent,
„ omninò vetamus.

Vbi autem aliqui ex debita licentia in aliis Ecclesiis communicauerint, proprio Parocho fidem eius rei faciant in scriptis intra mensem post reditum suum: secus pro non communicatis censeantur, quoad præceptum Ecclesiæ.

Ægrotis quoque Parochialibus, etiamsi communionem extra præscriptos Paschales dies sumpserint, in Paschalibus diebus illam deferet, ac ministrabit.

De Communione infirmorum.

VIATICVM Sacratissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi summo studio ac diligentiâ ægrotantibus opportuno tempore procurandum est, ne fortè contingat illos tanto bono Parochi incuriâ priuatos decedere.

Cauendum autem imprimis est, ne ad indignos, cum aliorum scandalo, deferatur, quales sunt publici vsurarij, concubinarij, comœdi, notoriè criminosi, nominatim excommunicati, aut denunciati: nisi sese prius sacrâ confessione generali purgauerint, & publicæ offensioni, pro vt de iure, satisfecerint.

Atque, vt hoc ſalutare Concilij Decretum inuiolabiliter ſeruetur, & debitè impleatur, Parochus, inſtante Paſchali tempore, certis diebus per hebdomadam populum ſuũ, præcipuè pueros, puellásque, ſeruos & ancillas familiariter & paternâ facilitate edoceat, vel per alium ad id idoneũ edoceri curet ea quæ ad ſanctiſsimi Sacramenti inſtitutionem, veritatem, & dignam receptionem pertinent; prouideátque, vt omnes ſui Parochiani intra tempus ab Eccleſia præſcriptum communicent, id eſt, intra illud tempus, quod eſt à Dominica Palmarũ vſque ad Dominicam in Albis incluſiuè: atque ea de re maturè illos ante Paſcha, ſæpiùs etiam, ſi opus ſit, admoneat: & poſt octauam Paſchæ eos qui propriæ ſalutis immemores ſæpiùs admoniti non obtemperauerint, Ordinario denunciet.

Parochus alienæ Parœciæ fideles ad proprium Parochum remittet; peregrinos autem, & aduenas, & qui certum domicilium non habent, ſi ad illum acceſſerint, non recipiet, niſi qui litteras certificatorias à Parochis vnde migrauerint oſtendant, quibus conſtet eos non eſſe excommunicatos, aut aliàs à communione arcendos, aut ſint eiuſmodi perſonæ quæ ex honeſta ſermonis & morum grauitate appareant fideles, & nullum habere impedimentum cenſeantur, ob quod ab Euchariſtiæ ſuſceptione repelli poſsint.

Ne qui verò Parochianorum prætendere poſsint ſe in aliis Eccleſiis communicaſſe, omnes Parochi ſingulis annis Dominicâ Paſsionis, Palmarum, & Reſurrectionis Domini, linguâ vulgari, populo denuncient Decretum quod ſequitur.

„ Vt Parœcianis omnis ad alias Eccleſias diſcur-
„ rendi tollatur occaſio, omnibus Presbyteris, tam
„ ſæcularibus, quàm Religioſis, etiam Mendican-
„ tibus, ne quibuſuis perſonis quantumcúmque il-
„ lis notis, nec etiam cuiuſuis Confratriæ aut So-
„ cietatis prætextu Sacram Euchariſtiam tempore
„ Paſchali, abſque Parochi conſenſu adminiſtrent,
„ omninò vetamus.

Vbi autem aliqui ex debita licentia in aliis Eccleſiis communicauerint, proprio Parocho fidem eius rei faciant in ſcriptis intra menſem poſt reditum ſuum: ſecùs pro non communicatis cenſeantur, quoad præceptum Eccleſiæ.

Ægrotis quoque Parochialibus, etiamſi communionem extra præſcriptos Paſchales dies ſumpſerint, in Paſchalibus diebus illam deferet, ac miniſtrabit.

De Communione infirmorum.

VIATICVM Sacratiſſimi Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſummo ſtudio ac diligentiâ ægrotantibus opportuno tempore procurandum eſt, ne fortè contingat illos tanto bono Parochi incuriâ priuatos decedere.

Cauendum autem imprimis eſt, ne ad indignos, cum aliorum ſcandalo, deferatur, quales ſunt publici vſurarij, concubinarij, comœdi, notoriè criminoſi, nominatim excommunicati, aut denunciati: niſi ſeſe priùs ſacrâ confeſſione generali purgauerint, & publicæ offenſioni, pro vt de iure, ſatisfecerint.

P

Hortetur Parochus infirmum vt sacram Communionem sumat, etiam si grauiter non ægrotet, aut mortis periculum non immineat, maximè si festi alicuius celebritas id suaserit: eam verò non percipiat tunc nisi ieiunus, id est, nisi post mediam noctem ab omni cibo aut potu abstinuerit, aut etiam sola aqua vel quocumque alio per modum medicinæ.

Pro viatico autem & non ieiuno ministrabit, cum in mortis periculo graui ægrotus erit. Quòd si per aliquod tempus in eodem periculo constitutus remaneat, vel postquàm periculum mortis euaserit denuò in illud incidat, & sacrum Viaticum iterùm deuotè petat, annuet ipsi Parochus; dummodò saltem dies decem ab altera Viatici sumptione intercesserint.

Id tamen diligenter curandum est, ne iis tribuatur, à quibus ob phrenesim, imbecillitatem animi, quâ inhabiles redduntur ad diiudicandum Corpus Domini, siue ob vehementem & assiduam tussim, aliumue similem morbum, vomitus, aut excreatio, aut aliqua indecentia cũ iniuria tanti Sacramenti timeri potest: aut in quibus periculum est, ne hostia deglutiri non possit, quod vulgò accidere creditur iis, qui rabidi animalis morsu in rabiem acti sunt.

Sed ei, qui ex infirmitate cõmunicare non poterit, sanctissimum Sacramentum deferri non debet, ad ostendendum, vel adorandum solùm, seu deuotionis, seu cuiusuis rei prætextu.

Vbi periculum esset, ne æger integram speciem consumere possit, Parochus det ei particulam illius duntaxat, quâ sumptâ poterit illi ablutionem dare. Cauebit verò

maximè, ne ſub prætextu facilioris conſumptionis intinctam ægroto porrigat.

Si contigerit infirmum Euchariſtiam euomere, & in vomitu ſpecies integræ appareant; tunc, ſi eas æger commodè conſumere non poßit, cautè ſeparentur, & in vaſe honeſto (non tamen in ipſa pixide ſacra) decenter ad Eccleſiam deferantur, atque in aliquo loco ſacro reponantur, donec corrumpantur, & poſteà corruptæ in Sacrarium proiiciantur. Quòd ſi ſpecies conſecratæ non appareant, vomitus in ſtupam, ſeu aliam ſimilem materiam infuſus, vel deterſione in eam collectus comburatur, & cineres in ſacrarium mittantur.

Item ſi infirmus, dum communionem ſuſcipit, aut ſtatim poſt eam ſuſceptam, moriatur, antequam Sacramentum deglutierit; ſpecies quæ apparebunt in ore mortui, extrahantur & ſeruentur vt ſuprà, donec corruptæ in ſacrarium proiiciantur.

Si in contrectando aut porrigendo Sacramento, vel aliquo alio caſu, hoſtia ſeu aliqua eius particula decidat in terram, reuerenter accipiatur, & locus, vbi cecidit, mundetur, & aliquantulùm abradatur, & puluis ſeu abraſio huiuſmodi deferatur in vaſe mundo ad Eccleſiam, & in ſacrarium immittatur. Si ceciderit extra corporale in mappam, ſeu alio quouis modo in aliquod linteum; mappa vel linteum huiuſmodi diligenter lauetur, & lotio ipſa pariter in vaſe mundo ad Eccleſiam delata in ſacrarium effundatur.

Deferri autem debet hoc ſanctum Sacramentum ab

Eccleſia ad priuatas ægrotantium domos decenti habitu, ſuperpoſito mundo velamine, manifeſtè, atque honorificè ante pectus, cum omni reuerentia, & timore, ſemper lumine præcedente.

Ne Sacerdotes tam ſæculares quàm Regulares, ad ægrotos Parochis ſubditos deferant Euchariſtiam ex Oratoriis, Capellis, atque omninò ex aliis locis quàm ex Eccleſia Parochiali: Ne etiam ægroti ad ſe aliunde delatam recipiant ſine expreſſa Parochi licentia. Qui ſecùs fecerint Sacerdotes pœnâ ſuſpenſionis nouerint ſe multandos, ex Decreto D. Archiepiſcopi.



Ordo communicandi infirmos.

Parochus proceſſurus ad communicandum infirmum, præmoneat vt ægri cubiculum mundetur, & in eo paretur menſa linteo mundo cooperta, in qua ſanctiſſimum Sacramentum decenter deponatur.

Parentur ſuper menſam luminaria, & imago Crucifixi, ſi aliqua habeatur, ac duo vaſcula, alterum cum vino, vel aliquo alio liquore quo vtitur ægrotus, alterum cum aqua, atque inſuper mantile ad abſtergendas manus Sacerdotis poſt ablutionem; præterea linteum mundum ante pectus communicandi ponatur, atque alia ad ornatum loci, pro cuiuſque facultate.

Vbi verò conuenerint, qui Euchariſtiam comitaturi ſunt, Sacerdos indutus ſuperpelliceo & ſtolâ,

Acolythis, ſeu Clericis aut etiam Presbyteris (ſi locus feret) ſuperpelliceo pariter indutis comitatus, accedens ad Tabernaculum ſanctiſſimi Sacramenti, ordine quo ſuprà, decenter & de more acceptas aliquot Hoſtias conſecratas, pro numero communicandorum, ponat in pixide; ſeu parua cuſtodia, quam proprio ſuo operculo cooperit, & velum ſericum ſuperimponit. Ipſe verò Sacerdos factâ priùs genuflexione, vtráque manu accipiat vas cum Sacramento, & deinde vmbellam ſeu cortinam ſubeat, nudo capite proceſſurus, vbi benedictionem cum eodem vaſe, in quo eſt Sacramentum, fecerit ſuper populum.

Notandum verò plures Hoſtias communicandis eſſe deferendas, vt poſſit ſemper aliqua referri in Eccleſiam, ne fideles redeunte Sacerdote adoratione priuentur. Quòd ſi fortè obſtet nimia itineris longitudo, tot deferentur tantùm, quot erunt ægroti, atque tunc Sacerdos in habitu vulgari, poſitis veſtibus ſacris, tacente campanulâ, extinctis cereis ſeu intortitiis, abſconditâ pixide ſeu cuſtodiâ, ita redeundo ſe geret, vt nullam populo adorationis, aut potiùs idololatriæ anſam præbeat.

Præcedat Sacerdotem Acolythus, vel alius miniſter deferens luminare vnicum vel plura accenſa, & campanulam pulſans, qui etiam deferat burſam cum corporali, quod ſupponendum erit vaſculo ſanctiſſimi Sacramenti ſuper menſa in cubiculo infirmi. Poſtremò Sacerdos Sacramentum geſtans eleuatum ante pectus ſub vmbella, dicens Pſalmum

Miſerére, & alios Pſalmos & Cantica, quæ poterit memoriter recitare. Quòd ſi longius aut difficilius iter obeundum ſit, & fortaſsè etiam equitandum, neceſſe erit vas, in quo Sacramentum defertur, burſâ decenter ornatâ & ad collũ appenſâ aptè includere, & ita ad pectus alligare atque obſtringere, vt neque decidere, neque è Pixide excuti Sacramentum queat.

Cùm peruentum fuerit ad locum vbi iacet infirmus, Sacerdos intrans domum dicat: Pax huic dómui. ℟. Et ómnibus habitántibus in ea. Et cùm in conſpectu infirmi fuerit, ſignum Crucis faciat versùs eum cum vaſculo ſanctiſſimi Sacramenti, & depoſito vaſe ſuper menſam præparatam ſuppoſito corporali illud genuflexus adoret, & accedens ad infirmum aſpergat eum, & circumſtantes aquâ benedictâ, dicens.

S. Aſpérges me Dómine hyſſópo & mundábor.
℟. Lauábis me & ſuper niuem dealbábor.

Et poſteà ante Sacramentum conſiſtens, dicat.

S. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam.
℟. Et ſalutáre tuum da nobis.
S. Saluum fac ſeruum tuum (ancillam tuam.)
℟. Deus meus ſperántem in te.
S. Mitte ei Dómine auxílium de ſancto.
℟. Et de Sion tuére eum (eam.)
S. Nihil profíciat inimícus in eo (ea.)
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
S. Eſto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
S. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.
S. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orémus.

DEVS infirmitátis humánæ ſinguláre præsídium, auxílij tui ſuper infírmum noſtrum (infírmam noſtram,) oſténde virtútem: vt ope miſericórdiæ tuæ adiútus (adiúta) Eccléſiæ ſanctæ incólumis repræſentári mereátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

His finitis, ægroto Sacerdos oſtendat quid ſit ſentiendum de inſtitutione, virtute, & vſu Sacro-ſancti Sacramenti, confeſſionemque ab eo credendorum, maxime circa Sacramentum hoc Euchariſtiæ auguſtiſſimum, requirat. Poſteà quærat ab eo num ſit ritè confeſſus, & ſi ſciat ritè fuiſſe confeſſum, ſciſcitetur, nùm ſuperſit aliquid quod ipſius conſcientiam remordeat & grauet; an putet ſe competenter diſpoſitum; maximéque an proximis, quibuſcum inimicitias gerit; ſiue quos offendit, ſiue à quibus offenſus fuit, ignoſcat; an etiam iis reconciliari velit; quod ſi aut ignoſcere nolit, aut reconciliari non ſit paratus, non adminiſtret illi Euchariſtiam: Si verò & ignoſcat & reconciliari ſit paratus, tunc poterit illum alloqui his ſimilibus verbis.

Exhortatio ad infirmum antequàm ei miniſtretur Euchariſtia.

NOSTRE Sauueur & Redempteur Ieſus-Chriſt ne s'eſt pas contenté d'auoir pris chair humaine dans le ventre ſacré de la glorieuſe Vierge

Marie : mais deuant l'heure funeſte de ſa mort & Paſſion, par vn excez de ſon amour, il a voulu nous donner ſon corps à manger, & ſon ſang à boire en inſtituant le S. Sacrement de l'Euchariſtie pour la nourriture de nos ames ; car comme la nourriture corporelle nous conſerue la vie & les forces, & nous fait croiſtre iuſques à vne iuſte grandeur : Auſſi ce ſaint Sacrement nous maintient en la vie ſpirituelle, nous conſeruant en la grace de Dieu, nous fortifie contre les tentations & aſſauts de l'ennemy, & nous fait croiſtre ſpirituellement de vertu en vertu, iuſques à ce que nous ſoyons rendus parfaicts.

Croyant donc fermement que Ieſus-Chriſt eſt icy preſent, il le faut premierement adorer deuotement comme voſtre Redempteur & Seigneur, auquel vous auez mis toute voſtre eſperance & confiance. Secondement il vous le faut remercier de ſa grande & incomparable charité de s'eſtre liuré pour vous à vne mort ignominieuſe, & à preſent de ſe vouloir communiquer à vous de ſi prés, s'vnir & s'incorporer en vous en ce diuin & ineffable myſtere, diſant auec vn ſentiment interieur les paroles de Moyſe au Deuter. chap. 4. *Il n'y a point de nation pour grande qu'elle ſoit, qui ait Dieu proche d'elle, comme noſtre Dieu eſt proche de nous :* En fin il eſt neceſſaire que vous prepariez voſtre cœur à le receuoir en grande humilité ; diſant auec le Centurion, *Mon Sauueur & mon Dieu ie ne ſuis pas digne que vous entriez dedans moy, mais puis que tel eſt voſtre bon plaiſir de faire en moy voſtre demeure, dites ſeulement*

ment la parole, & mon ame ſera guerie : Il vous faut pardonner à tous ceux qui vous pourroient auoir offenſé, & demander humblement pardon à Dieu de tous les pechez, par leſquels vous pourriez auoir offenſé ſa diuine Majeſté : Ie crois que vous l'auez fait dans le S. Sacrement de Penitence. Si toutesfois il vous ſouuenoit de quelque choſe qui vous donnaſt quelque remords, & peuſt retarder l'effet ſalutaire de ce Sacrement, vous pourriez à preſent vous en confeſſer, auant que receuoir ce Dieu d'amour & de ſainctеté.

Poſt hæc, qui decumbit, faciat Confeſſionem generalem, linguâ Latinâ dicẽdo, Confiteor Deo, &c. vel vulgari, Ie me confeſſe à Dieu, &c. Quòd ſi præ infirmitate non poſſit, alius eius nomine illam recitet. Hâc Confeſſione generali factâ, Sacerdos dicat.

Miſereátur tui omnípotens Deus, & dimíſſis ómnibus peccátis tuis, perdúcat te in vitam ætérnam. ℟. Amen.

Indulgéntiam, abſolutiónem, & remiſſiónem ómnium peccatórum tuórum, tríbuat tibi omnípotens & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.

His peractis, Sacerdos lotis digitis & genibus flexis, adorato Sacramento, eleuabit Corpus Domini de pixide vel calice, oſtendétque infirmo accedendo ad illum, dicens linguâ maternâ & vulgari.

Croyez vous pas que cecy eſt Ieſus-Chriſt, Dieu & homme noſtre Sauueur ? Qui cùm reſponderit, Ie le crois. Sacerdos ter dicet.

Dómine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanábitur ánima mea.

Quo dicto, Sacerdos dabit infirmo Euchariſtiam ſanctam, dicens.

Accipe Corpus Dómini noſtri Ieſu Chriſti, quod cuſtódiat ánimam tuam & corpus tuum in vitam ætérnam. Amen.

Communione factâ, Sacerdos ponat in loco anteà parato, Sacro-ſanctam Euchariſtiam; detque ægroto paululum liquoris alicuius, quo faciliùs Hoſtiam conſumat; & lotis ac exterſis manibus ad mantile, aquam lotionis, atque etiam quod ſuperfuerit ex liquore, quo mox vſus eſt infirmus, proiiciat in caminum: deinde genuflexione factâ ante Sacramentum ſtans dicat.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orémus.

Dómine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, te fidéliter deprecámur, vt accipiénti fratri noſtro (ſorórí noſtræ) ſacro-ſánctum Corpus Dómini noſtri Ieſu Chriſti fílij tui, tam córpori, quàm ánimæ proſit ad ſalútem. Per eúndem, &c.
℟. Amen.

Hìc recitet Euangelium S. Ioannis, In princípio. poſitâ ſtolâ ſuper infirmum.

Sacerdos antequàm diſcedat, moneat ægrotum vt Deo gratias agat, & ſi viderit expedire, hortetur,

vt, cùm per Dei gratiam de rebus animæ diſpoſue-rit, rebus domeſticis per Teſtamenti confectionem conſulat; ne inteſtatus moriatur, & non negligat Sacramentum Extremæ Vnctionis, ſumátque tempore congruo.

Tunc Sacerdos recedens, vaſculum accipiat, quo Chriſti Corpus reconditur, & faciat ſignum Crucis ſuper infirmum dicendo. Benedícite.

℟. Dóminus.

A ſubitánea & improuíſa morte, & à damnatióne perpétua liberet te Pater, & Fílius, & Spíritus ſanctus.

Et benedíctio Dei omnipoténtis deſcéndat ſuper te, & máneat ſemper tecum, in nómine Patris ✠, & Fílij, & Spíritus ſancti. ℟. Amen.

Deinde Parochus reuertatur in Eccleſiam nihil dicens, & reuerenter Sacramentum deferens, ordine quo venerat: ibique benedicat populo cum vaſculo in quo Euchariſtia reconditur; & poſteà reponat illud in Tabernaculo.



ORDO COMMVNICANDI
Sacerdotem infirmum.

Sacerdos infirmus, ſumpturus Sacram Euchariſtiam, induatur ſuperpelliceo & ſtolâ à collo inſtar crucis ante pectus compoſitâ, & initio ſeruetur idem ritus, qui in communione laïcorum. Dictâ oratione Deus infirmitátis. Sacerdos Sacramẽtum

deferens, profeſſionem fidei ab infirmo Sacerdote exiget his vel ſimilibus verbis.

Reuerende Pater, oportet primùm in teſtimonium fideliſſimi tui animi Catholicam fidem, quam ſemper profeſſus fuiſti, nunc etiam ſacram Euchariſtiam ſumpturus profitearis. Dices igitur: Credo in Deum Patrem omnipotentem, &c. Hoc dicto recitabit Symbolum Apoſtolorum. Deinde confeſſionem peccatorum faciet, dicendo: Confiteor Deo omnipotenti, &c. Poſtea Sacerdos miniſtrans dicet Miſereátur, & Indulgentiam, tum petitâ ab omnibus veniâ, oſtendatur ei recepturo ſacra Euchariſtia. Interim Sacerdos & Clerici qui aderunt (adeſſe autem debent omnes Eccleſiæ Parochialis Clerici, niſi neceſſaria vel vrgenti de cauſa vehementer impediantur). dicent hymnum. Te Deum laudamus, vſque ad verſum. In te Dómine ſperáui, &c. quem verſum ſilentibus aliis ſolus Sacerdos infirmus dicet. Quo peracto idem infirmus dicet ter Domine non ſum dignus, & cætera fient vt in communione laïcorum.

ORDO COMMVNICANDI Diaconum infirmum.

Diaconus communicaturus induatur ſuperpelliceo, ponatúrque ei ſtola ab humero ſiniſtro ad latus dextrum: & ſeruentur omnia quæ ſeruari ſolent in communione laïcorum infirmorum, præ-

terquam quod poſt orationem Deus infirmitátis. Sacerdos Sacramentum deferens profeſſionem fidei ab eo exiget his vel ſimilibus verbis.

Frater chariſſime, oportet primùm in teſtimonium fideliſſimi tui animi Catholicam fidem, quam ſemper profeſſus fuiſti, nunc etiam ſacram Euchariſtiam ſumpturus profitearis. Dices igitur: Credo in Deum Patrem, &c. Hoc dicto recitabit Symbolum Apoſtolorum infirmus, & faciet confeſſionem verbis Latinis, cæteraque omnia fient, vt in ordine communicandi infirmum Sacerdotem.



METHODVS CONSOLANDI infirmos dum viſitantur.

SCRIPSIT Apoſtolus 1. Cor. 12. in Eccleſia Chriſtum inſtituiſſe opitulationes, quas interpretantur S. Chryſoſtomus, Theophylactus, & Oecumenius, de dono quodam peculiari à Deo iis conceſſo qui fouerent ægrotos & debiles, iiſque miniſtrarent, vti etiam hodie fit à nonnullis: Et id quidem rectè. Sed non minor eſt gratia opitulandi ægrotis per ſpirituales conſolationes & viſitationes, ſubminiſtrando illis verba ſalutis. Et hanc prouinciam putamus eſſe à Deo peculiariter demandatam Parochis & eorum Sacerdotibus Vicariis.

Itaque vtile fuerit in ingressu domus aut cubiculi, vt Sacerdos aspergat aquâ benedictâ & infirmum & lectum in quo decumbet, recitando versiculum hunc, *Asperges me hyssopo*: & aspergendo in signum Crucis.

Accedens ad ægrotum, inquiret de statu morbi, & ex eo sumet occasionem colloquendi cum illo de causis propter quas vt plurimùm Deus nos affligit morbis; easque desumet ex locis variis apud Psalmistam, qui scribit, multiplicari infirmitates, vt posteà acceleremus ad Deum: mala enim quæ nos hîc premunt, ad Deum nos ire compellunt, inquit B. Gregorius. Deinde, aliquando propter iniquitatem corripit hominem, & castigat Deus omnem filium quem recipit. Item, Deus percutit corpus flagello morbi, & laborem atque dolorem hunc considerat vt tradat infirmũ in manus suas. Scilicet partem nostri infirmiorem, quæ est corpus, impugnat, non vt expugnet, sed vt ad deditionem in manus suas nos compellat, tangit loculum, id est corpus, vt anima peccato mortali quasi iacens & mortua Deo resideat & reuiuiscat per gratiam & pœnitentiam.

Aliquando etiam ad augmentum meriti, ad exercitationem patientiæ & aliarum virtutum, & ad resignationem. Quia enim acceptus erat Deo Tobias, vt ait Raphaël Archangelus, necesse fuit vt tentatio probaret eum: & quia Deus Dominus est, & in manibus eius sunt sortes nostræ & tempora nostra, quod bonum est in oculis suis facit, vt optemus,

Adhæc morbi & afflictiones ſæpè in manu Dei ſunt præparata, & cogitata media, vt iis vtamur ad meritum, & ad gloriam Dei conſequendam. Porrò etiam excoquit Deus, & purgat nos in camino vt paupertatis, ita & infirmitatis.

Igitur ad conſolandum ægrotum in grauium ſuorum dolorum ſenſu, & vt animetur ad tolerantiam, polliceri poterit Sacerdos viſitans, quòd Dominus opem feret illi ſuper lectum doloris eius, & vniuerſum ſtratum verſabit (hoc eſt circumaget, molliet, accommodabit ad inſtar ſternentis lectum,) in infirmitate eius. Et quòd Angeli noſtri cuſtodes, & alij omnes ſancti id vnum quaſi inuident nobis, nempe, quòd conſtemus corporibus, in quibus patiendo poſſumus glorioſiùs & illuſtriùs mereri beatitudinem, quam Angeli boni feliciùs, vno aut altero actu elicito ex gratia Dei conſecuti ſunt. Item quod vulgò dicitur & benè, vbi dolor, ibi remedium à Deo; vbi tuber, ibi vber; & ſecundùm multitudinem dolorum in corde noſtro conſolationes à Deo, & in Deo lætificant animas noſtras. Et eadem manus quæ percutit, eadem eſſe poteſt, quæ palpat, mulcet, & blanditur.

Præterea quòd non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, inquit B. Paulus, ad præteritam culpam quæ remittitur, ad præſentem pœnam quæ dimittitur, ad futuram gloriam quæ promittitur, inquit B. Bernardus, & momentaneum hoc & leue tribulationis noſtræ, ſuprà modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Imò fi-

delis Deus qui facit etiam cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere, ait Apostolus. Propterea idem B. Paulus vinctus omnia sua merita, & quæcumque sancta, quæcumque laudabilia libenter paratus est accommodare toti Ecclesiæ, sed exceptis hisce vinculis suis. Denique quos præsciuit Deus & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui: Conformitas autem hæc in tribus consistit, in doloribus & laboribus corporum nostrorum, sicut ipse verè dolores nostros tulit, & languores nostros portauit, attritus etiam propter scelera nostra: In tristitia & pœnitentia cordium nostrorum propter peccata nostra, sicut tæduit, pauit, & tristis fuit anima eius vsque ad mortem: denique in gaudio & iubilatione interiori Spiritus nostri quasi apicis mentis nostræ, seu fundi animæ nostræ, sicut Christus Dominus in mediis suis passionibus & agonia dixit Deo Patri, Fiat voluntas tua, non mea. Ergò nónne subiecta Deo erit anima nostra? ab ipso enim salutare nostrum.

Poterit & Sacerdos visitans vti versiculis Psalmi 102. qui omnes elegantissimè conuenire possunt consolationi infirmorum, nimirùm vsque adeò misericors valdè est Deus, qui peccata nostra potiùs vindicat in hac vita quàm in altera, & dum nostros cruciatus vnimus & componimus doloribus Crucifixi Domini nostri Iesu, eos suis vnitos offert Deo Patri, & si quidem nos pœniteat peccatorum, propter eum acceptantur in abolitionem pœnarum grauiorum quibus essemus obnoxij.

Adhæc


Adhæc reuocandum erit in memoriam quod Pſalmiſta regius per apoſtrophem dicit Deo, *Virga tua & báculus tuus ipſa me conſoláta ſunt, quia paráſti in conſpéctu meo menſam aduérſus eos qui tríbulant me.* Vt hinc occaſionem capiat ſuadendi ægroto vt ad Sacramenta Eccleſiæ recipienda ſeſe comparet, quia ſunt anodina & Dei manus: & quia per Sacramenta piè ſuſcepta & applicata, tanquam per ſigilla corporibus noſtris infirmis appoſita, tradimur in manu Dei, vt nemo rapiat nos de manu eius; ſic demùm aperiuntur oculi infirmorum vt paſſiones, quas immittit illis Deus, quaſi ludum quendam Dei cum ipſis excipiant. Ita enim ex Prudentio, *Tormenta, &c. atque ipſa pœnarum vltima mors Chriſtianis ludus eſt.*

Cæterùm ne exiſtimet Sacerdos omnia hæc ſupradicta, & eadem quæ hìc præmeditata ſunt, eſſe ægrotis dicenda, dum viſitantur, aut vno eodémque contextu & filo inſtar concionis eſſe referenda, ſed dumtaxat aperiri modum & locos ſententiarum, ex quibus quiſque pro ingenij bonitate & eruditionis copia eruere poſſit & proponere infirmis argumenta conſolationis eorum.

Quæ etiam proponentur, non omnia ſimul, neque properanter, neque vno tono vocis ſunt dicenda, ſed paulatim pro qualitate & conditione ægroti & ſtatu morbi eius, interrumpi aliquando vtiliter filum orationis ſiue collocutionis, partim ſilendo, vt meliùs interim ægrotus digerat audita, partim interrogando de aliis rebus communibus ipſum vel

aſtantes, partim orando pro eo, & alios ad hoc ipſum exhortando : ſic poſteà quæ inceperat perſequetur. Denique meminerit loqui breuibus clauſulis ſiue periodis, & ſermone ſimplici, & pium affectum oſtendente. Quod ſi ægrotus aliquid dicere vel reſpondere voluerit, audiendus erit, ne tædio afficiatur, aut rebus ipſis propoſitis, aut voce altiori, aut repetitionibus conſolantis, qui eaſdem res ægroto reuerberet, & quaſi obtundat, quin potiùs cognito ægrotantis ingenio ſeſe accommodabit Sacerdos viſitans, amanter conſolabitur, prudenterque ſibi beneuolentiam conciliabit infirmi, vt libentiùs, poſteà, quæ ad ſalutem animi ſpectant, audire velit.

Periculum verò morbi ægroto ita celari ne ſinat, vt eum mors opprimere poſſit inopinantem & imparatum. Atque opportunè inducet illum, & ſuauiter, vt velit ſuum ſibi periculum pateſieri.



De Sacramento Extremæ Vnctionis.

CVM auctor Sacramentorum, docente S. Ambroſio, ſit Chriſtus Dominus, Extremæ Vnctionis Sacramentum eſt à Chriſto inſtitutum, & à Sancto Iacobo promulgatum in Epiſt. ſua Canonica, his verbis, Infirmátur quis in vobis? indúcat Presbyteros Eccléſiæ, & orent ſuper eum, vngéntes eum óleo in nómine Dómini, & orátio fídei ſaluábit infírmum, & alleuiábit eum Dóminus, & ſi in peccátis fúerit, remitténtur ei.

Ex quibus Apostoli verbis tria colliguntur. 1. Quòd minister huius Sacramenti est Sacerdos, 2. Quòd infirmis solis administrari debet, quod non de qualibet infirmitate, sed de grauissima & morti proxima intelligendum est. 3. Quòd effectus huius Sacramenti est multiplex; nam primus & præcipuus est salus infirmi per gratiam: Secundus est remissio peccatorum ad reliquias eorum abstergendas: Tertius est alleuiatio infirmi, quæ tam ad corpus, quàm ad animam pertinet, vt leuiùs ferat dolores corporis, & animæ tentationes.

Hoc igitur Sacramentum tanquam cœlestis medicina corporis & animæ salutaris, omni studio, ac diligentia periculosè ægrotantibus adhibendum est; & eo quidem tempore, si fieri possit, cùm illis adhuc integra mens, & ratio viget, vt ad vberiorem Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro liniuntur oleo.

In quo illud inprimis ex generali Ecclesiæ consuetudine obseruandum est, vt, si tempus & infirmi conditio permittat, ante Extremam Vnctionem Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta infirmis præbeantur.

Habeat igitur Parochus in Ecclesia, loco nitido & decenter ornato, in vase argenteo, seu stanneo, diligenter custoditum Sacrum oleum infirmorum, quod singulis annis Feria quinta in Cœna Domini ab Episcopo benedictum, veteri combusto, renouandum est. Id tamen, si fortè infra annum aliquo modo ita deficiat, vt sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico oleo non benedicto in minori quantitate superinfuso, reparari potest.

Oleum porrò ipſum cuſtodiatur in vaſe ab aliorum ſacrorum oleorum vaſculis diſtincto, tum vt commodiùs deferatur, tum etiam ne propter inſtantem baptiſmum aliquando infirmi vnctio cum periculo animæ differatur, aut impediatur.

Debet autem hoc Sacramentum infirmis præberi, qui cùm ad vſum rationis peruenerint, tam grauiter laborant, vt periculum imminere videatur, & iis, qui præ ſenio deficiunt, & in diem videntur morituri, etiam ſine alia infirmitate. Neque denegandum eſt pueris, ſi attigerint vſum rationis, licèt nondùm communicauerint; quod vel maximè ex eo iudicare poterit Parochus ſi aliquando Sacramentaliter illi confeſsi fuerint peccata ſua.

Infirmis autem, qui, dum ſana mente & integris ſenſibus eſſent, illud petierant, ſeu veriſimiliter petiiſſent, ſeu dederint ſigna contritionis, etiamſi deinde loquelam amiſerint, vel amentes effecti ſint, vel delirent, aut non ſentiant, nihilominùs præbeatur.

Sed ſi infirmus dum phreneſi aut amentiâ laborant, veriſimiliter poſſet quicquam facere contra reuerentiam Sacramenti, non inungatur, niſi periculum tollatur omninò.

Impœnitentibus verò, & qui in manifeſto peccato mortali moriuntur, & excommunicatis & nondum baptizatis penitùs denegetur.

Non miniſtretur etiam prælium inituris, aut nauigationem, aut peregrinationem, aut alia pericula ſubituris, aut reis vltimo ſuplicio mox afficiendis, aut pueris vſum rationis non habentibus.

Si quis autem laborat in extremis, & periculum immineat, ne decedat antequàm finiantur vnctiones, citò vngatur, incipiendo ab eo loco; Per istam sacri ólei vnctiónem, &c. *vt infrà. Deinde, si adhuc superuiuat, dicantur Orationes prætermissæ suo loco positæ.*

Si verò, dum inungitur infirmus, decedet, Presbyter vltra non procedat, & prædictas Orationes omittat.

Quòd si dubitet, an viuat adhuc, vnctionem prosequatur sub conditione pronunciando formam, dicens; Si viuis per istam ólei vnctiónem, &c. *vt infrà.*

Si autem acciderit, infirmum post peccatorum suorum confessionem ad exitum vitæ properare, tum cum sacro Oleo infirmorum poterit sacrum Viaticum ad eum deferri per eundem Sacerdotem, & postquàm infirmus Viaticum sumpserit, inungatur à Sacerdote.

In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit, vt cùm infirmus conualuerit, iterùm in periculum mortis incidit.

Quinque verò corporis partes præcipuè vngi debent, quàs veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit; nempe oculi, aures, nares, os, & manus; attamen pedes etiam & pectus vngenda sunt.

Manus verò quæ reliquis infirmis interiùs vngi debent, Presbyteris exteriùs vngantur.

Dùm oculos, aures, & alia corporis membra, quæ paria sunt, Sacerdos vngit, caueat, ne altero ipsorum inungendo, Sacramenti formam prius absoluat, quàm ambo huiusmodi paria membra perunxerit.

Si quis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eâdem verborum formâ.

Huius autem Sacramenti forma, quâ Sancta Ecclesia vtitur, solemnis illa precatio est, quam Sacerdos ad singulas vnctiones adhibet cùm ait; Per istam sacri ólei vnctiónem, & suam piíssimam misericórdiam indúlgeat tibi Dóminus quicquid per visum (auditum, &c.) peccásti.

Moneat etiam Parochus, vbi opus esse viderit, ab illa superstitione vana abstinendum, quâ laïci plerumque vtuntur accendendo certum numerum candelarum, verbi gratiâ tredecim tantùm.

ORDO MINISTRANDI SACRAmentum Extremæ-Vnctionis.

SACERDOS hoc Sacramentum ministraturus, quatenùs fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam mappâ candidâ coopertam, itemque vas, in quo sit bombacium, stupa, seu quid simile, in septem globulos distinctum, ad detergendas partes inunctas, & aquam ad ablüendas Sacerdotis manus; ceream item candelam, quæ deinde accensa ipsi vngenti lumen præbeat. Denique operam dabit, vt quantâ poterit munditiâ ac nitore hoc Sacramentum ministretur.

Deinde, conuocatis Clericis, seu ministris, vel saltem vno Clerico, qui Crucem paruam & Librum Ritualem deferat; ipse verò Parochus & superpelliceo, & stolâ violacei, si fieri poterit, coloris indutus, decenter accipit vas Sacri olei infirmorum, illud cautè defert, ne effundi possit.

Quòd si longius iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel aliàs adsit periculum effusionis, vas Olei, quo fieri poterit commodiori & securiori modo perferat. Procedat autem sine sonitu campanulæ dicendo septem Psalmos Pœnitentiales pro ægroto, donec peruenerit ad eius cubiculum. Quod si nondùm absoluerit prædictos Psalmos cùm ad domum ægroti venerit, non prosequetur vlteriùs recitationem illorum.

Cùm peruentum fuerit ad locum vbi iacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum, dicit: Pax huic dómui. ℟. Et ómnibus habitántibus in ea.

Deinde deposito oleo super mensam in modum Crucis, infirmum, aquâ benedictâ, & circumstantes aspergit, dicens.

Aspérges me Dómine hyssópo, & mundábor.
℟. Lauábis me, & super niuem dealbábor.
S. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.
S. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
S. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Exáudi nos Dómine Sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus; & míttere dignáre sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóueat, prótegat, vísitet, & deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tunc Sacerdos monebit infirmum ſi à paucis diebus non fuerit confeſſus, & aliquorum peccatorum ſit conſcius, debere confiteri Sacramentaliter, antequam Sacramentum Vnctionis extremæ recipiat: quare tunc audiat eum in Confeſſione: Deinde, dicat; Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

DOmine Deus, qui per Apóſtolum tuum Iacóbum locútus es, dicens: Infirmátur quis in vobis? indúcat Presbyteros Eccléſiæ, & orent ſuper eum, vngéntes eum óleo ſancto in nómine Dómini, & oratio fídei ſaluábit infírmum, & alleuiábit eum Dóminus: & ſi in peccátis ſit, dimitténtur ei. Cura, quæſumus Dómine, Redémptor noſter, grátiâ Spíritus ſancti, languóres iſtíus infírmi (infírmæ) N. & ſana eius vúlnera, eiúſque dimítte peccáta, atque cunctos dolóres cordis & córporis ab eo (ea) expélle, & plenam ei intériùs exteriúſque ſanitátem misericórditer redde: vt ope miſericórdiæ tuæ reſtitútus, (reſtitúta) & ſanátus (ſanáta,) ad priſtína pietátis tuæ reparétur officia. Qui viuis & regnas Deus per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Poterit Sacerdos hoc loco, ſi expedire videatur, breui ſermone exhortari infirmum, de vſu & efficacia huius Sacramenti, vt ſequitur.

EXHORTATIO AD INFIRMVM antequam Sacramentum Extremæ-Vnctionis ei Parochus administret.



LA Sainte Escriture nous aduertit au chap. 5. de l'Epistre de l'Apostre S. Iacques, que les fideles en leurs maladies soient soigneux de receuoir le Sacrement de l'Extreme-Onction, institué par nostre Seigneur Iesus Christ, *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei*: Si quelqu'vn d'entre vous est griefuement malade, qu'il appelle les Prestres de l'Eglise, afin qu'ils prient Dieu pour luy, & qu'ils l'oignent d'huile au nom de nostre Seigneur, & l'oraison de la Foy sauuera le malade, & nostre Seigneur luy donnera allegement & s'il est en pechez, ils luy seront remis. Il faut auoir vne ferme foy de ce Sacrement, comme aussi de tous les articles de la Foy que la sainte Eglise Catholique croit & enseigne, si vous voulez receuoir les effets salutaires qu'il peut operer en vous, c'est à sçauoir pour vostre ame l'augmentation de la grace, & s'il y auoit quelques pechez qui ne fussent point remis pour quelque defaut qui vous fut incogneu, ils vous seroient pardonnez : deplus vne force & nouueau courage pour resister à satan qui prepare

ordinairement des embuſches à noſtre ſalut en l'extremité de noſtre vie. Et pour voſtre corps, Dieu vous rendra auſſi la ſanté, s'il le iuge plus expedient & vtile pour voſtre ſalut, & pour ſon ſeruice. Mais pourtant n'ayez autre intention que de vous conformer totalement à la volonté de Dieu, de qui vous auez receu la vie comme par emprunt, pour la reſigner & remettre entre ſes mains volontairement, quand il la demandera : n'ayez pas grand regret de quitter ce monde, s'il le faut quitter ; car il n'y a rien au monde que miſere & peché, & plus on y demeure plus on peche. Priez Dieu de vous pardonner les pechez de voſtre vie par les merites infinis de la Paſſion de ſon Fils, comme vous pardonnez pour l'amour de luy à tous ceux qui vous ont offenſé. Nous allons faire les prieres de l'Egliſe pour vous, i'eſpere que noſtre Seigneur nous exaucera pour ce qui vous ſera le plus ſalutaire : car nous les faiſons au nom de toute l'Egliſe.

Poſteà Sacerdos genuflexus ad menſam, vbi depoſuerit vas ſanctiſſimi olei, dicat vnà cum circumſtantibus ſequentes Litanias.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.
Chriſte audi nos. Chriſte exáudi nos.

Pater de cœlis, Deus, Miſerére eius.
Fili redémptor mundi Deus, Miſerére eius.
Spíritus ſancte Deus, Miſerére eius.
Sancta Trínitas, vnus Deus: Miſerére eius.
Sancta María, ora pro eo (ea)
Sancta Dei Génitrix, ora.
Sancta Virgo Vírginum, ora.

Sancte Micháel, ora.
Sante Gábriel, ora pro eo, (ea)
Sancte Rapháel, ora.
Omnes ſancti Angeli & Archángeli Dei, oráte.
Omnes ſancti beatórum Spirituum órdines, oráte.

Nota quòd non omittitur Patronus Eccleſiæ Parochialis, ſed ſuo loco nominatur, puta inter Apoſtolos ſi Apóſtolus; ſi Martyr inter Martyres, &c.

Sancte Ioánnes Baptíſta, ora pro eo (ea)
Omnes Sancti Patriárchæ & Prophétæ Dei, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andræa, ora.
Sancte Iacóbe, ora.
Sancte Ioánnes, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Omnes ſancti Apóſtoli & Euangelíſtæ Dei. oráte.
Omnes ſancti Diſcípuli Dómini. oráte.
Omnes ſancti Innocéntes. oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Dionyſi cumſóciis tuis. ora.
Sancte Lauréntí, ora.
Sancti Coſma & Damiáne, oráte.
Sancte Euſtáchi cum ſóciis tuis, ora.
Sancti Geruáſi & Protáſi, oráte.
Omnes ſancti Mártyres, oráte.
Sancte Ambróſi, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Auguſtíne, ora.
Sancte Martíne,

Sancte Marcélle, ora pro eo, (ea)
Omnes sancti Confessóres, orate.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Anna, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Genouéfa, ora.
Omnes sanctæ Vírgines, oráte.
Omnes sancti & sanctæ Dei, oráte pro eo, (ea)
Propítius esto, }
Ab omni malo, } Líbera eum (eam) Dómine.
Ab insídiis diáboli, Líbera.
A spíritu supérbiæ, Líbera.
A spíritu apostásiæ, Líbera.
Ab ira tua, Líbera eum (eam) Dómine.
Ab ira, ódio & omni mala voluntáte, Líbera.
A mala morte, Líbera.
A morte perpétua, Líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, Lib.
Per sanctam Natiuitátem tuam, Líbera.
Per crucem & Passiónem tuam, Líbera.
Per mortem & Sepultúram tuam, Líbera.
Per gloriósam Resurrectiónem tuam, Líbera.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, Líbera.
Per aduentum Spíritus sancti paracléti, Líbera.
In die Iudícij, Líbera eum (eam) Dómine.
Peccatóres, Te rogámus audi nos.
Vt pacem ei dones, Te rogámus audi nos.
Vt ei parcas, Te rogámus.
Vt ei indúlgeas, Te rogámus audi nos.
Vt eum (eam) exaudíre dignéris, Te rogámus.

Vt ad veram pœniténtiam eum (eam,) perdúcere dignéris, Te rogámus audi nos.
Fili Dei, ter dicitur, Te rogámus audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce ei Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Líbera eum (eam) Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Dona ei pacem.
Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon.
Kyrie eléiſon, Pater noſter &c.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Saluum fac ſeruum tuum, (ancíllam tuam.)
℟. Deus meus ſperántem in te.
℣. Eſto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de ſancto.
℟. Et de Sion tuére eum (eam.)
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
Tunc ſurgens Sacerdos dicit.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DEus qui fámulo tuo Ezéchię, ter quinos annos ad vitam donáſti; ita & hunc fámulum tuum (fámulam tuam) à lecto ægritúdinis tua poténtia érigat ad ſalútem. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Orémus.

RESpice Dómine fámulum tuum (fámulam tuam) in infirmitáte córporis laborántem: & ánimam réfoue, quam creáſti: vt caſtigatiónibus tuis emundátus (emúndata) contínuò ſe ſéntiat tua medicína ſanátum. (ſanátam) Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Orémus.

DEus, qui factúræ tuæ pio ſemper domináris affé́ctu; inclína aurem tuam ſupplicatiónibus noſtris, & fámulum tuum (fámulam tuam) ex aduérſa córporis ſui valetúdine laborántem, placátus réſpice, & víſita eum (eam) in ſalutári tuo, ac cœléſtis grátiæ præſta medicínam. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Adéſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris: nec ſit ab hoc fámulo tuo (fámula tua) clem éntiæ tuæ longínqua miſerátio: ſana vúlnera, eiúſque remítte peccáta: vt nullis à te iniquitátibus ſeparátus, (ſeparáta) tibi Dómino Deo noſtro ſemper váleat adhærére. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Dóminus Ieſus Chriſtus, qui dixit Apóſtolis ſuis; Quæcúmque ligauéritis ſuper terram, erũt ligáta & in cœlis: de quorum número, quamuis indígnos nos eſſe vóluit, ipſe te abſóluat per miniſtérium noſtrum ab ómnibus peccátis tuis, quæcúmque cogitatióne, locutióne, operatióne negligénter egíſti, atque à néxibus peccatórum abſolútum, (abſolútam) perdúcere dignétur ad regnum cœlórum.

Qui cũ Deo Patre & Spíritu ſancto viuit & regnat.

Abſolutiónem & remiſſiónem ómnium peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens, pius & miſéricors Dóminus. Amen.

Quo dicto, Sacerdos manibus lotis accedens ad ægrotum, cum bacillo occludente vas olei infirmorum, faciat ſignum Crucis de oleo ſancto in corpore ægri in ſeptem locis ſubſcriptis, dicendo.

Ad oculos: primùm dextrum, deinde ſiniſtrum.

Per iſtam ſacri ólei vnctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus ✠ quicquid peccáſti per viſum. Amen.

Sacerdos verò ad quamlibet vnctionem tergat locum vnctũ cum ſtupa, & eam in vaſe mũdo repónat.

Ad aures.

Per iſtam ſacri ólei vnctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus ✠ quicquid peccáſti per audítum. Amen.

Ad nares.

Per iſtam ſacri ólei vnctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus ✠ quicquid peccáſti per odorátum. Amen.

Ad os compreſſis labiis.

Per iſtam ſacri ólei vnctiónem & ſuam piíſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus ✠ quicquid peccáſti per guſtum & locutiónem. Amen.

Ad pectus

Per iſtam ſacri ólei vnctiónem & ſuam piíſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus ✠ quicquid peccáſti per ardórem libídinis. Amen.

Huius autem Sacramenti forma, quâ Sancta Eccleſia vtitur, ſolemnis illa precatio eſt, quam Sacerdos ad ſingulas vnctiones adhibet cùm ait; Per iſtam ſacri ólei vnctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam indúlgeat tibi Dóminus quicquid per viſum (auditum, &c.) peccáſti.

Moneat etiam Parochus, vbi opus eſſe viderit, ab illa ſuperſtitione vana abſtinendum, quâ laïci plerumque vtuntur accendendo certum numerum candelarum, verbi gratiâ tredecim tantùm.

ORDO MINISTRANDI SACRAmentum Extremæ-Vnctionis.

SACERDOS hoc Sacramentum miniſtraturus, quatenùs fieri poterit, parari curet apud infirmum menſam mappâ candidâ coopertam, itemque vas, in quo ſit bombacium, ſtupa, ſeu quid ſimile, in ſeptem globulos diſtinctum, ad detergendas partes inunctas, & aquam ad abluendas Sacerdotis manus; ceream item candelam, quæ deinde accenſa ipſi vngenti lumen præbeat. Denique operam dabit, vt quantâ poterit munditiâ ac nitore hoc Sacramentum miniſtretur.

Deinde, conuocatis Clericis, ſeu miniſtris, vel ſaltem vno Clerico, qui Crucem paruam & Librum Ritualem deferat; ipſe verò Parochus & ſuperpelliceo, & ſtolâ violacei, ſi fieri poterit, coloris indutus, decenter accipit vas Sacri olei infirmorum, illud cautè defert, ne effundi poſſit.

Quòd si longius iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel aliàs adsit periculum effusionis, vas Olei, quo fieri poterit commodiori & securiori modo perferat. Procedat autem sine sonitu campanulæ dicendo septem Psalmos Pœnitentiales pro ægroto, donec peruenerit ad eius cubiculum. Quod si nondùm absoluerit prædictos Psalmos cùm ad domum ægroti venerit, non prosequetur vlteriùs recitationem illorum.

Cùm peruentum fuerit ad locum vbi iacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum, dicit: Pax huic dómui. ℟. Et ómnibus habitántibus in ea. Deinde deposito oleo super mensam in modum Crucis, infirmum, aquâ benedictâ, & circumstantes aspergit, dicens.

Aspérges me Dómine hyssópo, & mundábor.
℟. Lauábis me, & super niuem dealbábor.
S. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.
℟. Et salutáre tuum da nobis.
S. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
S. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Exáudi nos Dómine Sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus; & míttere dignáre sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóueat, prótegat, vísitet, & deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tunc Sacerdos monebit infirmum ſi à paucis diebus non fuerit confeſſus, & aliquorum peccatorum ſit conſcius, debere confiteri Sacramentaliter, antequam Sacramentum Vnctionis extremæ recipiat: quare tunc audiat eum in Confeſſione: Deinde, dicat; Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

Domine Deus, qui per Apóſtolum tuum Iacóbum locútus es, dicens: Infirmátur quis in vobis? indúcat Presbyteros Eccléſiæ, & orent ſuper eum, vngéntes eum óleo ſancto in nómine Dómini, & oratio fídei ſaluábit infírmum, & alleuiábit eum Dóminus: & ſi in peccátis ſit, dimitténtur ei. Cura, quæſumus Dómine, Redémptor noſter, grátiâ Spíritus ſancti, languóres iſtíus infírmi (infírmæ) N. & ſana eius vúlnera, eiúſque dimítte peccáta, atque cunctos dolóres cordis & córporis ab eo (ea) expélle, & plenam ei intériùs exteriúſque ſanitátem misericórditer redde: vt ope miſericórdiæ tuæ reſtitútus, (reſtitúta) & ſanátus (ſanáta,) ad priſtína pietátis tuæ reparétur offícia. Qui viuis & regnas Deus per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Poterit Sacerdos hoc loco, ſi expedire videatur, breui ſermone exhortari infirmum, de vſu & efficacia huius Sacramenti, vt ſequitur.

EXHORTATIO AD INFIRMVM antequam Sacramentum Extremæ-Vnctionis ei Parochus administret.



LA Sainte Escriture nous aduertit au chap. 5. de l'Epistre de l'Apostre S. Iacques, que les fideles en leurs maladies soient soigneux de receuoir le Sacrement de l'Extreme-Onction, institué par nostre Seigneur Iesus Christ, *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei*: Si quelqu'vn d'entre vous est griefuement malade, qu'il appelle les Prestres de l'Eglise, afin qu'ils prient Dieu pour luy, & qu'ils l'oignent d'huile au nom de nostre Seigneur, & l'oraison de la Foy sauuera le malade, & nostre Seigneur luy donnera allegement & s'il est en pechez, ils luy seront remis. Il faut auoir vne ferme foy de ce Sacrement, comme aussi de tous les articles de la Foy que la sainte Eglise Catholique croit & enseigne, si vous voulez receuoir les effets salutaires qu'il peut operer en vous, c'est à sçauoir pour vostre ame l'augmentation de la grace, & s'il y auoit quelques pechez qui ne fussent point remis pour quelque defaut qui vous fut incogneu, ils vous seroient pardonnez : deplus vne force & nouueau courage pour resister à satan qui prepare

ordinairement des embuſches à noſtre ſalut en l'extremité de noſtre vie. Et pour voſtre corps, Dieu vous rendra auſſi la ſanté, s'il le iuge plus expedient & vtile pour voſtre ſalut, & pour ſon ſeruice. Mais pourtant n'ayez autre intention que de vous conformer totalement à la volonté de Dieu, de qui vous auez receu la vie comme par emprunt, pour la reſigner & remettre entre ſes mains volontairement, quand il la demandera : n'ayez pas grand regret de quitter ce monde, s'il le faut quitter ; car il n'y a rien au monde que miſere & peché, & plus on y demeure plus on peche. Priez Dieu de vous pardonner les pechez de voſtre vie par les merites infinis de la Paſſion de ſon Fils, comme vous pardonnez pour l'amour de luy à tous ceux qui vous ont offenſé. Nous allons faire les prieres de l'Egliſe pour vous, i'eſpere que noſtre Seigneur nous exaucera pour ce qui vous ſera le plus ſalutaire : car nous les faiſons au nom de toute l'Egliſe.

Poſteà Sacerdos genuflexus ad menſam, vbi depoſuerit vas ſanctiſſimi olei, dicat vnà cum circumſtantibus ſequentes Litanias.

KYrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exáudi nos.

Pater de cœlis, Deus,	Miſerére eius.
Fili redémptor mundi Deus,	Miſerére eius.
Spíritus ſancte Deus,	Miſerére eius.
Sancta Trínitas, vnus Deus:	Miſerére eius.
Sancta María,	ora pro eo (ea)
Sancta Dei Génitrix,	ora.
Sancta Virgo Vírginum,	ora.

Sancte Michael, ora.
Sante Gábriel, ora pro eo, (ea)
Sancte Rapháel, ora.
Omnes sancti Angeli & Archángeli Dei, oráte.
Omnes sancti beatórum Spirituum órdines, oráte.

Nota quòd non omittitur Patronus Ecclesiæ Parochialis, sed suo loco nominatur, puta inter Apostolos si Apóstolus; si Martyr inter Martyres, &c.

Sancte Ioánnes Baptísta, ora pro eo (ea)
Omnes Sancti Patriárchæ & Prophétæ Dei, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andræa, ora.
Sancte Iacóbe, ora.
Sancte Ioánnes, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Omnes sancti Apóstoli & Euangelístæ Dei. oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini. oráte.
Omnes sancti Innocéntes. oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Dionysi cumsóciis tuis. ora.
Sancte Lauréenti, ora.
Sancti Cosma & Damiáne, oráte.
Sancte Eustáchi cum sóciis tuis, ora.
Sancti Geruási & Protási, oráte.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Martíne,

Sancte Marcélle, ora pro eo, (ea)
Omnes sancti Confessóres, orate.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Anna, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Genouéfa, ora.
Omnes sanctæ Vírgines, oráte.
Omnes sancti & sanctæ Dei, oráte pro eo, (ea)
Propítius esto, }
Ab omni malo, } Líbera eum (eam) Dómine.
Ab insídiis diáboli, Líbera.
A spíritu supérbiæ, Líbera.
A spíritu apostásiæ, Líbera.
Ab ira tua, Líbera eum (eam) Dómine.
Ab ira, ódio & omni mala voluntáte, Líbera.
A mala morte, Líbera.
A morte perpétua, Líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, Lib.
Per sanctam Natiuitátem tuam, Líbera.
Per crucem & Passiónem tuam, Líbera.
Per mortem & Sepultúram tuam, Líbera.
Per gloriósam Resurrectiónem tuam, Líbera.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, Líbera.
Per aduentum Spíritus sancti paracléti, Líbera.
In die Iudícij, Líbera eum (eam) Dómine.
Peccatóres, Te rogámus audi nos.
Vt pacem ei dones, Te rogámus audi nos.
Vt ei parcas, Te rogámus.
Vt ei indúlgeas, Te rogámus audi nos.
Vt eum (eam) exaudíre dignéris, Te rogámus.

Vt ad veram pœniténtiam eum (eam,) perdúcere dignéris, Te rogámus audi nos.
Fili Dei, ter dicitur, Te rogámus audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce ei Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Líbera eum (eam) Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Dona ei pacem.
Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon.
Kyrie eléiſon, Pater noſter &c.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Saluum fac ſeruum tuum, (ancíllam tuam.)
℟. Deus meus ſperántem in te.
℣. Eſto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de ſancto.
℟. Et de Sion tuére eum (eam.)
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
Tunc ſurgens Sacerdos dicit.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DEus qui fámulo tuo Ezéchię, ter quinos annos ad vitam donáſti; ita & hunc fámulum tuum (fámulam tuam) à lecto ægritúdinis tua poténtia érigat ad ſalútem. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Orémus.

RESpice Dómine fámulum tuum (fámulam tuam) in infirmitáte córporis laborántem: & ánimam réfoue, quam creáſti: vt caſtigatiónibus tuis emundátus (emúndata) contínuò ſe séntiat tua medicína ſanátum. (ſanátam) Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Orémus.

DEus, qui factúræ tuæ pio ſemper domináris affectu; inclína aurem tuam ſupplicatiónibus noſtris, & fámulum tuum (fámulam tuam) ex aduérſa córporis ſui valetúdine laborántem, placátus réſpice,& víſita eum (eam) in ſalutári tuo, ac cœléſtis grátiæ præſta medicínam. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Adéſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris: nec ſit ab hoc fámulo tuo (fámula tua) clementiæ tuæ longínqua miſerátio: ſana vúlnera, eiúſque remítte peccáta: vt nullis à te iniquitátibus ſeparátus, (ſeparáta) tibi Dómino Deo noſtro ſemper váleat adhærére. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Dóminus Ieſus Chriſtus, qui dixit Apóſtolis ſuis; Quæcúmque ligauéritis ſuper terram, erũt ligáta & in cœlis: de quorum número, quamuis indígnos nos eſſe vóluit, ipſe te abſóluat per miniſtérium noſtrum ab ómnibus peccátis tuis, quæcúmque cogitatióne, locutióne, operatióne negligénter egíſti, atque à néxibus peccatórum abſolútum, (abſolútam) perdúcere dignétur ad regnum cœlórum.

Qui cũ Deo Patre & Spíritu ſancto viuit & regnat.

Abſolutiónem & remiſſiónem ómnium peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens, pius & miſéricors Dóminus. Amen.

Quo dicto, Sacerdos manibus lotis accedens ad ægrotum, cum bacillo occludente vas olei infirmorum, faciat ſignum Crucis de oleo ſancto in corpore ægri in ſeptem locis ſubſcriptis, dicendo.

Ad oculos: primùm dextrum, deinde ſiniſtrum.

Per iſtam ſacri ólei vnctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus ✠ quicquid peccáſti per viſum. Amen.

Sacerdos verò ad quamlibet vnctionem tergat locum vnctũ cum ſtupa, & eam in vaſe mũdo repónat.

Ad aures.

Per iſtam ſacri ólei vnctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus ✠ quicquid peccáſti per audítum. Amen.

Ad nares.

Per iſtam ſacri ólei vnctiónem, & ſuam piíſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus ✠ quicquid peccáſti per odorátum. Amen.

Ad os compreſſis labiis.

Per iſtam ſacri ólei vnctiónem & ſuam piíſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus ✠ quicquid peccáſti per guſtum & locutiónem. Amen.

Ad pectus

Per iſtam ſacri ólei vnctiónem & ſuam piíſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus ✠ quicquid peccáſti per ardórem libídinis. Amen.

Ad manus.

Si ægrotus fuerit Sacerdos, manus interiùs vngi non debent, vt dictum eſt, ſed exteriùs.

Per iſtam ſacri ólei vnctiónem & ſuam piiſſimam miſericórdiam, indulgeat tibi Deus ✠ quicquid peccáſti per tactum. Amen.

Ad pedes.

Quorum non planta, ſed pars ſuperior erit vngenda.

Per iſtam ſacri ólei Vnctiónem, & ſuam piiſſimam miſericórdiam, indúlgeat tibi Deus ✠ quicquid peccáſti per incéſſum pedum. Amen.

Poſteà ſtupa proiiciatur in ignem, & tunc lauet Sacerdos manus ſuas, & ablutio proiiciatur in caminũ. Deinde accedens prope lectum infirmi dicat.

Dóminus vobíſcum. ℞. Et cum ſpíritu tuo.

DOmine Ieſu Chriſte, qui Apóſtoli tui voce nos ínſtruis, vt lánguidos ólei liquóre tangéntes, tuæ poſtulémus miſericórdiam pietátis; reſpice propítius ſuper hunc fámulum tuum (fámulam tuam) vt quem (quam) languor curuat ad éxitum, & vírium contráctio iam prótrahit ad occáſum: medéla tuæ grátiæ ſalúti reſtítuat caſtigátum (caſtigátam:) extingue in eo (ea) libídinum & fébrium æſtus, dolórum ſtímulos, ac vitiórum óbtere cruciátus, ægritúdinum & cupiditátum torménta diſſólue, ſupérbiæ inflatiónem tumorémque compéſce, vlcera & putrédines vitiórũ euácua, víſcerum intérna, cordiúmque, medullárum, & cogitatiónum ſanà diſcrímina, conſcientiárum

atque

atque plagárum obdúcito cicatríces, véteres immensásque rémoue passiónes, ópera carnis ac sãguinis matériam compóne, ac delictórum illi véniam propitiátus tríbue, sícque illum (illam) iúgiter custódiat píetas tua, vt nec aliquándo ad corruptiónem sánitas, nec ad perditiónem, te auxiliánte, nunc perdúcat infírmitas: fiátque illi hæc ólei sacra Vnctio, cóncita morbi præséntis expúlsio, & peccatórum ómnium optáta remíssio, te concedénte, Saluátor mundi. Qui cum Patre &c.

Propitiétur Dóminus cunctis iniquitátibus tuis, & sanet omnes languóres tuos, redimátque de intéritu perpétuæ mortis vitam tuam, & corróboret & fáciat in bonis desidérium tuum. Qui solus in Trinitáte vnus Deus viuit & regnat, per ómnia sæcula sæculórum.

Dóminus Iesus Christus apud te sit, vt te deféndat: intra te sit, vt te refíciat: circa te sit, vt te cõfírmet: ante te sit, vt te dedúcat: post te sit, vt te custódiat: super te sit, vt te bene ✠ dícat. Qui cum Patre & Spíritu sancto viuit & regnat Deus: Per ómnia sæcula sæculórum.

Hîc cum Cruce Ecclesiæ faciat cruces super infirmum, dicens.

Benedícat te ✠ Deus Pater, sanet te ✠ Deus Fílius, illúminet te ✠ Spíritus sanctus: corpus tuum custódiat, ánimam tuam saluet, cor tuum irrádiet, sensum tuum dírigat, & ad supérnam vitam te perdúcat Deus noster. Qui viuit & regnat.

Benedícat te ✠ Deus cœli, ádiuuet te Christus Dei

Fílius, corpus tuum in ſuo ſeruítio cuſtodíri,& conſeruári fáciat : mentem tuam illúminet , ſenſum tuum cuſtódiat, grátiam ſuam ad profectum ánimæ tuæ in te áugeat, ab omni malo te líberet, déxtera ſua te defendat; Qui ſanctos ſuos ſemper ádiuuat, ipſe te adiuuáre dignétur & conſolári, Qui cum Patre & Spíritu ſancto viuit & regnat Deus per ómnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedícat te ✠ Deus Pater, qui in princípio cuncta creáuit. Benedícat te ✠ Dei Fílius, qui de supérnis ſédibus pro nobis Saluátor deſcéndit. Benedícat te ✠ Spíritus ſanctus, qui in ſimilitúdinem colúmbæ, in flúmine Iordánis requiéuit in Chriſto. Ipſe te in Trinitáte ſanctíficet, quem omnes gentes ventúrum expéctant ad iudícium. Qui cum Patre & Spíritu ſancto viuit & regnat.

Benedícat te Deus Pater, cuſtódiat te Ieſus Chriſtus, illúminet te Spíritus ſanctus cunctis diébus vitæ tuæ, confírmet te virtus Spíritus ſancti : indúlgeat tibi Dóminus vniuérſa delícta tua. Qui viuit & regnat Deus. Per ómnia ſæcula ſæculórum. Amen.

Abſolutiónem & remiſſiónem ómnium peccatórum tuórum percípere mereáris hîc & in ætérnum. Amen.

Tunc oſtendat Sacerdos Crucem infirmo, dicens.

Ecce ſignum Crucis, in qua Dóminus noſter paſſus eſt mortem pro nobis, vt nos redímeret à morte inférni : Credis hoc ? Et cùm infirmus reſponderit Credo. faciat oſculari Crucem, & poſt ſignet eum

de cruce, dicens: **In nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti. ✠ Amen.**

Posteà ponatur Crux ante infirmum in loco patenti.

Si infirmus non intelligat linguam Latinam, dicat vulgari idiomate.

Ecce signum Crucis. Voicy le signe de la Croix, en laquelle nostre Sauueur & Redempteur Iesus-Christ a souffert pour nous mort & Passion, pour nous rachepter des peines d'enfer. Voulez-vous pas viure & mourir en cette Foy? ℟. **Ouy.**

Deinde interroget Sacerdos ægrotum si expedire videatur, dicens.

N. **Croyez vous pas le contenu és articles de la Foy Chrestienne.**

1. **Qu'il n'y a qu'vn seul Dieu en trois personnes, le Pere, le Fils, & le S. Esprit?** ℟. **Ie le croy.**

2. **Croyez vous pas que la seconde personne de la Trinité s'est fait homme, prenant vn corps & vne ame dans le ventre de la Vierge, ce que nous appellons Iesus-Christ vray Dieu & vray homme tout ensemble?** ℟. **Ie le croy.**

3. **Croyez vous pas fermement que Iesus-Christ nostre Sauueur & Redempteur, vray Dieu & vray homme a esté attaché à la Croix pour vostre iustification & celle de tous les hommes?** ℟. **Ie le croy.**

4. **Croyez vous pas que tous les hommes vn iour resusciteront en leurs corps, pour comparoistre au Iugement general qui se fera à la fin du monde par Iesus-Christ, auquel il nous iugera selon nos bon-**

nes ou mauuaiſes actions, recompenſant les bons d'vne vie eternelle dans le Paradis, & puniſſant les meſchans d'vn ſupplice eternel dans les enfers?
℟. Ouy, ie le croy.
5. Reiettez vous pas tous les ſchiſmes, ſectes, & hereſies cy-deuant condamnées par le iugement de noſtre mere ſainte Egliſe? ℟. Ie les reiette.
6. N'eſperez vous pas d'obtenir la remiſſion de vos pechez, & la vie eternelle par les merites de la mort & Paſſion de Ieſus-Chriſt? ℟. Ouy.
7. N'auez vous pas regret d'auoir offenſé Dieu à cauſe de ſa bonté ſouueraine & infinie? ne luy demandez vous pas pardon de tous les pechez que vous auez commis contre ſa diuine Majeſté, & n'eſtes vous pas reſolu, s'il luy plaiſt de prolonger vos iours, d'en faire, moyennant ſa ſainte grace, vne vraye penitence, & de viure plus ſaintement & Chreſtiennement pour l'aduenir que vous n'auez fait par le paſſé? ℟. Ouy.
8. Ne pardonnez vous pas pour l'amour de Dieu à tous ceux qui vous ont offenſé en quelque maniere que ce ſoit? ℟. Ouy.
9. Ne priez vous pas auſſi ceux que vous auez offenſé en quelque maniere que ce ſoit, de vous pardonner, & ne deſirez vous pas d'eſtre reconcilié auec eux? ℟. Ouy.
10. Ne voulez-vous pas que tous les torts que vous auez fait à voſtre prochain, tel qu'il ſoit, ſoient reparez au plutoſt? ℟. Ie le veux.
11. N'aymez vous pas Dieu de tout voſtre cœur, de

tout voſtre pouuoir & de toute voſtre ame? ℟. Ouy.
12. N'agreez vous pas le mal que vous ſouffrez pour l'amour de Dieu? ℟. Ouy.
13. N'eſtes vous pas reſolu d'accepter la mort, quand il plaira à Dieu de vous l'enuoyer? ℟. Ouy.
14. Voulez vous pas luy offrir vos douleurs, & la mort meſme en expiation de vos crimes? ℟. Ouy.

Deinde dicat Sacerdos.

Le Pere de toute miſericorde, & le Dieu de toute conſolation vous veüille confirmer en ſa grace, & maintenir dans toutes ces ſaintes reſolutions, par la vertu de ſon S. Eſprit. Ainſi ſoit-il.

Moneat hîc Parochus infirmum, vt benedicat liberis, niſi fortè fuerint Epiſcopi aut Sacerdotes, quibus tamen benè precari debet, non autem manus imponere.

His peractis, reuertatur Parochus ad Eccleſiam, & Crux remaneat coram infirmo. Exiturus autem è domo infirmi, præcipiat domeſticis, & præſertim iis qui curam infirmi gerunt, ne ſinant ægroto vllam mentionem fieri vxoris, liberorum & omnium rerum humanarum, niſi fortè eiuſdem ſaluti conducere iudicetur: ſui verò muneris eſſe nouerit ita frequenter infirmũ viſitare maximè, vt non ſinat duos elabi dies quibus non inuiſat & alloquatur: Moneat etiam domeſticos, & miniſtros infirmi, vt, ſi morbus ingraueſcat, vel infirmus incipiat agonizare, ſtatim ipſum Parochum accerſant vt morientem adiuuet, eiúſque animã Deo cõmendet: Sed ſi mors inmineat priuſquã diſcedat, Sacerdos animã Deo cõmendabit.

Methodus consolandi infirmum vergentem ad agoniam seu extremum vitæ.

PRocul in primis secedere iubebit Sacerdos coniugem, liberos, domesticos, præsertim gementes, ac lugentes, eosque item quos in vita charos ille habuit.

Repræsentare deinde poterit agonià Christi Domini in horto montis Oliueti, vbi defluente guttatim sudore sanguineo Christus prolixiùs orabat, vt similiter etiam patiens, & qui circumstant, dicant pro eo, *Dómine vim pátior, respónde pro me: apprehénde árma & scutũ, & exúrge in adiutóriũ mihi!*

Hortabitur vt inuocet & sæpiùs proferat sanctum nomen Domini Iesu & inuocet B. Virginem Mariam, Angelum Custodem, sanctum cuius nomine gaudet, aliosque sanctos pro sua deuotione.

Si indulgentiam ille ex legitima facultate consequi possit, in memoriam redigat, proponens etiam, quid ad consequendum agi debeat.

Excitabit eum ad vitæ æternæ desiderium, & conformitatem voluntati Dei, dicendo, *Quid mihi est in cœlo, &c. Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum. Non mea sed tua voluntas fiat.* Atque etiam vt bono sit animo, & ad omnem euentum benè præparato, intelligat cum Dauide quòd *non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël.* Roget quoque vt sicut Dóminus custodiuit introitum suum in hanc la-

chrymarum vallem, ita custodiat & exitum ex hac eadem vsque in sæculum.

Deinde hortetur Parochus & excitet infirmum, vt dum mente viget, éliciat actus fidei, spei, & charitatis, interrogétque vt suprà in fine Extremæ-Vnctionis pag. 147. si ita expedire videat.

Præterea hortetur vt modo quo potest, saltem ex corde, ita per interualla precetur.

Miserére mei Deus, secúndùm mágnam misericórdiam tuam.

In te Dómine speráui: non confúndar in æténum.

In manus tuas Dómine, comméndo Spíritum meum: redemísti me Dómine Deus veritátis.

Deus in adiutórium meum inténde: Dómine ad adiuuándum me festína.

Esto mihi Dómine in Deum protectórem.

Deus propítius esto mihi pecatóri.

Dulcíssime Dómine Iesu Christe, per virtútem Sanctíssimæ Passiónis tuæ, récipe me in númerum electórum tuórum.

Dómine Iesu Christe súscipe Spíritum meum.

María mater gratiæ, mater misericórdiæ, tu me ab hoste prótege, & hora mortis súscipe.

Sancte Angele Custos, ora pro me.

Omnes Sancti Angeli, & omnes Sancti intercedite pro me.

Hæc, & his similia poterit prudens Sacerdos vulgari vel Latino sermone pro personæ captu infirmo suggerere.

Quòd si non ampliùs exaudiat vel videat ægrotus,

sermonem poterit conuertere ad circumstantes & monere, melius, imò optimum esse illis intrare in domum luctus quàm gaudij, vt illic in facie ægroti sudantis, pallentis, deficientis, quasi in speculo cogitent & meditentur quomodo se comparare debeant in sanitáte ad conflictum illum periculosum, ad illud examen, quod quasi in ardente camera iustitiæ suæ instituit Deus contra criminalem animam. Tunc enim visitat Ierusalem Deus in lucernis, & libri aperiuntur, & antiquus dierum sedet, & quid erit in Babylone tutum, inquit B. Bernardus, quando Ierosolymis manet scrutinium ?

Ordo commendationis animæ ante decessum, quando infirmus est in extremis.

PArochus imminente iam exitu animæ à corpore, accensâ candelâ benedictâ genibus flexis, cum omnibus circumstantibus sequentes Litanias deuotè recitet in hunc modum.

KYrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison.

Sancta María, ora pro eo (ea)
Omnes Sancti Angeli & Archángeli Dei, oráte.
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus Iustórum, ora.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Ioánnes Baptísta, ora.
Omnes Sancti Patriárchæ & Prophétæ Dei, oráte.
Sancte Petre, ora.

Sancte Paule, ora.
Sancte Andræa, ora.
Sancte Ioánnes, ora.
Omnes Sancti Apóſtoli & Euangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Dionyſi cum ſóciis tuis, ora.
Sancte Laurénti, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Omnes ſancti Mártyres, oráte.
Sancte Siluéſter, ora pro eo (ea)
Sancte Auguſtíne, ora.
Omnes Sancti Pontífices & Confeſſóres, oráte.
Sancte Benedícte, ora.
Omnes Sancti Mónachi & Eremítæ, oráte.
Sancta María Magdaléna, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Genouéfa, ora.
Omnes Sanctæ Vírgines & víduæ, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, oráte.
Propítius eſto, (ter) Líbera eum (eam) Dómine.
Ab ira tua, libera.
A mala morte, libera.
A periculo mortis, libera.
A pœnis inférni, libera.
Ab omni malo, libera.
A poteſtate diáboli, libera.
Per Natiuitátem tuam, libera.
Per Crucem & Paſſiónem tuam, libera.

Per mortem tuam, líbera eum (eam) Dómine.
Per ſepultúram tuam, líbera.
Per glorióſam reſurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſiónem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritus ſancti Paracléti, líbera.
In die iudícij, líbera.
Peccatóres, Te rogámus audi nos.
Vt ei parcas, Te rogámus audi nos.
Kyrie eléiſon.
Chriſte eléiſon.
Kyrie eléiſon.

Deinde cùm in agone ſui exitus anima anxiatur dicantur ſequentes orationes.

PRoficíſcere ánima Chriſtiána de hoc mundo in nómine Dei Patris ✠ omnipoténtis qui te creáuit: in nómine Ieſu Chriſti ✠ Filij Dei viui, qui pro te paſſus eſt: in nómine Spíritus ſancti ✠ qui in te effúſus éſt: in nómine Angelórum & Archangelórum: in nómine Thronórum, & Dominatiónum: in nómine Principátuum & Poteſtátum: in nómine Chérubim & Séraphim: in nómine Patriarchárum & Prophetárum: in nómine ſanctórum Apoſtolórum & Euangeliſtárum: in nómine ſanctórum Mártyrum & Confeſſórum: in nómine Sanctórum Monachórum & Eremitárum: in nómine Virginum & ómnium Sanctórum & ſanctárum Dei, hódie ſit in pace locus tuus, & habitátio tua in ſancta Sion. Per eúmdem Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Orémus.

DEvs miſéricors, Deus clemens, Deus, qui ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles, & præteritórum críminum culpas vénia remiſſiónis euácuas; réſpice propítius ſuper hunc fámulum tuum (fámulam tuam) N. & remiſſiónem ómnium peccatórum ſuórum tota cordis confeſſióne poſcéntem deprecátus exáudi. Rénoua in eo (ea) piiſſime pater, quicquid terréna fragilitáte corrúptũ, vel quicquid diabólica fraude violátum eſt, & vnitáti córporis Eccléſiæ membrum redemptiónis annécte. Miſerére Dómine gemítuum, miſerére lachrymárum eius: & non habéntem fidúciam niſi in tua miſericórdia, ad tuæ Sacraméntum reconciliatiónis admítte. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

COmméndo te omnipoténti Deo, chariſſime frater: (chariſſima ſoror) & ei cuius es creatúra, commítto: vt cùm humanitátis débitum morte interueniénte perſólueris; ad auctórem tuum, qui te de limo terræ formáuerat, reuertáris. Egrediénti ítaque ánimæ tuæ de córpore, ſpléndidus Angelórum cœtus occúrrat: Iudex Apoſtolórũ tibi Senátus aduéniat: candidatórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbuiet: liliáta rutilántium te Confeſſórum turma circúmdet: iubilántium te Vírginum chorus excípiat: & beátæ quiétis in ſinum Patriarchárum te compléxus aſtríngat, mitis atque feſtíuus Chriſti Ieſu tibi conſpéctus appáreat: qui te inter aſſiſténtes ſibi iúgiter intereſſe de-

cérnat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod ſtridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus Sátanas cum ſatellítibus ſuis, in aduéntu tuo te comitántibus Angelis contremíſcat, atque in ætérnæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exúrgat Deus & diſſipéntur inimíci eius: & fúgiant qui odérunt eum à fácie eius. Sicut déficit fumus defíciant: ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei, & iuſti epuléntur & exúltent in conſpéctu Dei. Confundántur ígitur & erubéſcant omnes Tartáreæ legiónes, & miníſtri Sátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te à cruciátu Chriſtus, qui pro te crucifíxus eſt. Líberet te ab ætérna morte Chriſtus, qui pro te mori dignátus eſt. Conſtítuat te Chriſtus Filius Dei viui intra paradíſi ſui ſemper amœna viréntia, & inter oues ſuas te verus ille paſtor agnóſcat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te abſóluat, atque ad déxteram ſuam in electórum ſuórum te ſorte conſtítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas, & præſens ſemper aſsíſtens, manifeſtíſſimam beátis óculis aſpícias veritátem. Conſtitútus ígitur inter ágmina beatórum, contemplatiónis diuínæ dulcédine potiáris in ſæcula ſæculórum. Amen.

SVſcipe Dómine fámulum tuum (famulam tuam) in locum ſperándæ ſibi ſaluatiónis à miſericórdia tua. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui (famulæ

tuæ) ex ómnibus perículis inférni, & de láqueis pœnárum, & ex ómnibus tribulatiónibus. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui, (famulæ tuæ) ſicut liberaſti Enoch & Elíam de commúni morte mundi. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui (famulæ tuæ) ſicut liberáſti Noë de dilúuio. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui (famulæ tuæ) ſicut liberáſti Abraham de Vr-Chaldæórum. ℟. Amen.

Libera Dómine ánimam fámuli tui, (famulæ tuæ) ſicut liberáſti Iob de paſſiónibus ſuis. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui (famulæ tuæ) ſicut liberáſti Iſaac de hóſtia & de manu patris ſui Abrahæ. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui (famulæ tuæ) ſicut liberaſti Loth de Sódomis & de flamma ignis. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui (famulæ tuæ) ſicut liberáſti Móyſen de manu Pharaonis regis AEgyptiórum. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui (famulæ tuæ) ſicut liberáſti Daniélem de lacu leónum. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui (famulæ tuæ) ſicut liberáſti tres púeros de camíno ignis ardéntis & de manu regis iníqui. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui (famulæ tuæ) ſicut liberáſti Suſánnam de falſo crímine. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui (fámulæ tuæ) ſicut liberáſti Dauid, de manu Regis Saül, & de manu Goliæ. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam fámuli tui (fámulæ tuæ,) ſicut liberáſti Petrum & Paulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et ſicut beatíſſimam Theclam Vírginem & Mártyrem tuam de tribus torméntis atrocíſſimis liberáſti, ſic liberáre dignéris ánimam huius fámuli tui (fámulæ tuæ) & tecum fácias in bonis congaudére cœléſtibus. ℟. Amen.

Orémus.

COmmendámus tibi, Dómine, ánimam fámuli tui (fámulæ tuæ) N precamúrque te Dómine Ieſu Chriſte Saluátor mundi, vt propter quam ad terram miſericórditer deſcendíſti, Patriarchárum tuórum ſínibus inſinuáre non rénuas. Agnóſce Dómine creatúram tuam non à diis aliénis creátam; ſed à te ſolo Deo viuo & vero; quia non eſt álius Deus præter te, & non eſt ſecúndùm ópera tua. Lætífica Dómine ánimam eius in conſpéctu tuo, & ne memíneris iniquitátum eius antiquárum, & ebrietátum, quas ſuſcitáuit furor ſiue feruor mali deſidérij, licèt enim peccáuerit, tamen Patrem, & Fílium, & Spíritũ ſanctum nõ negáuit, ſed crédidit, & zelum Dei in ſe hábuit, & Deum, qui fecit ómnia fideliter adoráuit. ℟. Amen. Orémus.

DElícta iuuentútis & ignorántias eius ne memíneris, quæſumus Dómine; ſed ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam memor eſto illíus in

glória claritátis tuæ. Aperiántur ei cœli, collætén-
tur illi Angeli. In regnum tuum Dómine ſeruum
tuum (ancíllam tuam) ſúſcipe. Suſcípiat eum
(eam) Sanctus Michäel Archángelus Dei, qui mi-
lítiæ cæléſtis méruit principátum. Véniant illi ób-
uiam Sancti Angeli Dei, & perdúcant eum (eam)
in ciuitátem cœléſtem Ierúſalem. Suſcípiat eum
(eam) B. Petrus Apóſtolus, cui à Deo claues regni
cœléſtis tráditæ ſunt. Adiuuet eum (eam) Sanctus
Paulus Apóſtolus, qui dignus fuit eſſe vas electió-
nis. Intercédat pro eo (ea) Sanctus Ioánnes elé-
ctus Dei Apóſtolus & Euangeliſta, cui reueláta
ſunt ſecréta cœléſtia. Orent pro eo (ea) omnes
ſancti Apóſtoli, quibus à Dómino data eſt potéſtas
ligándi atque ſoluéndi. Intercédant pro eo (ea)
omnes ſancti Dei, qui pro Chriſti nómine torménta
in hoc ſæculo ſuſtinuérũt: vt vínculis carnis exútus
(exúta) perueníre mereátur ad glóriam regni cœ-
léſtis, præſtánte Dómino noſtro Ieſu Chriſto, qui
cum Patre & Spíritu ſancto viuit & regnat in ſæ-
cula ſæculórum. ℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, & Parocho viſum fue-
rit, dici poterunt Pſalmi ſequentes.

Confitémini Dómino quóniam bonus.

Beáti immaculáti.
Retríbue ſeruo tuo.
Legem pone mihi.
Memor eſto.
Bonitátem fecíſti.
Defécit in ſalutáre.

} vt in commendationibus animarum infrà.

Quómodo diléxi legem.
Iníquos ódio hábui.
Mirabília teſtimónia.
Clamáui in toto corde.
Príncipes perſecúti ſunt.

Si Pſalmi prædicti non ſufficiant, addi poterit Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Ioannem, vt ſequitur.

PASSIO DOMINI NOSTRI IESV Chriſti ſecundùm Ioannem.

IN illo témpore: Egréſſus eſt Ieſus cum diſcípulis ſuis trans torréntem Cedron, vbi erat hortus: in quem introíuit ipſe, & diſcípuli eius. Sciébat autem & Iudas, qui tradêbat eum, locum: quia frequénter Ieſus conuénerat illuc cum diſcípulis ſuis. Iudas ergo cùm accepíſſet cohórtem, & à Pontifícibus & Phariſæis miníſtros, venit illuc cùm latérnis, & fácibus, & armis. Ieſus ítaque ſciens ómnia, quæ ventúra erant ſuper eum: procéſſit, & dixit eis; Quem quæritis? Reſpondérunt ei: Ieſum Nazarénum. Dixit eis Ieſus: Ego ſum. Stabat autem & Iudas, qui tradébat eum, cum ipſis. Vt ergo dixit eis, Ego ſum: abiérunt retrórſum, & cecidérunt in terram. Iterum ergo eos interrogâuit; Quem quæritis? Illi autem dixérunt; Ieſum Nazarénum. Reſpóndit Ieſus; Dixi vobis, quia ego ſum. Si ergo me quæritis, ſínite hos abíre. Vt implerétur ſermo quem dixit: quia quos dedíſti mihi, non pérdidi ex eis quem-

quemquam. Simon ergo Petrus habens gládium, edúxit eum: & percússit Pontíficis seruum, & abscìdit aurículam eius déxteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gládium tuum in vagínam. Cálicem, quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? Cohors ergo & tribûnus & minístri Iudæôrum comprehendérunt Iesum, & ligauérunt eum: & adduxérunt eum ad Annam primùm. Erat enim socer Cáiphæ, qui erat Póntifex anni illíus. Erat autem Cáiphas, qui consílium déderat Iudæis: quia éxpedit vnum hóminem mori pro pópulo. Sequebátur autem Iesum Simon Petrus, & álius discípulus. Discípulus autem ille erat notus Pontífici: & introíuit cum Iesu in átrium Pontíficis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exíuit ergo discípulus ille, qui erat notus Pontífici: & dixit ostiáriæ, & introdúxit Petrum. Dixit ergo Petro ancílla ostiária: Numquid & tu ex discípulis es hóminis istíus? Dicit ille: Non sum. Stabant autem serui & minístri ad prunas, quia frigus erat: & calefaciébant se. Erat autem cum eis & Petrus stans, & calefáciens se. Póntifex ergo interrogáuit Iesum de discípulis suis, & de doctrína eius. Respóndit ei Iesus: Ego palàm locútus sum mundo. Ego semper dócui in synagóga, & in templo, quò omnes Iudæi conuéniunt: & in occúlto locútus sum nihil. Quid me intérrogas? Intérroga eos, qui audiérunt quid locútus sum ipsis. Ecce hi sciunt, quæ díxerim ego. Hæc autem cùm dixísset, vnus assístens ministrórum dedit álapam Iesu, dicens:

Sic reſpóndes Pontífici ? Reſpóndit ei Ieſus: Si malè locútus ſum, teſtimónium pérhibe de malo: ſi autem benè, quid me cædis ? Et miſit eum Annas ligátum ad Cáipham pontíficem. Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefáciens ſe. Dixérunt ergo ei : Numquid & tu ex diſcípulis eius es ? Negáuit ille, & dixit; Non ſum. Dicit ei vnus ex ſeruis Pontíficis, cognátus eius, cuius abſcídit Petrus aurículam. Nónne ego te vidi in horto cum illo ? Iterùm ergo negáuit Petrus : & ſtatim gallus cantáuit. Addúcunt ergo Ieſum à Cáipha in prætórium. Erat autem manè. Et ipſi non introiérunt in prætórium, vt non contaminaréntur, ſed vt manducárent paſcha. Exíuit ergo Pilátus ad eos foras, & dixit : Quam accuſatiónem affértis aduérſus hóminem hunc ? Reſpondérunt, & dixérunt. Si non eſſet hic malefáctor, non tibi tradidiſſémus eum. Dixit ergo eis Pilátus : Accípite eum vos, & ſecúndùm legem veſtram iudicáte eum. Dixérunt ergo ei Iudæi : Nobis non licet interfícere quemquam. Vt ſermo Ieſu implerétur, quem dixit : ſigníficans qua morte eſſet moritúrus. Introíuit ergo íterùm Pilátus in prætórium, & vocáuit Ieſum, & dixit ei; Tu es Rex Iudæórum ? Reſpondit Ieſus: A temetípſo hoc dicis, an álij tibi dixérunt de me ? Reſpóndit Pilátus : Numquid ego Iudæus ſum ? Gens tua, & pontífices tui tradidérunt te mihi. Quid fecíſti ? Reſpondit Ieſus : Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miníſtri mei vtique decertárent, vt non tráderer

Iudæis. Nunc autem regnum meum non eſt hinc. Dixit ítaque ei Pilátus; Ergo rex es tu? Reſpóndit Ieſus: Tu dicis, quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimónium perhíbeam veritáti. Omnis qui eſt ex veritáte, audit vocem meam. Dicit ei Pilátus; Quid eſt véritas? Et cùm hoc dixíſſet, iterùm exiuit ad Iudæos, & dicit eis; Ego nullam inuénio in eo cauſam. Eſt autem conſuetúdo vobis, vt vnum dimíttam vobis in paſcha. Vultis ergo dímittam vobis Regem Iudæórum? Clamauérunt rurſum omnes, dicéntes: Non hunc, ſed Barábbam. Erat autem Barábbas latro. Tunc ergo apprehéndit Pilátus Ieſum, & flagelláuit. Et mílites plecténtes corónam de ſpinis, impoſuérunt cápiti eius: & veſte purpúreâ circumdedérunt eum. Et veniébant ad eum, & dicébant: Aue Rex Iudæórum. Et dabant ei álapas. Exíuit íterùm Pilátus foras, & dicit eis: Ecce addúco eum vobis foras: vt cognoſcátis, quia in eo nullam cauſam inuénio. Exíuit ergo Ieſus portans ſpíneam corónam, & purpúreum veſtiméntum. Et dicit eis. Ecce homo. Cùm ergo vidíſſent eum pontífices & miníſtri, clamábant, dicéntes: Crucifíge, crucifíge eum. Dicit eis Pilátus: Accípite eum vos, & crucifígite. Ego enim non inuénio in eo cauſam. Reſpondérunt ei Iudæi. Nos legem habémus, & ſecúndùm legem debet mori: quia fílium Dei ſe fecit. Cùm ergo audíſſet Pilátus hunc ſermónem, magis tímuit. Et ingréſſus eſt prætórium íterùm: & dicit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autem

reſpónſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilátus: Mihi non lóqueris? Neſcis, quia poteſtátem hábeo crucifígere te, & poteſtátem hábeo dimíttere te? Reſpóndit Ieſus: Non habéres poteſtátem aduérſum me vllam, niſi tibi datum eſſet déſuper. Proptéreà qui me trádidit tibi, maius peccátum habet. Et exínde quærébat Pilátus dimíttere eum. Iudæi autem clamábant, dicéntes: Si hunc dimíttis, non es amîcus Cæſaris. Omnis enim qui ſe regem facit, contradícit Cæſari. Pilátus autem cùm audíſſet hos ſermónes, addúxit foras Ieſum: & ſedit pro tribunáli, in loco qui dícitur Lithoſtrótos, Hebráicè autem Gábbatha. Erat autem paraſcéue Paſchæ, hora quaſi ſexta. Et dicit Iudæis; Ecce rex veſter. Illi autem clamábant; Tolle, tolle, crucifíge eum. Dicit eis Pilátus: Regem veſtrum crucifígam? Reſpondérunt pontífices: Non habémus regem, niſi Cæſarem. Tunc ergo trádidit eis illum, vt crucifigerétur. Suſcepérunt autem Ieſum, & eduxérunt. Et báiulans ſibi crucem, exíuit in eum qui dícitur Caluáriæ locum, Hebráicè autem Gólgotha: vbi crucifixérunt eum, & cum eo álios duos hinc & hinc, médium autem Ieſum. Scripſit autem & títulum Pilátus, & póſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarénus, rex Iudæórum. Hunc ergo títulum multi Iudæórum legérunt: quia prope ciuitátem erat locus, vbi crucifíxus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum Hebráicè, Græcè & Latínè. Dicébant ergo Piláto pontífices Iudæórum: Noli ſcríbere, Rex Iudæórum: ſed quia ipſe dixit, Rex ſum

Iudæórum. Respóndit Pilátus; Quod scripsi, scripsi. Mílites ergo cùm crucifixíssent eum, accepérunt vestiménta eius (& fecérunt quátuor partes, vnicuíque míliti partem) & túnicam. Erat autem túnica inconsútilis, désuper contéxta per totum. Dixérunt ergo adinuícem: Non scindámus eam, sed sortiámur de illa, cuius sit. Vt scriptûra implerétur, dicens; Partíti sunt vestiménta mea sibi, & in vestem meam misérunt sortem. Et mílites quidem hæc fecérunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror mátris eius, María Cléophæ, & María Magdaléne. Cùm vidisset ergo Iesus matrem & discípulum stantem, quem diligébat, dicit matri suæ: Múlier, ecce fílius tuus. Deinde dicit discípulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accépit eam discipulis in sua. Pósteà sciens Iesus, quia iam ómnia consummáta sunt: vt consummarétur scriptúra, dicit; Sítio. Vas ergo pósitum erat acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori eius. Cùm ergo accepísset Iesus acétum, dixit; Consummátum est. Et inclináto cápite trádidit spíritum. ✠ Iudæi ergo, quóniam parascéue erat, vt non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati) rogauérunt Pilátum, vt frangeréntur eórum crura, & tolleréntur. Venérunt ergo mílites: & primi quidem fregérunt crura, & altérius qui crucifíxus est cum eo. Ad Iesum autem cùm veníssent, vt vidérunt eum iam mórtuum, non fregérunt eius crura: sed vnus mílitum lánceâ latus

eius apéruit, & contínuò exîuit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimónium perhíbuit : & verum eſt teſtimónium eius. Et ille ſcit, quia vera dicit : vt & vos credátis, Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptúra implerétur. Os non comminuétis ex eo. Et íterùm ália ſcriptúra dicit; Vidébunt in quem transfixérunt.

POſt hæc autem rogáuit Pilátum Ioſeph ab Arimathía (eò quòd eſſet diſcípulus Ieſu, occúltus autem propter metum Iudæórum) vt tólleret corpus Ieſu. Et permíſit Pilátus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodémus, qui vénerat ad Ieſum nocte primùm, ferens mixtúram myrrhæ & áloës, quaſi libras centum. Accepérunt ergo corpus Ieſu, & ligauérunt illud línteis cum aromátibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelíre. Erat autē in loco, vbi crucifíxus eſt, hortus : & in horto monuméntum nouum, in quo nondum quiſquam póſitus erat. Ibi ergo propter paraſcéuen Iudæórum, quia iuxtà erat monuméntum, poſuérunt Ieſum.

℣. Adorámus te Chriſte, & benedícimus tibi.

℟. Quia per ſanctam crucem tuam redemíſti mundum.

Orémus.

DEus, qui pro redemptióne mundi voluíſti naſci, circumcídi, à Iudæis reprobári, à Iuda traditóre óſculo tradi, vínculis alligári, ſicut agnus ínnocens ad víctimam duci, atque conſpéctibus Annæ, Cáiphæ, Piláti, & Heródis indecénter

offérri : à falsis téstibus accusári, flagéllis & oppróbriis vexári, sputis cónspui, spinis coronári, cólaphis cædi, arúndine pércuti, fácie velári, véstibus éxui, cruci clauis affígi, in cruce leuári, inter latrónes deputári, felle & acéto potári, & láncea vulnerári : tu Dómine per has sanctíssimas pœnas tuas, quas ego indignus récolo, & per sanctam crucem & mortem tuam, líbera me (vel si alius dicit pro eo) líbera fámulum tuum N. seu fámulam tuam, à pœnis inférni, & perdúcere dignéris, quò perduxísti latrónem tecum crucifixum. Qui cum Patre & Spíritu sancto viuis & regnas in sæcula sæculórum. Amen.

In expiratione.

CVm verò tempus expirandi institerit, tunc maximè ab omnibus circumstantibus flexis genibus vehementer orationi instandum est. Curet verò Sacerdos, vt moriens, si potest, dicat, vel si non potest, ipse pro eo clarâ voce pronunciet: Iesu, Iesu, Iesu. Quod, & ea quæ sequuntur, ad illius aures, si videbitur, etiam sæpiùs repetat: In manus tuas Dómine, comméndo Spíritum meum. Dómine Iesu Christe, súscipe spíritum meum. Sancta María ora pro me. María mater grátiæ, mater misericórdiæ, tu nos ab hoste prótege, & hora mortis súscipe.

Tunc, vbi viget pia consuetudo, pulsetur campana Parochialis Ecclesiæ aliquibus ictibus, ad significandum fidelibus in vrbe, vel loco, aut extra in suburbanis existentibus, instantem mortem expirantis ægroti, vt pro eo Deum rogare possint.

ORDO COMMENDATIONIS animæ post decessum.

Egressâ animâ, Sacerdos dicet hoc Responsorium.

SVbueníte Sancti Dei, occúrrite Angeli Dómini: * Suscipiéntes ánimam eius, * Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

℣. Suscípiat te Christus qui vocáuit te, & in sinum Abrahæ Angeli dedúcant te.

℟. Suscipiéntes ánimam eius, &c.

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine, & lux perpétua lúceat ei.

℟. Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat ei.

℣. A porta

℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam eius.
℣. Requiéſcat in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine exaudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

TIbi Dómine, commendámus ánimam fámuli tui (fámulæ tuæ) vt defúnctus (defúncta) ſæculo tibi viuat: & quæ per fragilitátem humánæ conuerſatiónis peccáta commíſit, tu vénia miſericordíſſimæ pietátis abſtérge. Per Christum Dóminum noſtrum. Amen.

De curando Cadauere.

DIctis commendationibus animæ poſt deceſſum, monebit Parochus, vt corpus eâ quâ decet reuerentiâ collocetur, vel ſuper menſam, vel in aliquo alio loco honeſto, & ad caput eius pedeſue crux, aqua benedicta, & candela accenſa ſemper habeantur; manus autem defuncti componantur in modum crucis. Deinde, ſi ab eo parentes vel propinqui defuncti obnixè petant, vt ſinat aliquem ex Sacerdotibus Eccleſiæ Parochialis remanere prope cadauer donec ſepulturæ tradatur; curabit eum cui hoc onus imponet, ita ſe gerere, vt ſit defuncto ſubſidio, viuis autem ſolatio & exemplo.



OFFICIVM DEFVNCTORVM.

Ad Veſperas, abſolutè incipitur ab Antiphona.



Placébo. Pſalmus. Diléxi quóniam exáudiet



Dóminus. E u o u a e. 3.




ILEXI, quóniam exáudiet Dóminus: * vocem oratiónis meæ.
Quia inclináuit aurem ſuam mihi *: & in diébus meis inuocábo.
Circumdedérunt me dolóres mortis *: & perícula inferni inuenérunt me.
Tribulatiónem & dolórem inuéni: * & nomen Dómini inuocáui.
O Dómine líbera ánimam meam: * miſéricors Dóminus, & iuſtus, & Deus noſter miſerétur.
Cuſtódiens páruulos Dóminus: * humiliátus ſum, & liberáuit me.
Conuértere ánima mea in réquiem tuam: * quia Dóminus benefécit tibi.
Quia erípuit ánimam meam de morte: * óculos


meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

P lacébo Dómino : * in regióne viuórum.

R équiem ætérnam dona eis Dómine : * & lux perpétua lúceat eis. Antiphona.



P lacébo Dómino in regió ne viuórum.



Antiph. H ei mihi. Pſalm. A d Dóminum cùm



tribulárer. E u o u a e. 2.

A D Dóminum cùm tribulárer clamáui : * & exaudíuit me.

D ómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis : * & à lingua dolóſa.

Q uid detur tibi, aut quid apponátur tibi : * ad linguam dolóſam ?

S agíttæ poténtis acútæ : * cum carbónibus deſolatóriis.

H ei mihi ; quia incolátus meus prolongátus eſt; habitáui cum habitántibus Cedar : * multùm íncola fuit ánima mea.

C um his qui odérunt pacem, eram pacíficus : * cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

R équiem ætérnam.

Antiphona.



Hei mihi, quia incolátus meus prolongátus



est. Antiph. Dóminus. Psalm. Leuáui.



E u o u a e. 8.

LEuáui óculos meos in montes : ⋆ vnde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino: ⋆ qui fecit cælum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum : ⋆ neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet : ⋆ qui custó-dit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua ⋆: super manum déxteram tuam.


Per diem sol non vret te : ⋆ neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : ⋆ custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum, & éxitum tuum : ⋆ ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Réquiem ætérnam dona eis.


Antiphona.



Dóminus cuſtódit te ab omni malo: cuſtó-



diat ánimam tuam Dóminus. Antiph. Si



iniquitátes. Pſalm. De profúndis Euouae. s.

DE profúndis clamáui ad te Dómine: ⋆ Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes: ⋆ in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſeruáueris Dómine: ⋆ Dómine quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt: ⋆ & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo eius: ⋆ ſperáuit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína vſque ad noctem: ⋆ ſperet Iſráel in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia: ⋆ & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſrael: ⋆ ex ómnibus iniquitátibus eius.

Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

Antiphona.



Si i niquitátes obferuáueris Dómine. Dómine,



quis fuftinébit? Antiph. O pera. Pfalmus.



Confitébor E u o u a e. 2.

Confitébor tibi Dómine in toto corde meo: * quóniam audífti verba oris mei

In confpéctu Angelórum pfallam tibi: * adorábo ad templum fanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

Super mifericórdia tua & veritáte tua: * quóniam magnificáfti fuper omne, nomen fanctum tuum.

In quacúmque die inuocáuero te, exáudi me *: multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ: * quia audiérunt ómnia verba oris tui.


Et cantent in viis Dómini: * quóniam magna eft glória Dómini.

Quóniam excélfus Dóminus, & humília réfpicit: * & alta à longè cognófcit.

Si ambuláuero in médio tribulatiónis, viuificábis me: * & fuper iram inimicórum meórum extendífti manum tuam, & faluum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine misericórdia tua in sæculum: ópera mánuum tuárum ne despícias.

Réquiem ætérnam. Antiphona.







MAgníficat * ánima mea Dóminum:
Et exultáuit spíritus meus: * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicēt omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * & sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius à progénie in progénies: * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.


Depósuit poténtes de sede: * & exaltáuit húmiles.

Esuriéntes impléuit bonis: * & díuites dimísit inánes.

Suscépit

S uſcépit Iſrael púerum ſuum, * recordátus miſericórdiæ ſuæ.
S icut locútus eſt ad patres noſtros, * Abraham & ſémini eius in ſæcula.
R équiem ætérnam. Antiphona.







P ater noſter, ſecretò vſque. Et ne nos. ℟. Sed líbera. ℣. In memória ætérna erunt iuſti.
℟. Ab auditióne mala non timébunt.
℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.
℣. Credo vidére bona Dómini. ℟. In terra viuéntium.

Pſalmus 146.

L Auda ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea: * pſallam Deo meo, quámdiu fúero.
N olíte confídere in princípibus: * in fíliis hóminum, in quibus non eſt ſalus.
E xíbit ſpíritus eius, & reuertétur in terram ſuam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cuius Deus Iacob adiútor eius, ſpes eius in Dómino Deo ipsíus: ⁎ qui fecit cælum & terram, mare, & ómnia quæ in eis ſunt.
Qui cuſtódit veritátem in ſæculum, facit iudícium iniúriam patiéntibus: ⁎ dat eſcam eſuriéntibus.
Dóminus ſoluit compedítos: Dóminus illúminat cæcos.
Dóminus érigit elíſos: ⁎ Dóminus díligit iuſtos.
Dóminus cuſtódit áduenas, pupíllum & víduam ſuſcípiet: ⁎ & vias peccatórum diſpérdet.
Regnábit Dóminus in ſæcula Deus tuus Sion: ⁎ in generatiónem & generatiónem.
Réquiem ætérnam dona eis Dómine.
℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

In die depoſitionis defuncti, dicuntur hæ tantùm duæ Orationes ſequentes. Oratio.

INclína Dómine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur: vt ánimam fámuli tui (Pontíficis (vel) Sacerdótis) quam de hoc ſæculo migráre iuſsíſti, in pacis ac lucis regióne conſtítuas, & ſanctórum tuórum iubéas eſſe conſórtem.

Pro fidelibus defunctis generalis Oratio.

FIdélium Deus ómnium cónditor & redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum, remiſſiónem cunctórum tríbue peccató-

rum: vt indulgéntiam, quam ſemper optauérunt, piis ſupplicatiónibus conſequántur. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

In die depoſitionis defunctæ. Oratio.

QVæſumus, Dómine, pro tua pietáte miſer ére ánimæ fámulæ tuæ: & à contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ ſaluatiónis partem reſtítue.

Fidélium Deus ómnium. vt ſuprà.

In die Anniuerſarij dicũtur tres ſequẽtes Orationes.

In Anniuerſario die. Oratio.

DEus indulgentiárum Dómine, da ánimæ fámuli tui, (vel) fámulæ tuæ, cuius anniuerſárium depoſitiónis diem commemorámus: refrigérij ſedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem.

Pro benefactoribus. Oratio.

DEus, véniæ largítor, & humánæ ſalútis amátor: quæſumus cleméntiam tuam, vt noſtræ congregatiónis fratres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc ſæculo tranſiérunt, beáta María ſemper vírgine intercedénte cum ómnibus ſanctis, ad perpétuæ beatitúdinis conſórtium perueníre concédas.

Fidélium Deus ómnium cónditor. vt ſuprà.

Priuatim licet recitare ſequentes Orationes.

Pro Pontifice, vel Sacerdote.

DEus, qui inter Apoſtólicos ſacerdótes, fámulum tuum Pontificáli (vel) Sacerdotáli fecíſti dignitáte vigére: præſta quæſumus, vt eórũ quoque perpétuo aggregétur conſórtio. Per Dóminum.


Pro Patre, & Matre. Oratio.

DEus, qui nos Patrem & Matrem honoráre præcepísti, miserére cleménter animábus Patris & Matris meæ, eorúmque peccáta dimítte: meque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminum.

Alia Oratio in die depositionis defuncti, seu corpore præsente. Oratio.

ABsólue, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui N. vt defúnctus sæculo tibi viuat: & quæ per fragilitátem carnis humánâ conuersatióne commísit, tu véniâ misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Dóminum nostrum Iesum Christum fílium tuum.

Inuitatorium sequens, cum Psalmo. Venite exultémus Dómino. dicitur tantùm in die commemorationis omnium fidelium Defunctorum: quo die Inuitatorium repetitur sicut in Duplicibus: Psalmus verò cantatur sicut in Festo Simplici.



Regem cui ómnia viuunt. Veníte, adorémus.



Psalmus. Veníte, exultémus Dómino.

In fine Psalmi dicitur:



Réquiem ætérnam dona eis Dómine : & lux



perpétua lúceat eis. Veníte.

Deinde repetitur Regem cui ómnia viuunt. vt suprà. In primo Nocturno, Antiphona.



Dírige. Psalmus. Verba mea. Euouae. 7.

VErba mea áuribus pércipe Dómine: ✶ intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ: ✶ rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo: ✶ Dómine manè exáudies vocem meam.

Manè aſtábo tibi, & vidébo: ✶ quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit iuxta te malígnus: ✶ neque permanébunt iniuſti ante óculos tuos.


Odíſti omnes, qui operántur iniquitátem: ✶ perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum & dolóſum abominábitur Dóminus: ✶ ego autē in multitúdine miſericórdiæ tuæ.


Introíbo in domum tuam: ✶ adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in iuſtítia tua: ★ propter inimícos meos dírige in conſpéctu tuo viam meam.
Quóniam non eſt in ore eórum véritas: ★ cor eórum vanum eſt.
Sepúlchrum patens eſt guttur eórum, linguis ſuis dolósè agébant: ★ iúdica illos Deus.
Décidant à cogitatiónibus ſuis, ſecúndùm multitúdinem impietátum eórum expélle eos: ★ quóniam irritauérunt te Dómine.
Et læténtur omnes, qui ſperant in te: ★ in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.
Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum: ★ quóniam tu benedíces iuſto.
Dómine, vt ſcuto bonæ voluntátis tuæ: ★ coronáſti nos.
Réquiem ætérnam.

Antiphona.







DOmine, ne in furóre tuo árguas me: * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei Dómine, quóniam infírmus sum: * sana me Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè: * sed tu Dómine vsquequo?

Conuértere Dómine, & éripe ánimam meam: * saluum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laboráui in gémitu meo, lauábo per síngulas noctes lectum meum: * láchrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus: * inueteráui inter omnes inimícos meos.


Discédite à me omnes, qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudíuit Dóminus vocem fletus mei.


Exaudíuit Dóminus deprecatiónem meam: * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubéscant & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * conuertántur, & erubéscant valdè velóciter.


Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

Antiphona.





meam: quóniam non est in morte qui memor sit



tui. Antiphona. Nequándo. Psalmus.



Dómine. E u o u a e. 8.

DOmine Deus meus in te speráui: * saluum me fac ex ómnibus persequéntibus me, & líbera me.

Nequándo rápiat vt leo, ánimam meam: * dum non est qui rédimat, neque qui saluum fáciat.

Dómine Deus meus si feci istud: * si est iníquitas in mánibus meis.

Si réddidi retribuéntibus mihi mala: * décidam méritò ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam, & comprehéndat, & concúlcet in terra vitam meam · & glóriam meam in púluerem dedúcat.

Exúrge Dómine in ira tua: * & exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exúrge Dómine Deus meus in præcépto quod mandásti: * & synagóga populórũ circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere: * Dóminus iúdicat pópulos.

Iúdica

Iúdica me Dómine secúndùm iuſtítiam meam: ⋆ & ſecúndùm innocéntiam meam ſuper me.

Conſumétur nequítia peccatórum, & díriges iuſtum: ⋆ ſcrutans corda & renes Deus.

Iuſtum adiutórium meum à Dómino: ⋆ qui ſaluos facit rectos corde.

Deus iudex iuſtus, fortis, & pátiens: ⋆ numquid iráſcitur per ſíngulos dies?

Niſi conuérſi fuéritis, gládium ſuum vibráuit: ⋆ arcum ſuum teténdit & paráuit illum.

Et in eo paráuit vaſa mortis: ⋆ ſagíttas ſuas ardéntibus effécit.

Ecce párturijt iniuſtítiam: ⋆ concépit dolórem, & péperit iniquitátem.


Lacum apéruit, & effódit eum: ⋆ & íncidit in fóueam quam fecit.

Conuertétur dolor eius in caput eius: ⋆ & in vérticem ipsíus iníquitas eius deſcéndet.


Confitébor Dómino, ſecúndùm iuſtítiam eius: ⋆ & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

Réquiem ætérnam.

Antiphona.



Nequándo rápiat vt leo ánimam meam, dum



non eſt, qui rédimat, neque qui ſaluum fáciat.

℣ A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimas eórum.
Pater noster. secretò.

Leguntur Lectiones sine Absolutione, Benedictionibus, & Titulo.

Lectio prima. Iob. 7. c.

PArce mihi Dómine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, & súbitò probas illum. Vsquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, vt glútiā salíuam meam? Peccáui: quid fáciam tibi, ô custos hóminum? Quare posuísti me contrárium tibi, & factus sum mihimetípsi grauis? Cur non tollis peccátum meum, & quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlnere dórmiam: & si manè me quæsíeris non subsístam. Lectiones terminantur sine Tu autem. vel alia conclusione.









in dul gén ti æ. ui ventú rus



es iu di cá re viuos & mórtuos,



& fæ culum per i gnem. Tu.

Lectio ſecunda. Iob. 10.


TAedet ánimam meam vitæ meæ: dimíttam aduérſum me elóquium meum. Loquar in amaritúdine ánimæ meæ, dicam Deo: Noli me condemnáre. Indica mihi, cur me ita iúdices? Numquid bonum tibi vidétur, ſi calumniéris me & ópprimas me opus mánuum tuárum, & consílium impiórum ádiuues? Numquid óculi cárnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo, & tu vidébis? Numquid ſicut dies hóminis, dies tui, & anni tui, ſicut humána ſunt témpora, vt quæras iniquitátem meam, & peccátum meum ſcrutéris? Et ſcias quia nihil ímpium fécerim, cùm ſit nemo qui de manu tua poſſit erúere.


Reſponſorium.




Credo quod re dem ptor meus



vi uit & in no uíſ ſi mo, di e



de ter ra ſur re ctú rus ſum.


* Et in car ne me a vidé bo De-


um, ſalua tó rem me um.


℣. Quem viſú rus ſum e go ip ſe



& non á li us, & ó culi mei con-



ſpectú ri ſunt. Et.

Lectio tertia. Iob. 10.

MAnus tuæ Dómine fecérunt me, & plaſmauérunt me totum in circúitu, & ſic repéntè præcípitas me. Meménto quæſo, quòd ſicut lutum féceris me, & in púluerem redúces me. Nonne ſicut lac mulsíſti me, & ſicut cáſeum me coaguláſti? Pelle & cárnibus veſtíſti me, óſſibus & neruis compegíſti me. Vitam & miſericórdiam tribuíſti mihi: & viſitátio tua cuſtodíuit ſpíritum meum.

Reſponſorium.




















In ſecundo Nocturno. Antiphona.



DOminus regit me, & nihil mihi déerit: * in loco páſcuæ ibi me collocáuit.

Super aquam refectiónis educáuit me: * ánimam meam conuértit.

Dedúxit me ſuper ſémitas iuſtítiæ: * propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambuláuero in médio vmbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus: * ipſa me conſoláta ſunt.


Paráſti in conſpéctu meo menſam: * aduérſus eos qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: ⋆ calix meus inébrians, quàm præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me: ⋆ ómnibus diébus vitæ meæ.

Et vt inhábitem in domo Dómini: ⋆ in longitúdinem diérum.

Réquiem ætérnam dona eis Dómine. Antiphona.



In loco páscuæ ibi me collocáuit. Antiph.



Delícta. Psalm. 25. Ad te Dómine leuáui.



E u o u a e. 8.

AD te Dómine leuáui ánimam meam: ⋆ Deus meus in te confído non erubéscam.

Neque irrídeant me inimíci mei: ⋆ étenim vniuérsi, qui sústinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iniqua agéntes: ⋆ superuácuè.

Vias tuas, Dómine, demónstra mihi: ⋆ & sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me: ⋆ quia tu es Deus saluátor meus, & te sustínui tota die.

Reminíſcere miſeratiónum tuárum, Dómine: * & miſericordiárum tuárum, quæ à ſæculo ſunt.
Delícta iuuentútis meæ: * & ignorántias meas ne memíneris.
Secúndùm miſericórdiam tuam, meménto mei tu: * propter bonitátem tuam, Dómine.
Dulcis & rectus Dóminus: * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.
Díriget manſuétos in iudício: * docébit mites vias ſuas.
Vniuérſæ viæ Dómini, miſericórdia & véritas: * requiréntibus teſtaméntum eius, & teſtimónia eius.
Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto meo: * multum eſt enim.
Quis eſt homo, qui timet Dóminum? * legem ſtátuit ei in via, quam elégit.
Anima eius in bonis demorábitur: * & ſemen eius hereditábit terram.
Firmaméntum eſt Dóminus timéntibus eum: * & teſtaméntum ipsíus, vt manifeſtétur illis.
Oculi mei ſemper ad Dóminum: * quóniam ipſe euéllet de láqueo pedes meos.
Réſpice in me, & miſerére mei: * quia vnicus & pauper ſum ego.
Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ ſunt: * de neceſſitátibus meis érue me.
Vide humilitátem meam, & labórem meum: * & dimítte vniuérſa delícta mea.
Réſpice inimícos meos, quóniam multiplicáti ſunt: & ódio iníquo odérunt me.
Cuſtódi

Custódi ánimam meam, & érue me: * non erubéscam, quóniam sperávi in te.

Innocéntes & recti adhæsérunt mihi: * quia sustínui te.

Líbera Deus Israel: * ex ómnibus tribulatiónibus suis.


Réquiem ætérnam. Antiphona.



Delícta iuuentútis meæ, & ignorántias meas



ne memíneris Dómine. Antiphona. Credo.



Psalm. Dóminus illuminátio. E u o u a e. 4.

Dominus illuminátio mea, & salus mea: * quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ: à quo trepidábo?

Dum appróprinquant super me nocéntes: * vt edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei: * ipsi infirmáti sunt, & cecidérunt.

Si consístant aduérsum me castra: * non timébit cor meum.

Si exúrgat aduérsum me prælium: * in hoc ego sperábo.

Vnam pétij à Dómino, hanc requíram: * vt inhábitem in domo Dómini, ómnibus diébus vitæ meæ.
Vt vídeam voluptátem Dómini: * & vísitem templum eius.
Quóniam abscóndit me in tabernáculo suo: * in die malórum protéxit me, in abscóndito tabernáculi sui.
In petra exaltáuit me: * & nunc exaltáuit caput meum super inimícos meos.
Circuíui, & immoláui in tabernáculo eius hóstiam vociferatiónis: * cantábo, & psalmum dicam Dómino.
Exáudi Dómine vocem meam, qua clamáui ad te: * miserére mei, & exáudi me.
Tibi dixit cor meum, exquisíuit te fácies mea: * fáciem tuam Dómine requíram.
Ne auértas fáciem tuam à me: * ne declínes in ira à seruo tuo.
Adiútor meus esto: * ne derelínquas me, neque despícias me Deus salutáris meus.
Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me: * Dóminus autem assúmpsit me.
Legem pone mihi Dómine in via tua: * & dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.
Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.
Credo vidére bona Domini: * in terra viuéntium.
Expécta Dóminum, viríliter age: * & confortétur cor tuum, & sústine Dóminum.

Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

Antiphona.



Credo vidére bona Dómini in terra viuéntium.

℣. In memória ætérna erunt iusti. ℟. Ab auditióne mala nòn timébunt. Pater noster. Et ne nos.

Lectio quarta. Iob. 13. d.

RESpónde mihi: quantas hábeo iniquitátes & peccáta, scélera mea, & delícta mea osténde mihi. Cur fáciem tuam abscóndis, & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur, osténdis poténtiam tuam, & stípulam siccam perséqueris. Scribis enim contra me amaritúdines, & cónsumere me vis peccátis adolescéntiæ meæ. Posuísti in neruo pedem meum, & obseruásti omnes sémitas meas, & vestígia pedum meórum considerásti. Qui quasi putrédo, consuméndus sum, & quasi vestiméntum, quòd coméditur à tinea.


Responsorium.




Ne recor dé ris peccá ta me a Dó-



mine ⋆ Dum véneris iu di cá re









Lectio quinta. Iob. 14. c.

HOmo natus de muliere, breui viuens témpore, replétur multis miſériis. Qui quaſi flos egréditur & contéritur, & fugit velut vmbra, & numquam in eódem ſtatu pérmanet. Et dignum ducis ſuper huiuſcémodi aperíre óculos tuos, & addúcere eum tecum in iudícium. Quis poteſt fácere mundum de immúndo concéptum ſémine? nonne tu qui ſolus es? Breues dies hóminis ſunt, númerus ménſium eius apud te eſt: conſtituíſti términos eius qui præteríri non póterunt. Recéde ergo páululum ab eo, vt quiéſcat, donec optáta véniat; & ſicut mercenárij dies eius.

Refponforium.

Dó mi ne quando vé ne ris iu dicá-

re ter ram v bi me abfcón dam à


vul tu i ræ tu æ? * Qui a

pec cáui ni mis in vita me-

a. ℣. Commíffa me a pauéf-

co, & ante te e ru béf co, dnm vé ne ris

iudi cá re, noli me con dem ná-




Lectio 6. Iob. 14.


QVis mihi hoc tríbuat, vt in inférno prótegas me, & abscóndas me, donec pertránseat furor tuus, & constítuas mihi tempus, in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursum viuat? Cunctis diébus, quibus nunc mílito, expécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me, & ego respondébo tibi: Operi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti: sed parce peccátis meis.

Responsorium.














In tertio Nocturno.





EXpéctans expectáui Dóminum: ⁎ & inténdit mihi.

Et exaudíuit preces meas: ⁎ & edúxit me de lacu miſériæ, & de luto fæcis.

Et ſtátuit ſupra petram pedes meos: ⁎ & diréxit greſſus meos.

Et immíſit in os meum cánticum nouum: ⁎ carmen Deo noſtro.

Vidébunt multi & timébunt: ⁎ & ſperábunt in Dómino.

Beátus vir, cuius eſt nomen Dómini ſpes eius: ⁎ & non reſpéxit in vanitátes, & insánias falſas.

Multa fecísti tu Dómine Deus meus mirabília tua: * & cogitatiónibus tuis non est qui símilis sit tibi.
Annuntiáui, & locútus sum: * multiplicáti sunt super númerum.
Sacrifícium & oblatiónem noluísti: * aures autem perfecísti mihi.
Holocáustum & pro peccáto non postulásti, * tunc dixi: Ecce vénio.
In cápite libri scriptum est de me, vt fácerem voluntátem tuam: * Deus meus vólui, & legem tuam in médio cordis mei.
Annuntiáui iustítiam tuam in Ecclésia magna, * ecce lábia mea non prohibébo: Dómine tu scisti.
Iustítiam tuam non abscóndi in corde meo: * veritátem tuam & salutáre tuum dixi.
Non abscóndi misericórdiam tuam, & veritátem tuam: * à concílio multo.
Tu autem Dómine ne longè fácias miseratiónes tuas à me: * misericórdia tua & véritas tua semper suscepérunt me.
Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui vt vidérem.
Multiplicátæ sunt super capíllos cápitis mei: * & cor meum derelíquit me.
Compláceat tibi Dómine vt éruas me: * Dómine ad adiuuándum me réspice.
Confundántur & reuereántur simul qui quærunt ánimam meam: * vt áuferant eam.
Conuer-

Conuertántur rétrorſum, & reuereántur: ⋆ qui volunt mihi mala.


Ferant confeſtim confuſiónem ſuam: ⋆ qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exúltēt, & læténtur ſuper te omnes quæréntes te: ⋆ & dicant ſemper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego autem mendícus ſum, & pauper: ⋆ Dóminus ſollícitus eſt mei.

Adiútor meus, & protéctor meus tu es: ⋆ Deus meus ne tardáueris.

Réquiem ætérnam. Antiphona.



Compláceat tibi Dómine vt erípias me Dómi-



ne, ad adiuuándum me réſpice. Antiphona. Sana



Dómine. Pſalmus. Beátus qui. E u o u a e.


BEátus qui intélligit ſuper egénum & páuperem: ⋆ in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus conſéruet eum, & viuíficet eum, & beátum fáciat eum in terra: ⋆ & non tradat eum in ánimam inimicórum eius.


Dóminus opem ferat illi ſuper lectum dolóris eius: ⋆

vniuérſum ſtratum eius verſáſti in infirmitáte eius.
Ego dixi : Dómine miſerére mei : ⋆ ſana ánimam meam, quia peccáui tibi.
Inimíci mei dixérunt mala mihi : ⋆ Quando moriétur, & períbit nomen eius?
Et ſi ingrediebátur vt vidéret, vana loquebátur : ⋆ cor eius congregáuit iniquitátem ſibi.
Egrediebátur foras : ⋆ & loquebátur in idípſum.
Aduérſum me ſuſurrábant omnes inimíci mei : ⋆ aduérſum me cogitábant mala mihi.
Verbum iníquum conſtituérunt aduérſum me: ⋆ Numquid qui dormit, non adiíciet vt reſúrgat?
Etenim homo pacis meæ, in quo ſperáui : ⋆ qui edébat panes meos, magnificáuit ſuper me ſupplantatiónem.
Tu autem Dómine miſerére mei, & reſſúſcita me : ⋆ & retríbuam eis.
In hoc cognóui, quóniam voluíſti me : ⋆ quóniam non gaudébit inimícus meus ſuper me.
Me autem propter innocéntiam ſuſcepíſti : & confirmáſti me in conſpéctu tuo in ætérnum.
Benedíctus Dóminus Deus Iſraël à ſæculo, & vſque in ſæculum : ⋆ fiat, fiat.
Réquiem ætérnam.

Antiphona.



Sana Dómine ánimam meam, quia peccáui tibi



Antiph. S itiuit. Pſal. Q uemádmodum. Euouae. 8.

QVemádmodum desíderat ceruus ad fontes aquárum: * ita desíderat ánima mea ad te Deus.

S itíuit ánima mea ad Deum fortem viuum: * quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei?

F uérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dícitur mihi quotídie: Vbi eſt Deus tuus?

H æc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meam: * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, vſque ad domum Dei.

I n voce exultatiónis & confeſſiónis: * ſonus epulántis.

Q uare triſtis es ánima mea: * & quare contúrbas me?

S pera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * ſalutáre vultus mei, & Deus meus.

A d meípſum ánima mea conturbáta eſt: * proptérea memor ero tui de terra Iordánis, & Hermóniim à monte módico.

A byſſus abyſſum ínuocat: * in voce cataractárum tuárum.

O mnia excélſa tua, & fluctus tui: * ſuper me tranſiérunt.

In die mandáuit Dóminus misericórdiam suam: ★ & nocte cánticum eius.

Apud me orátio Deo vitæ meæ: ★ dicam Deo, Suscéptor meus es.


Quare oblítus es mei: ★ & quare contristátus incédo, dum afflígit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea: ★ exprobrauérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei.


Dum dicunt mihi per síngulos dies: Vbi est Deus tuus: ★ quare tristis es ánima mea? & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: ★ salutáre vultus mei & Deus meus.

Réquiem ætérnam dona eis Dómine. Antiphona.



Sitíuit ánima mea ad Deum fortem viuum,



quando véniam, & apparébo ánte fáciem Dómini.

℣. Audíui vocem de cælo dicéntem mihi.

℟. Beáti mórtui, qui in Dómino moriúntur. Pater noster. totum secretò vt suprà.

Lectio 7. Iob. 17.

SPíritus meus attenuábitur, dies mei breuiabúntur, & solùm mihi súperest sepúlchrum. Non peccáui, & in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me Dómine, & pone me iuxta te, &


cuiúſuis manus pugnet contra me. Dies mei tranſiérunt, cogitatiónes meæ diſſipátæ ſunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, & rurſum poſt ténebras ſpero lucem. Si ſuſtinúero, inférnus domus mea eſt, & in ténebris ſtraui léctulum meum. Putrédini dixi, Pater meus es: mater mea: & ſoror mea vérmibus. Vbi eſt ergo nunc præſtolátio mea, & patiéntiam meam quis conſiderat?

Reſponſorium.

Dómine ſecúndùm actum me um nolime iu di cá re nihil dignum in conſpéctu tu o e gi.


✶ Ideo dé precor ma ieſtátem tu am, vt tu Deus déle as











Lectio octaua.

PElli meæ, conſúmptis cárnibus, adhæſit os meum, & derelicta ſunt tantúmmodò lábia circa dentes meos. Miſerémini mei, miſerémini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare perſequímini me ſicut Deus, & cárnibus meis ſaturámini? Quis mihi tribuat, vt ſcribántur ſermónes mei? Quis mihi det, vt exaréntur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lámina, vel celte

ſculpántur in sílice? Scio enim quòd redémptor meus viuit, & in nouíſſimo die dè terra ſurrectúrus ſum: & rurſum circúmdabor pelle mea, & in carne mea vidébo Deum ſaluatórem meum. Quem viſúrus ſum ego ipſe, & óculi mei conſpectúri ſunt, & non álius: repóſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

Reſponſorium.

Meménto me i De us, quia ven-

tus eſt vita me a * Nec aſpí ci at

me viſus hó minis. ℣. Et non

reuerté tur óculus me us, vt ví de-


at bo na. Nec a ſpí ci at me


viſus hó minis.

Lectio nona.

QVare de vulua eduxísti me? qui vtinam consúmptus essem, ne óculus me vidéret. Fuíssem quasi non essem, de vtero translátus ad túmulum. Numquid non páucitas diérum meórum finiétur breui? Dimítte me ergo, vt plangam páululùm dolórem meum, ántequàm vadam & non reuértar, ad terram tenebrósam, & opértam mortis calígine: terram misériæ & tenebrárum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.

Responsorium.












Quando




Quando cæli. ℣. Tremens factus ſum ego,



& tí meo, dum diſcúſſio vé ne rit atque




ventú ra i ra. Quando. ℣. Contrément




An geli, & Ar chán geli, ímpi j autem v-



bi pa rébunt? Quando. ℣. Vix iuſtus, ſal-




uábi tur, & ego miſer v bi pa rébo? Quando.



℣. Quid ergo miſér rimus, quid dicam, vel



quid fá ciam, dum nil boni pérferam ante tan-



tum íu dicem. Quando. ℣. Vox de cæ lis,



ô vos mór tui qui iacé tis in ſe púlchris,




ſúr gite, & occúr ri te ad iu-



dí ci um ſalua tó ris. Quando.



℣. Creátor ómnium re rum Deus, qui me de



li mo ter ræ formá ſti, & mira bí liter próprio

ſán guine re demíſti, corpúſque meum, li cet,

modò putréſcat, de ſepúlchro fáci es in di e


iudí cij reſſuſcitá ri, exáudi, exáudi me, vt

á-nimam meam in ſi nu A brahæ Patriár-

chæ tui iú beas col locári. Repetitur. ℟. Líbera vſque ad ı. Verſum.

Líbera me Dó mine de morte æ térna, in

di e illa treménda. Quando cæli mo-



Si non continuò dicantur Laudes, tunc poſt repetitionem Reſponſ. **Libera.** dicitur abſolutè.

℣. Réquiem æternam dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio.

ABſólue, quæſumus Dómine, ánimam fámuli tui (Pontíficis) vel (Sacerdótis) vel (famulæ tuæ) & ánimas ómnium fidélium defunctórum ab omni vínculo delictórum: vt in reſurrectiónis glória, inter ſanctos & eléctos tuos reſſuſcitáti reſpirent. Per eum qui ventúrus eſt iudicáre viuos & mórtuos, & ſæculum per ignem.

℟. Amen:

℣. Requiéſcant in pace.

℟. Amen.

Pro pluribus hæc Oratio dicitur in plurali numero.



AD LAVDES.

Abſolutè incipitur Antiphona.





MIſerére mei Deus, * ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Ampliùs laua me ab iniquitáte mea: * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóſco: * & peccátum meum contra me eſt ſemper.


Tibi ſoli peccáui, & malum coram te feci: * vt iuſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus ſum: * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexíſti: * incérta & occúlta ſapiéntiæ tuæ manifeſtáſti mihi.

A spérges me hyssópo, & mundábor : * lauábis me, & super niuem dealbábor.
A udítui meo dabis gáudium & lætítiam : * & exultábunt ossa humiliáta.
A uérte fáciem tuam à peccátis meis : * & omnes iniquitátes meas dele.
C or mundum crea in me Deus : * & spíritum rectum ínnoua in viscéribus meis.
N e proiícias me à fácie tua : * & Spíritum sanctum tuum ne áuferas à me.
R edde mihi lætítiam salutáris tui : * & spíritu principáli confírma me.
D océbo iníquos vias tuas ; & ímpij ad te conuerténtur.
L íbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ : * & exultábit lingua mea iustítiam tuam.
D ómine lábia mea apéries : * & os meum annuntiábit laudem tuam.
Q uóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem vtique : * holocáustis non delectáberis.
S acrifícium Deo spíritus contribulátus : * cor contrítum & humiliátum Deus non despícies.
B enígnè fac Dómine in bona voluntáte tua Sion : * vt ædificéntur muri Ierúsalem.
T unc acceptábis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes, & holocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.


Antiphona.



Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux per-



pétua lúceat eis. Antiphona. Exáudi.



Pſalmus 64. Te decet. E u o u a e. 8.

TE decet hymnus Deus in Sion: * & tibi reddétur votum in Ierúſalem.
Exáudi oratiónē meam: * ad te omnis caro véniet.
Verba iniquórum præualuérunt ſuper nos: * & impietátibus noſtris tu propitiáberis.
Beátus, quem elegíſti, & aſſumpsíſti: * inhabitábit in átriis tuis.
Replébimur in bonis domus tuæ: * ſanctum eſt templum tuum, mirábile in æquitáte.
Exáudi nos Deus ſalutáris noſter, * ſpes ómnium fínium terræ, & in mari longè.
Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtia: * qui contúrbas profúndum maris, ſonum flúctuum eius.

Turbabúntur gentes, & timébunt, qui hábitant términos à signis tuis: * éxitus matutíni & vésperè delectábis.

Visitásti terram, & inebriásti eam: * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, parásti cibum illórum: * quóniam ita est præparátio eius.

Riuos eius inébria, multíplica genímina eius: * in stillicídiis eius lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ: * & campi tui replebúntur vbertáte.

Pinguéscent speciósa desérti: * & exultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óuium, & valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Réquiem ætérnam.

Antiphona.



Exáudi Dómine o ra ti ónem meam, ad te om-



nis caro véniet. Antiphona. Me suscé pit.



Psalmus 63. Deus Deus meus. E u o u a e. 7.

Deus

DEus Deus meus, * ad te de luce vígilo.
Sitíuit in te ánima mea, * quàm multiplíciter tibi caro mea.
In terra deſérta, ínuia, & inaquóſa: * ſic in ſancto appárui tibi, vt vidérem virtútem tuam, & glóriam tuam.
Quóniam mélior eſt miſericórdia tua ſuper vitas: * lábia mea laudábunt te.
Sic benedícam te in vita mea: * & in nómine tuo leuábo manus meas.
Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea: * & lábiis exultatiónis laudábit os meum.
Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutínis meditábor in te: * quia fuíſti adiútor meus.
Et in velaménto alárum tuárum exultábo, adhæſit ánima mea poſt te: * me ſuſcépit déxtera tua.
Ipſi verò in vanum quæſiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ: * tradéntur in manus gládij, partes vúlpium erunt.
Rex verò lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui iurant in eo: * quia obſtrúctum eſt os loquéntium iníqua.

Pſalmus 66.

DEus miſereátur noſtri, & benedícat nobis: * illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereátur noſtri.
Vt cognoſcámus in terra viam tuam: * in ómnibus géntibus ſalutáre tuum.
Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.


Læténtur & exúltent gentes : quóniam iúdicas pópulos in æquitáte, ⋆ & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes : ⋆ terra dedit fructum ſuum.


Benedícat nos Deus, Deus noſter, benedícat nos Deus : ⋆ & métuant eum omnes fines terræ.

Réquiem ætérnam.

Antiphona.



Me ſuſcé pit déxtera tu a Dómine.



A porta ínferi. E go dixi. Euouae. 1.

Canticum Ezechiæ.

EGo dixi : In dimídio diérum meórum; ⋆ vadam ad portas ínferi.

Quæsíui resíduum annórum meórum, ⋆ dixi : Non vidébo Dóminum Deum in terra viuéntium.

Non aſpíciam hóminem vltrà, ⋆ & habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta eſt, & conuolúta eſt à me, ⋆ quaſi tabernáculum paſtórum.

Præcíſa eſt, velut à texénte, vita mea ; dum adhuc ordírer, ſuccídit me : ⋆ de mane vſque ad véſperam fínies me.

Sperábam vſque ad mane: * quaſi leo ſic contríuit ómnia oſſa mea.

De mane vſque ad véſperam fínies me: * ſicut pullus hirúndinis ſic clamábo, meditábor vt colúmba.

Attenuáti ſunt óculi mei, * ſuſpiciéntes in excélſum.

Dómine vim pátior, reſpónde pro me, * quid dicam, aut quid reſpondébit mihi, cùm ipſe fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos, * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine ſi ſic víuitur, & in tálibus vita ſpíritus mei, corrípies me, & viuificábis me: * ecce in pace amaritúdo mea amaríſſima.

Tu autem eruíſti ánimam meam vt non períret: * proiecíſti poſt tergum tuum ómnia peccáta mea.


Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te: * non expectábunt, qui deſcéndunt in lacum, veritátem tuam.

Viuens viuens ipſe confitébitur tibi, ſicut & ego hódie: * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine ſaluum me fac: * & pſalmos noſtros cantábimus cunctis diébus vitę noſtrę in domo Dómini.

Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

Antiphona.



A porta inferi érue Dómine ánimam





LAudáte Dóminum de cælis : ⋆ laudáte eum in excélſis.

Laudáte eum omnes Angeli eius : ⋆ laudáte eum omnes virtútes eius.

Laudáte eum Sol, & Luna : ⋆ laudáte eum omnes ſtellæ & lumen.

Laudáte eum cæli cælórum : ⋆ & aquæ omnes quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt : ⋆ ipſe mandáuit, & creáta ſunt.

Státuit ea in ætérnum, & in ſæculum ſæculi : ⋆ præcéptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, ⋆ dracónes, & omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellárum, ⋆ quæ fáciunt verbum eius.

Montes, & omnes colles : ⋆ ligna fructífera, & omnes cedri.

Béſtiæ, & vniuérſa pécora, ⋆ ſerpéntes, & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & ómnes pópuli : ⋆ príncipes, & omnes iúdices terræ.

Iúuenes, & vírgines, fenes cum iunióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum eft nomen eius folíus.
Conféffio eius fuper cælum & terram: * & exaltáuit cornu pópuli fui.
Hymnus ómnibus fanctis eius, * fíliis Ifraël, pópulo appropinquánti fibi.
CAntáte Dómino cánticum nouum: * laus eius in Ecclésia fanctórum.
Lætétur Ifrael in eo, qui fecit eum: * & fílij Sion exúltent in rege fuo.
Laudent nomen eius in choro: * in tympano, & pfaltério pfallant ei.
Quia beneplácitum eft Dómino in pópulo fuo: * & exaltáuit manfuétos in falútem.
Exultábunt fancti in glória: * lætabúntur in cubílibus fuis.
Exaltatiónes Dei in gútture eórum, * & gládij ancípites in mánibus eórum.
Ad faciéndam vindíctam in natiónibus, * increpatiónes in pópulis.
Ad alligándos reges eórum in compédibus, * & nóbiles eórum in mánicis férreis.
Vt fáciant in eis iudícium confcríptum: * glória hæc eft ómnibus fanctis eius.

Pfalmus 150.

LAudáte Dóminum in fanctis eius: * laudáte eum in firmaménto virtútis eius.
Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum fecúndùm multitúdinem magnitúdinis eius.

Laudáte eum in ſono tubæ: ⋆ laudáte eum in pſaltério & cíthara.


Laudáte eum in tympano & choro: ⋆ laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte in cymbalis beneſonántibus: laudáte eum in cymbalis iubilatiónis: ⋆ omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Réquiem ætérnam.

Antiphona.





Canticum Zachariæ. Luc. 1.

BEnedíctus Dóminus Deus Iſrael, ⋆ quia viſitáuit & fecit redemptiónem plebis ſuæ:

Et eréxit cornu ſalútis nobis, ⋆ in domo Dauid púeri ſui.

Sicut locútus eſt per os ſanctórum, ⋆ qui à ſæculo ſunt prophetárum eius.

Salútem ex inimícis noſtris, ⋆ & de manu ómnium, qui odérunt nos.

Ad faciéndam miſericórdiam cum pátribus noſtris: ⋆ & memorári teſtaménti ſui ſancti.

Iuſiurándum, quod iuráuit ad Abraham patrem noſtrum, ⋆ datúrum ſe nobis.

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, ★ seruiámus illi.

In sanctitáte, & iustítia coram ipso, ★ ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, prophéta Altíssimi vocáberis: ★ præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius.

Ad dandam sciéntiam salútis plebi eius: ★ in remissiónem peccatórum eórum.

Per víscera misericórdiæ Dei nostri, ★ in quibus visitáuit nos óriens ex alto.


Illumináre his, qui in ténebris, & in vmbra mortis sedent: ★ ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Réquiem ætérnam.

Antiphona.



Credo Dómine Deus meus Iesu Christe, carnis



resurrectiónem, & vitam ætérnam; sed tantùm



déprecor tuam cleméntiam vt non inter hœ-



dos, sed inter agnos consórtium mérear.

Pater noster. secrètò vsque ad.
Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. In memória ætérna erunt iusti.
℟. Ab auditióne mala non timébunt.
℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimas eórum.
℣. Credo vidére bona Dómini.
℟. In terra viuéntium
Psalmus. De profúndis clamáui, &c.
Réquiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis.
℣. Requiéscant in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orationes vt suprà in Vesperis.

Pro requiescentibus in Cæmeterio. Oratio.

DEus, cuius miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt: da fámulis & famulábus tuis ómnibus, hîc, & vbíque in Christo quiescéntibus, propítius véniam peccatórum: vt à cunctis reátibus absolúti, tecum sine fine læténtur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum fílium tuum. Qui tecum viuit & regnat.


SEQVVN-



SEQVVNTVR COMMENDATIONES ANIMARVM.

Reſponſorium.






Vbué nite ſanĉti Dei, oc-




cúr ri te Angeli Dó mini, ſuſci-



piéntes á nimam e ius. Offeréntes e am




in con ſpé ĉtu al tíſ ſi mi.



℣. Chorus Angelórum e am ſuſ-



cí pi at, & in ſi nu Abrahæ e am



Super vtrumque. Oratio dicitur fine O rémus.


TIbi Dómine commendámus ánimam fámuli tui (vel fámulæ tuæ) & ánimas ómnium fidélium defunctórum (vt defúnctus, vel defúncta, vel defúncti, vel defúnctæ) sæculo, tibi viuat (vel viuant) & quæ per fragilitátem mundánæ conuersatiónis peccáta commísit, (vel commisérunt) tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Oratio hæc dicitur cum O rémus.

MIsericórdiam tuam, sancte Pater omnípotens, ætérne Deus, pietátis afféctu, rogáre pro áliis cógimur, qui pro nostris supplicáre peccátis nequáquam sufficimus, tamen de tua pietáte gratúita confísi & bonitáte, cleméntiam tuam depóscimus: vt ánimam fámuli tui (vel fámulæ tuæ) vel ánimas ómnium fidélium defunctórum, ad te reuerténtem (vel reuerténtes) cum pietáte suscípias. Adsit ei (vel eis) ángelus testaménti tui Míchael, & per manus sanctórum angelórum tuórum, inter sanctos & eléctos tuos, in sinu Abrahæ, Isaac, & Iacob, Patriarchárum tuórum, eam (vel eas) collocáre dignéris: quátenus liberáta (vel liberátæ) de princípibus tenebrárum, & de locis pœnárum, nullis iam primæuæ natiuitátis, vel ignorántiæ, aut própriæ iniquitátis seu fragilitátis confun-

dátur (vel confundántur) erróribus ; ſed pótius agnoſcátur (vel agnoſcántur) à ſanctis tuis : & ſanctæ beatitúdinis réquie perfruátur (vel perfruántur) vt cùm magni iudícij dies aduénerit, inter ſanctos & eléctos tuos reſſuſcitátus (vel reſſuſcitáta, vel reſſuſcitáti) glóriâ maniféſtæ contemplatiónis tuæ perpétuò ſatiétur, (vel ſatiéntur.) Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

Antiphona.



Suſcípiat te. Pſal. 113. In é xi tu Iſráel. Euouae. 7.

IN éxitu Iſráël de Aegypto : ⁎ domus Iacob de pópulo bárbaro.

Facta eſt Iudæa ſanctificátio eius : ⁎ Iſráël potéſtas eius.

Mare vidit & fugit : ⁎ Iordánis conuérſus eſt retrórſum.

Montes exultauérunt vt aríetes : ⁎ & colles ſicut agni óuium.

Quid eſt tibi mare quod fugíſti : ⁎ & tu Iordánis quia conuérſus es retrórſum ?

Montes exultáſtis ſicut aríetes : ⁎ & colles ſicut agni óuium.

A fácie Dómini mota eſt terra : ⁎ à fácie Dei Iacob.

Qui conuértit petram in ſtagna aquárum : & rupem in fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non nobis : ⁎ ſed nómini tuo da glóriam.

Super misericórdia tua, & veritáte tua: ⋆ nequándo dicant Gentes: Vbi est Deus eórum?

Deus autem noster in cælo: ⋆ ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simuláchra géntium, argéntum, & aurum: ⋆ ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquéntur: ⋆ óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent, & non áudient: ⋆ nares habent, & non odorábunt.

Manus habent, & non palpábunt: pedes habent, & non ambulábunt: ⋆ non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant, qui fáciunt ea: ⋆ & omnes qui confídunt in eis.

Domus Israël sperávit in Dómino: ⋆ adiútor eórum, & protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino: ⋆ adiútor eórum, & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino: ⋆ adiútor eórum, & protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri: ⋆ & benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israël: ⋆ benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus qui timent Dóminum: ⋆ pusíllis cum maióribus.

Adiíciat Dóminus super vos: ⋆ super vos, & super fílios vestros.

Benedícti vos à Dómino: ⋆ qui fecit cælum & terram.


Cælum cæli Dómino: ⋆ terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mortui laudábunt te Dómine: ⋆neque omnes, qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui víuimus benedícimus Dòmino: ⋆ex hoc nunc,& vsque in sæculum.

Réquiem ætérnam.

Antiphona.



Suscípiat te Christus, qui vocáuit te & in sinu




Abrahæ Angeli dedúcant te.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui humáno córpori ánimam ad similitúdinem tuam inspiráre dignátus es, dum te iubénte, puluis in púluerem reuértitur: Tu imáginem tuam cum sanctis & eléctis tuis, ætérnis sédibus præcípias sociári, eámque ad te reuerténtem de Aegypti partibus, blandè lenitérque suscípias,& Angelos tuos sanctos ei óbuiam mittas, viámque illi iustítiæ demónstra, & portas glóriæ tuæ áperi. Repélle quæsumus Dómine ab ea omnes príncipes tenebrárum, & agnósce omne depósitum fidéle, quod tuum est. Súscipe Dómine creatúram tuam, non à diis aliénis creátam, sed à te solo Deo viuo & vero, quia non est álius Deus, præter te Dómine,& non est secúndùm ópera

tua. Lætífica clementíſſime pater ánimam fámuli tui (vel fámulæ tuæ) vel ánimas ómnium fidélium defunctórum. N. & claríﬁca eam (vel eas) in multitúdine miſericórdiæ tuæ. Ne memíneris, quæſumus, iniquitátum eius (vel eórum) antiquárum, aut ebrietátum, quas ſuſcitáuit furor mali deſidérij : licet enim peccáuerit (vel peccáuerint) tamen te non negáuit (vel negauérunt) ſed ſigno fídei inſignítus (vel inſigníta vel inſigníti) te (qui ómnia, & eum (vel eam, vel eos) inter ómnia fecíſti) fidéliter adoráuit (vel adorauérunt.) Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.



Antiphona. Chorus Angelórum. Pſalmus. Di-



léxi quóniam. E u o u a e. 8.

Require ſuprà. fol. 171

Pſalmus 115.

CRédidi, propter quod locútus ſum : * ego autem humiliátus ſum nimis.

Ego dixi in excéſſu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino : * pro ómnibus qui retríbuit mihi?

Cálicem ſalutáris accípiam : * & nomen Dómini inuocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius: * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum eius.
O Dómine, quia ego seruus tuus: * ego seruus tuus & fílius ancíllæ tuæ.
Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini inuocábo.
Vota mea Dómino reddam, in conspéctu omnis pópuli eius: * in átriis domus Dómini, in médio tui Ierúsalem.

Psalmus 116.

LAudáte Dóminum omnes Gentes: * laudáte eum omnes pópuli.
Quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius: * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Psalmus 117.

COnfitémini Dómino, quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia eius.
Dicat nunc Israël quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia eius.
Dicat nunc domus Aaron: * quóniam in sæculum misericórdia eius.
Dicant nunc, qui timent Dóminum: * quóniam in sæculum misericórdia eius.
De tribulatióne inuocáui Dóminum: * & exaudíuit me in latitúdine Dóminus.
Dóminus mihi adiútor: * non timébo quid fáciat mihi homo.
Dóminus mihi adiútor: * & ego despiciam inimícos meos.

Bonum eſt confídere in Dómino: * quàm confídere in hómine.
Bonum eſt ſperáre in Dómino: * quàm ſperáre in princípibus.
Omnes gentes circuiérunt me: * & in nómine Dómini, quia vltus ſum in eos.
Circumdántes circumdedérunt me: * & in nómine Dómini quia vltus ſum in eos.
Circumdedérunt me ſicut apes, & exarſérunt ſicut ignis in ſpinis: * & in nómine Dómini quia vltus ſum in eos.
Impúlſus euérſus ſum vt cáderem: * & Dóminus ſuſcépit me.
Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus: * & factus eſt mihi in ſalútem.
Vox exultatiónis & ſalútis: * in tabernáculis iuſtórum.
Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltáuit me: * déxtera Dómini fecit virtútem.
Non móriar, ſed viuam: * & narrábo ópera Dómini.
Caſtígans caſtigáuit me Dóminus: * & morti non trádidit me.
Aperíte mihi portas iuſtítiæ, ingréſſus in eas confitébor Dómino: * hæc porta Dómini, iuſti intrábunt in eam.
Confitebor tibi quóniam exaudíſti me: * & factus es mihi in ſalútem.
Lápidem quem reprobauérunt ædificántes: * hic factus eſt in caput ánguli.

A Dó-

A Dómino factum est istud: * & est mirábile in óculis nostris.
Hæc est dies, quam fecit Dóminus: * exultémus, & lætémur in ea.
O Dómine saluum me fac, ô Dómine benè prospe-ráre: * benedíctus qui venit in nómine Dómini.
Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, & illúxit nobis.
Constitúite diem solémnem in condénsis: * vsque ad cornu altáris.
Deus meus es tu, & confitébor tibi: * Deus meus es tu, & exaltábo te.
Confitébor tibi quóniam exaudísti me: * & factus es mihi in salútem.
Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia eius.

Psalmus 118.

BEáti immaculáti in via: * qui ámbulant in lege Dómini.
Beáti, qui scrutántur testimónia eius: * in toto corde exquírunt eum.
Non enim qui operántur iniquitátem: * in viis eius ambulauérunt.
Tu mandásti, * mandáta tua custodíri nimis.
Vtinam dirigántur viæ meæ: ad custodiéndas iu-stificatiónes tuas.
Tunc non confúndar: * cùm perspéxero in ómnibus mandátis tuis.
Confitébor tibi in directióne cordis: * in eo quòd dídici iudícia iustítiæ tuæ.

Iustificatiónes tuas custódiam: * non me derelínquas vsquequáque.

IN quo córrigit adolescéntior viam suam? * in custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisiui te: * ne repéllas me à mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua: * vt non peccem tibi.

Benedíctus es Dómine: * doce me iustificatiónes tuas.

In lábiis meis, * pronunciáui ómnia iudícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum: * sicut in ómnibus diuítiis.

In mandátis tuis exercébor: * & considerábo vias tuas.

In iustificatiónibus tuis meditábor: * non obliuíscar sermónes tuos.

REtríbue seruo tuo, viuífica me: * & custódiam sermónes tuos.

Reuéla óculos meos: * & considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra: * non abscóndas à me mandáta tua.

Concupíuit ánima mea desideráre iustificatiónes tuas, * in omni témpore.

Increpásti supérbos: * maledícti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium, & contémptum: * quia testimónia tua exquisíui.

Etenim ſedérunt príncipes, & aduérſum me loquebántur: ⋆ ſeruus autem tuus exercebátur in iuſtificatiónibus tuis.

Nam & teſtimónia tua meditátio mea eſt: ⋆ & consílium meum iuſtificatiónes tuæ.

Adhæſit pauiménto ánima mea: ⋆ viuífica me ſecúndùm verbum tuum.

Vias meas enunciáui, & exaudíſti me: ⋆ doce me iuſtificatiónes tuas.

Viam iuſtificatiónum tuárum ínſtrue me: ⋆ & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitáuit ánima mea præ tædio: ⋆ confírma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámoue à me: ⋆ & de lege tua miſerére mei.

Viam veritátis elégi: ⋆ iudícia tua non ſum oblítus.

Adhæſi teſtimóniis tuis Dómine: ⋆ noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri: ⋆ cùm dilatáſti cor meum.

LEgem pone mihi Dómine, viam iuſtificatiónum tuárum: ⋆ & exquíram eam ſemper.

Da mihi intelléctum, & ſcrutábor legem tuam: ⋆ & cuſtódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in ſémitam mandatórum tuórum: ⋆ quia ipſam vólui.

Inclína cor meum in teſtimónia tua: ⋆ & non in auarítiam.

Auérte óculos meos, ne vídeant vanitátem: ⋆ in via tua viuífica me.

Státue seruo tuo elóquium tuum, ⋆ in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum, quod suspicátus sum: ⋆ quia iudícia tua iucúnda.

Ecce concupíui mandáta tua: ⋆ in æquitáte tua viuífica me.

Et véniat super me misericórdia tua Dómine: ⋆ salutáre tuum secúndùm elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum: ⋆ quia speráui in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis vsquequáque: quia in iudíciis tuis supersperáui.

Et custódiam legem tuam semper: ⋆ in sæculum, & in sæculum sæculi.

Et ambulábam in latitúdine: ⋆ quia mandáta tua exquisíui.

Et loquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum: ⋆ & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, ⋆ quæ diléxi.

Et leuáui manus meas ad mandáta tua quæ diléxi: ⋆ & exercébar in iustificatiónibus tuis.

MEmor esto verbi tui seruo tuo, ⋆ in quo mihi spem dedísti.

Hæc me consoláta est in humilitáte mea: ⋆ quia elóquium tuum viuificáuit me.

Supérbi iníquè agébant vsquequáque: ⋆ à lege autem tua non declináui.

Memor fui iudiciórum tuórum à sæculo Dómine: ⋆ & consolátus sum.

Deféctio ténuit me: ⋆ pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant iuſtificatiónes tuæ, ⋆ in loco peregrinatiónis meæ.
Memor fui noctenóminis tui Dómine: ⋆ & cuſtodíui legem tuam.
Hæc facta eſt mihi: ⋆ quia iuſtificatiónes tuas exquiſíui.
Pórtio mea Dómine: ⋆ dixi cuſtodíre legem tuam.
Deprecátus ſum fáciem tuam in toto corde meo: ⋆ miſerére mei ſecúndùm elóquium tuum.
Cogitáui vias meas: ⋆ & conuérti pedes meos in teſtimónia tua.
Parátus ſum, & non ſum turbátus: ⋆ vt cuſtódiam mandáta tua.
Funes peccatórum circumpléxi ſunt me: ⋆ & legem tuam non ſum oblítus.
Média nocte ſurgébam ad confiténdum tibi: ⋆ ſuper iudícia iuſtificatiónis tuæ.
Párticeps ego ſum ómnium timéntium te: ⋆ & cuſtodiéntium mandáta tua.
Miſericórdia tua, Dómine, plena eſt terra: ⋆ iuſtificatiónes tuas doce me.
BOnitátem feciſti cum ſeruo tuo, Dómine: ⋆ ſecúndùm verbum tuum.
Bonitátem, & diſciplínam, & ſciéntiam doce me: ⋆ quia mandátis tuis crédidi.
Priúſquàm humiliárer, ego delíqui: ⋆ proptérea elóquium tuum cuſtodíui.
Bonus es tu: ⋆ & in bonitáte tua doce me iuſtificatiónes tuas.

Multiplicáta eſt ſuper me iníquitas ſuperbórum: ★ ego autem in toto corde meo ſcrutábor mandáta tua
Coagulátum eſt, ſicut lac, cor eórum: ★ ego verò legem tuam meditátus ſum.
Bonum mihi quia humiliáſti me: ★ vt diſcam iuſtificatiónes tuas.
Bonum mihi lex oris tui, ★ ſuper míllia auri & argénti.
Manus tuæ fecérunt me, & plaſmauérunt me: ★ da mihi intelléctum, & diſcam mandáta tua.
Qui timent te vidébunt me, & lætabúntur: ★ quia in verba tua ſuperſperáui.
Cognóui Dómine quia æquitas iudícia tua: ★ & in veritáte tua humiliáſti me.
Fiat miſericórdia tua vt conſolétur me, ★ ſecúndùm elóquium tuum ſeruo tuo.
Véniant mihi miſeratiónes tuæ, & viuam: ★ quia lex tua meditátio mea eſt.
Confundántur ſupérbi, quia iniúſtè iniquitátem fecérunt in me: ★ ego autem exercébor in mandátis tuis.
Conuertántur mihi timéntes te: & qui nouérunt teſtimónia tua.
Fiat cor meum immaculátum in iuſtificatiónibus tuis: ★ vt non confúndar.
DEfécit in ſalutáre tuum ánima mea: ★ & in verbum tuum ſuperſperáui.
Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, ★ dicéntes: Quando conſoláberis me?

Quia factus sum ſicut vter in pruína : ⋆ iuſtificatiónes tuas non ſum oblítus.
Quot ſunt dies ſerui tui : ⋆ quando fácies de perſequéntibus me iudícium?
Narrauérunt mihi iníqui fabulatiónes : ⋆ ſed non vt lex tua.
Omnia mandáta tua véritas : ⋆ iníquè perſecúti ſunt me, ádiuua me.
Paulóminùs conſummauérunt me in terra : ⋆ ego autem non derelíqui mandáta tua.
Secúndùm miſericórdiam tuam viuífica me : ⋆ & cuſtódiam teſtimónia oris tui.
In ætérnum Dómine, ⋆ verbum tuum pérmanet in cælo.
In generatiónem & generatiónem véritas tua : ⋆ fundáſti terram, & pérmanet.
Ordinatióne tua perſeuérat dies : ⋆ quóniam ómnia ſéruiunt tibi.
Niſi quòd lex tua, meditátio mea eſt : ⋆ tunc fortè periíſſem in humilitáte mea.
In ætérnum non obliuíſcar iuſtificatiónes tuas : ⋆ quia in ipſis viuificáſti me.
Tuus ſum ego, ſaluum me fac : ⋆ quóniam iuſtificatiónes tuas exquiſíui.
Me expectauérunt peccatóres vt pérderent me : ⋆ teſtimónia tua intelléxi.
Omnis conſummatiónis vidi finem : ⋆ latum mandátum tuum nimis.
QVómodo diléxi legem tuam, Dómine? ⋆ tota die meditátio mea eſt.

Super inimícos meos prudéntem me fecísti mandáto tuo: quia in ætérnum mihi est.
Super omnes docéntes me intelléxi: ⋆ quia mandáta tua meditátio mea est.
Super senes intelléxi: ⋆ quia mandáta tua quæsíui.
Ab omni via mala prohíbui pedes meos: ⋆ vt custódiam verba tua.
A iudíciis tuis non declináui: ⋆ quia legem posuísti mihi.
Quàm dúlcia fáucibus meis elóquia tua: ⋆ super mel ori meo!
A mandátis tuis intelléxi: ⋆ proptérea odíui omnem viam iniquitátis.
Lucérna pédibus meis verbum tuum: ⋆ & lumen sémitis meis.
Iuráui, & státui: ⋆ custodíre iudícia iustítiæ tuæ.
Humiliátus sum vsquequáque Dómine: ⋆ viuífica me secúndùm verbum tuum.
Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine: ⋆ & iudícia tua doce me.
Anima mea in mánibus meis semper: ⋆ & legem tuam non sum oblítus.
Posuérunt peccatóres láqueum mihi: ⋆ & de mandátis tuis non erráui.
Hereditáte acquisiui testimónia tua in ætérnum: ⋆ quia exultátio cordis mei sunt.
Inclináui cor meum ad faciéndas iustificatiónes tuas in ætérnum: ⋆ propter retributiónem.

Iniquos

INíquos ódio hábui: * & legem tuam diléxi.
Adiútor & suscéptor meus es tu: * & in verbum tuum supersperáui.
Declináte à me malígni: * & scrutábor mandáta Dei mei.
Súscipe me secúndùm elóquium tuum, & viuam: * & non confúndas me ab expectatióne mea.
Adiuua me, & saluus ero: * & meditábor in iustificatiónibus tuis semper.
Spreuísti omnes discedéntes à iudíciis tuis: * quia iniústa cogitátio eórum.
Præuaricántes reputáui omnes peccatóres terræ: * ídeò diléxi testimónia tua.
Confíge timóre tuo carnes meas: * à iudíciis enim tuis tímui.

FEci iudícium, & iustítiam: * non tradas me calumniántibus me.
Súscipe seruum tuum in bonum: * non calumniéntur me supérbi.
Oculi mei defecérunt in salutáre tuum: * & in elóquium iustítiæ tuæ.
Fac cum seruo tuo secúndùm misericórdiam tuam: * & iustificatiónes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego: * da mihi intelléctum, vt sciam testimónia tua.
Tempus faciéndi Dómine: * dissipauérunt legem tuam.
Ideò diléxi mandáta tua, * super aurum & topázion.

Super inimícos meos prudéntem me fecísti mandáto tuo: quia in ætérnum mihi eſt.
Super omnes docéntes me intelléxi:* quia mandáta tua meditátio mea eſt.
Super ſenes intelléxi: * quia mandáta tua quæsíui.
Ab omni via mala prohíbui pedes meos: * vt cuſtódiam verba tua.
A iudíciis tuis non declináui: * quia legem poſuíſti mihi.
Quàm dúlcia fáucibus meis elóquia tua: * ſuper mel ori meo!
A mandátis tuis intelléxi: * proptérea odíui omnem viam iniquitátis.
Lucérna pédibus meis verbum tuum: * & lumen ſémitis meis.
Iuráui, & ſtátui: * cuſtodíre iudícia iuſtítiæ tuæ.
Humiliátus ſum vſquequáque Dómine: * viuífica me ſecúndùm verbum tuum.
Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine: * & iudícia tua doce me.
Anima mea in mánibus meis ſemper: * & legem tuam non ſum oblítus.
Poſuérunt peccatóres láqueum mihi: * & de mandátis tuis non erráui.
Hereditáte acquisíui teſtimónia tua in ætérnum: * quia exultátio cordis mei ſunt.
Inclináui cor meum ad faciéndas iuſtificatiónes tuas in ætérnum: * propter retributiónem.

Iniquos

INíquos ódio hábui : * & legem tuam diléxi.
Adiútor & suscéptor meus es tu : * & in verbum tuum supersperáui.
Declináte à me malígni : * & scrutábor mandáta Dei mei.
Súscipe me secúndùm elóquium tuum, & viuam : * & non confúndas me ab expectatióne mea.
Adiuua me, & saluus ero : * & meditábor in iustificatiónibus tuis semper.
Spreuísti omnes discedéntes à iudíciis tuis : * quia iniústa cogitátio eórum.
Præuaricántes reputáui omnes peccatóres terræ : * ídeò diléxi testimónia tua.
Confíge timóre tuo carnes meas : * à iudíciis enim tuis tímui.

FEci iudícium, & iustítiam : * non tradas me calumniántibus me.
Súscipe seruum tuum in bonum : * non calumniéntur me supérbi.
Oculi mei defecérunt in salutáre tuum : * & in elóquium iustítiæ tuæ.
Fac cum seruo tuo secúndùm misericórdiam tuam : * & iustificatiónes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego : * da mihi intelléctum, vt sciam testimónia tua.
Tempus faciéndi Dómine : * dissipauérunt legem tuam.
Ideò diléxi mandáta tua, * super aurum & topázion.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar: * omnem viam iníquam ódio hábui.

MIrabília testimónia tua: * ídeò scrutáta est ea ánima mea.
Declarátio sermónum tuórum illúminat: * & intelléctum dat páruulis.
Os meum apérui, & attráxi spíritum: * quia mandáta tua desiderábam.
Aspice in me, & miserére mei: * secúndùm iudícium diligéntium nomen tuum.
Gressus meos dírige secúndùm elóquium tuum: * vt non dominétur mei omnis iniustítia.
Rédime me à calúmniis hóminum: * vt custódiam mandáta tua.
Fáciem tuam illúmina super seruum tuum: * & doce me iustificatiónes tuas.
Exitus aquárum deduxérunt óculi mei: * quia non custodiérunt legem tuam.
Iustus es Dómine: * & rectum iudícium tuum.
Mandásti iustítiam testimónia tua: * & veritátem tuam nimis.
Tabéscere me fecit zelus meus: * quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.
Ignítum elóquium tuum veheménter: * & seruus tuus diléxit illud.
Adolescéntulus sum ego, & contémptus: * iustificatiónes tuas non sum oblítus.
Iustítia tua, iustítia in ætérnum: * & lex tua véritas.

Tribulátio & angústia inuenérunt me: * mandáta tua meditátio mea est.
Æquitas testimónia tua in ætérnum: * intelléctum da mihi, & viuam.


CLamáui in toto corde meo, exáudi me Dómine: * iustificatiónes tuas requíram.
Clamáui ad te, saluum me fac: * vt custódiam mandáta tua.
Præuéni in maturitáte, & clamáui. * quia in verba tua supersperáui.
Præuenérunt óculi mei ad te dilúculo: * vt meditárer elóquia tua.
Vocem meam audi secúndùm misericórdiam tuam Dómine: * & secúndùm iudícium tuum viuífica me.
Appropinquauérunt persequéntes me iniquitáti: * à lege autem tua longè facti sunt.
Propè es tu Dómine: * & omnes viæ tuæ véritas.
Inítio cognóui de testimóniis tuis: * quia in ætérnum fundásti ea.
Vide humilitátem meam, & éripe me: * quia legem tuam non sum oblítus.
Iúdica iudícium meum, & rédime me: * propter elóquium tuum viuífica me.
Longè à peccatóribus salus: * quia iustificatiónes tuas non exquisiérunt.
Misericórdiæ tuæ multæ Dómine: secúndùm iudícium tuum viuífica me.


Multi qui perſequúntur me, & tríbulant me : ⋆ à teſtimóniis tuis non declináui.
Vidi præuaricántes, & tabeſcébam : ⋆ quia elóquia tua non cuſtodiérunt.
Vide quóniam mandáta tua diléxi Dómine : ⋆ in miſericórdia tua viuífica me.
Princípium verbórum tuórum, véritas : ⋆ in ætérnum ómnia iudícia iuſtítiæ tuæ.


PRíncipes perſecúti ſunt me gratis : ⋆ & à verbis tuis formidáuit cor meum.
Lætábor ego ſuper éloquia tua, ⋆ ſicut qui inuénit ſpólia multa.
Iniquitátem ódio hábui, & abominátus ſum : ⋆ legem autem tuam diléxi.
Sépties in die laudem dixi tibi : ⋆ ſuper iudícia iuſtítiæ tuæ.
Pax multa diligéntibus legem tuam : ⋆ & non eſt illis ſcándalum.
Expectábam ſalutáre tuum Dómine : ⋆ & mandáta tua diléxi.
Cuſtodíuit ánima mea teſtimónia tua : ⋆ & diléxit ea veheménter.
Seruáui mandáta tua, & teſtimónia tua : ⋆ quia omnes viæ meæ in conſpéctu tuo.
Appropínquet deprecátio mea in conſpéctu tuo Dómine. ⋆ iuxta elóquium tuum, da mihi intelléctum.
Intret poſtulátio mea in conſpéctu tuo : ⋆ ſecúndùm elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cùm docúeris me iustificatiónes tuas.
Pronunciábit lingua mea elóquium tuum: * quia ómnia mandáta tua æquitas.
Fiat manus tua, vt saluet me: * quóniam mandáta tua elégi.
Concupíui salutáre tuum Dómine: * & lex tua meditátio mea est.
Viuet ánima mea, & laudábit te: * & iudícia tua adiuuábunt me.
Erráui, sicut ouis quæ périit: * quære seruum tuum, quia mandáta tua non sum oblítus.
Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

Antiphona.


Chorus Angelórum eam suscípiat, & in sinu


Abrahæ, eam cóllocet, vt cum Lázaro quondam


páupere ætérnam hábeat réquiem.

Oratio. Orémus.

DIri vúlneris nouitáte percúlsi, & quodámmodo córdibus sauciáti, misericórdiam tuam mundi Redémptor, flebílibus vócibus implorámus, vt chari nostri (vel charæ nostræ, vel charórum nostrórum) ánimam (vel ómnium fidélium defunctórum ánimas) ad tuam cleméntiam (qui fons pietátis es) reuerténtem, (vel reuerténtes) blandè leniterque suscípias: & quas illa (vel illæ) ex carnáli commoratióne contráxit (vel contraxérunt) máculas: tu Deus inolítâ bonitáte cleménter déleas. Amen.

Piè indúlgeas. ℟. Amen.

Obliuióni in perpétuum tradas. ℟. Amen.

ATque hanc (vel has) laudem tibi cum cæteris redditúram (vel redditúras) & ad corpus próprium quandóque reuersúram (vel ad córpora quandóque reuersúras) sanctórum tuórum cætibus aggregári præcípias. Qui cum Deo Patre & Spíritu sancto viuis & regnas Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Posteà dicat Sacerdos submissâ voce. Pater noster. clarâ voce. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat ei.

℣. Anima eius in bonis demorábitur.
R. Et ſemen eius hereditábit terram.
Si pro pluribus dicatur hic verſus, Animæ eórum in bonis demoréntur.
℟. Et ſemen eórum hæreditábit terram.
℣. Non intres in iudícium cum ſeruo tuo (vel ancílla tua, vel ſeruis tuis) Dómine.
℟. Quia non iuſtificábitur in conſpéctu tuo omnis viuens.
℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam eius, (vel ánimas eórũ.)
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

PArtem beátæ reſurrectiónis obtíneant (vel obtíneat,) vitámque ætérnam habére mereántur (vel mereátur) in cælis: per te Ieſu Chriſte ſaluátor mundi. Qui cum Patre & Spíritu ſancto viuis & regnas Deus, Per ómnia ſæcula ſæculórum. Amen.

Alia Oratio.

DEus, cui ſoli cómpetit medicínam præſtáre poſt mortem: præſta quæſumus, vt ánima fámuli tui (vel fámulæ tuæ) & ánimæ ómnium fidé-

lium defunctórum terrénis exúta (vel exútæ) contágiis, in tuæ redemptiónis parte numerétur (vel numeréntur.) Qui viuis & regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

℣. Requiéscant in pace.

℟. Amen.

Duæ istæ Orationes Partem beátæ resurrect. & Deus cui soli. non dicuntur in die omnium fidelium Defunctorum, sed sola oratio Fidélium. vt suprà.

DE



DE EXEQVIIS.



ACRAS cæremonias ac ritus, quibus ex antiquißima traditione & summorum Pontificum institutis, Sancta Mater Ecclesia Catholica in filiorum suorum Exequiis, vti solet; tanquam vera Religionis mysteria, Christianæque pietatis signa, & fidelium mortuorum saluberrima suffragia, Paroch i summo studio seruare debent, atque vsu retinere.

His itaque præstandis, quâ par est modestiâ ac deuotione, ita se habebunt, vt ad defunctorum salutem, simulque ad viuorum pietatem, quemadmodùm verè sunt, non ad quæstum, eiusmodi ritus sancti instituti esse videantur.

Nullum corpus sepeliatur nisi duodecim saltem horis postquam spiritum exhalarit: Quòd si de improuiso mors, aut morbi alicuius repentina vis occupauit, is ne in Sepulchrum inferatur, nisi post viginti quatuor ab eiusmodi repentino euentu, horas.

Quod antiquissimi est instituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur; vt Missa, præsente corpore defuncti, pro eo celebretur, antequam sepulturæ tradatur, excepto tempore pestis, de quo infra: quod cùm maioribus anni festiuitatibus fieri non debeat, ideò ad sequentem diem differatur sepultura; vel si id fieri non poßit, ad Vesperam diei post Officium celebratum, aut etiam si

grauißima necessitas vrgeat, ita fiat, vt tamen Missa de Defunctis non celebretur.

Si quis non solemniori die festo, vel Dominica sit sepeliendus; Missa propria pro Defunctis præsente corpore celebrari poterit, dum tamen maior Missa & Officia diuina non impediantur.

Caueant omninò Parochi, aliique Sacerdotes, ne sepulturæ, vel exequiarum, seu Officij mortuorum causâ quicquam paciscantur aut sordidè exigant; sed iis contenti sint, quæ aut probata consuetudine dari solent, aut Ordinarius constituerit.

Cùm autem antiquißimi ritus Ecclesiastici sit cereos accensos in exequiis & funeribus deferre; caueant Parochi, ne eiusmodi ritus omittatur, ac ne quid auarè, aut indignè in eo committatur.

Pauperes verò, quibus nihil, aut ita parum superest, vt propriis impensis humari non poßint, gratis omnino sepeliantur.

Quod ratione sepulturæ & obsequiarum funeralium dabitur, id neque in publico, neque in Ecclesia recipiatur, sed priuatim sine strepitu & scandalo.

Corpora prope altaria, si fieri potest, non sepeliantur.

Sepulchra Sacerdotum, & Clericorum cuiuscumque Ordinis, vbi fieri potest à sepulchris laïcorum separata sint, ac decentiori loco sita; atque ita, vt alia pro Sacerdotibus, alia pro inferioris Ordinis Ecclesiæ ministris destinata sint.

Atque vt pia commiseratione fideles erga defunctos moueantur, monebit Parochum suos Parochianos, D. Archiepiscopum iis qui sono campanæ moniti pro

anima recens egressa è corpore Psalmum De profundis: *semel, vel orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam ter recitauerint, concedere* 40. *dierum Indulgentiam.*

Nullum porro cadauer perpetuæ sepulturæ traditum, ex vlla cuiusuis Ordinis Ecclesia aut cæmeterio, asportari liceat, aut etiam de vno sepulchro in aliud transferri, quamuis intra idem cæmeterium, nisi de licentia speciali D. Archiepiscopi.

Corpora defunctorum quando in Ecclesia sepeliuntur, ponenda sunt pedibus versus altare: vel, si conduntur in Oratoriis aut Capellis, ponantur pedibus versis ad illarum altaria, quod etiam pro situ & loco fiat in aliis Sepulchris. Presbyteri verò habeant caput versùs altare.

Cæterùm nemo Christianus in communione fidelium defunctus, extra Ecclesiam aut cæmeterium ritè benedictum sepeliri debet.

Ne mulieres vel virgines aut puellæ ad sepulchrum efferant corpora fidelium vel mulierum seu puellarum, aut quatuor pallij mortualis partes extremas teneant.

Cauere debent etiam Sacerdotes, ne pallia, seu alia quæuis ornamenta altarium, aut vestes sacræ ad ornamentum feretri, vel tumbæ, aut pompæ funebris, aut alium quemlibet eiusmodi vsum adhibeantur, quacumque defunctus fulserit dignitate.

Tempore pestis nullum corpus in Ecclesia aut eius vestibulo sepeliatur; sed neque in eandem vllo modo inferatur, aut in ipso vestibulo etiam ad tempus depo-

natur, quouis prætextu: sed omnia ab ipso loco in quo decesserint, recta in cœmeterium deferantur, & confestim tradantur sepulturæ.

Cœmeteria porrò ipsa prouideant, vt, ad arcendos incursus bestiarum & profanationes prohibendas, semper muro ad iustam altitudinem cincta sint, aut saltem, vbi lapidum materia non erit, densis sepibus & fossa vndique clausa sint, neque in iis patiantur haberi nundinas & mercatus, aut quoquo modo merces venales exponi, aut ludi pila, aut alio quouis genere ludi, aut exhiberi spectacula, aut choreas duci, aut segetes teri seu ventilari, aut etiam prætextu vtilitatis Ecclesiæ, ea ad animalium pastionem locari; aut omnino in iis quicquam profanum & indecens fieri, cùm loca sancta sint.

Cùm efferetur cadauer defuncti è Parochia in aliam Ecclesiam vt sepeliatur, fiet præsentatio à Parocho in naui Ecclesiæ. Prauum autem abusum, quem nonnulli minùs piè ac religiosè de mysteriis nostris sentientes introducere conantur, vt nempe deportentur defunctorum corpora vel è domo in Parochiam, vel è Parochia in aliam Ecclesiam, clam & in curru, & non cum Clero incedente atque canente solemni ritu, sub pœnis arbitrio D. Archiepiscopi infligendis omnino prohibitum sciant, nisi cùm extra vrbem, vel oppidum, in alio loco sepeliri debent.

Antiqua consuetudo seruetur, vt sepeliendorum extra Parochiam corpora prius in Ecclesiam Parochialem, vt ibi pro iis preces ad Deum fundantur, quam in locum Sepulturæ deferantur.

Habeat Parochus penes se Librum, in quo diligenter scribat nomen, cognomen & qualitatem defuncti tum adulti, tum etiam paruuli, atque Parochiam habitationis illius, quem diligenter asseruet, neque à laicis temerè attrectari patiatur.



Quibus non licet dare Ecclesiasticam Sepulturam.

IGnorare non debet Parochus, qui ab Ecclesiastica sepultura ipso iure sint excludendi, ne quemquam ad illam contra Sacrorum Canonum decreta vnquam admittat.

Negetur igitur Ecclesiastica Sepultura Paganis, Iudæis, & omnibus infidelibus, hæreticis, & eorum fautoribus, Apostatis à Christiana fide, Schismaticis, & publicis excommunicatis maiori excommunicatione, interdictis nominatim, & iis qui sunt in loco interdicto, durante interdicto.

Seipsos occidentibus, ob desperationem vel iracundiam (non tamen si ex insania id accidat) nisi antè mortem dederint signa pœnitentiæ.

Manifestis & publicis peccatoribus, qui sine pœnitentia perierunt.

Iis, de quibus publicè constat, quòd semel in anno non susceperint Sacramenta Confessionis & Cõmunionis in Pascha, & absque vllo signo contritionis obierint.

Infantibus mortuis absque Baptismo.

Vbi verò in prædictis casibus dubium occurrerit, consulatur D. Archiepiscopus, vel eius Vicarij.

ORDO SEPVLTVRÆ
Adultorum.

COnſtituto tempore, quo corpus ad Eccleſiam deferendum eſt, conuocetur Clerus, & alij, qui funeri intereſſe debent, & in Eccleſiam, iuxta loci conſuetudinem, ordine conueniant, ac datis certis campanæ ſignis, eo modo & ritu, quo in eo loco fieri ſolet, Parochus indutus ſuperpelliceo & ſtolâ nigra, Clerico vel alio miniſtro præferente crucem ad domum defuncti, vel ad locum vbi poſitum eſt corpus, vnà cum reliquis è Clero modeſtè in ſilentio & ordinatim præeuntibus, procedit.

Cùm ad locum ventum fuerit, Parochus corpus aſpergit aquâ benedictâ in modum crucis dicendo altâ voce.

S. Requiéſcat in pace.

℟. Amen.

Mox Parochus ipſe, aut alius, prout cuiuſque Eccleſiæ ordo poſtulat, inchoat Pſalmum De profúndis, qui totus alternatim dicitur à choro: quo finito Parochus dicit;

S. Requiéſcat in pace.

℟. Amen.

S. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

S. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Posteà dicit Parochus Orationem propriam secundùm diuersitatem personarum, vt suprà pag.224 sub finem Vigiliarum Defunctorum, aspergitque feretrum aquâ benedictâ, dicendo.

℣. Requiéscat in pace.

℟. Amen.

Deinde dicit submissâ voce.

Suscípiat te Christus qui vocáuit te, & in sinum Abrahæ Angéli dedúcant te.

Tum verò ordinatur Processio in hunc modum. Prælatâ Cruce, anteit Clerus per ordinem, binique procedunt modestè & deuotè cantantes. Líbera me Dómine, &c. vsque ad Ecclesiam Parochialem, in cuius ingressu dicit Parochus aspergendo feretrum aquâ benedictâ.

Aperíte mihi portas iustítiæ, ingréssus in eas confitébor Dómino: hæc porta Dómini, iusti intrábunt in eam.

Deposito autem corpore in naui Ecclesiæ, quantùm fieri poterit; statim celebretur Missa solemnis pro Defunctis, si tempus congruum fuerit, aliàs cantetur primum Nocturnum Vigiliarum sine Laudibus, vel Vesperæ Defunctorum pro consuetudine loci.

Finitâ Missâ, Parochus depositâ casulâ & manipulo ad cornu Epistolæ, accipit pluuiale seu cappam nigri coloris, & statim defertur feretrum ad tumulum à portitoribus præeunte Clero & canente. ℟. Líbera me, vel Qui Lázarum aut aliud ℟. ex officio Vigiliarum Defunctorum pro cuiusque

loci consuetudine,& in fine illius dicitur à Parocho Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Deinde altâ voce Parochus dicit, Pater noster. quod secretò absoluitur, & in fine dicit clarâ voce. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℞. Sed líbera nos, &c.

S. In memória ætérna erit iustus.

℞. Ab auditióne mala non timébit.

S. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimam eius.

S. Credo vidére bona Dómini.

℞. In terra viuéntium.

Posteà à Clero dicitur alternatim De profúndis vt suprà. Tum Parochus, postquam aspersit aquâ benedictâ corpus defuncti & tumulũ, extremâ palâ humi signũ Crucis imprimens, terram iniicit super corpus defuncti dicẽs submissâ voce. De terra plasmásti me, & carnem induísti me redémptor meus Dómine, resúscita me in nouíssimo die. In nómine Patris ✠ facit crucem super terram, quam proiicit super corpus, & Fílij, & Spíritus sancti. Amen. Quod ter facit singulis vicibus dicens; De terra plasmásti me, &c. Deinde iterùm aspergit corpus aquâ benedictâ.

Finito Psalmo De profúndis, Parochus dicit Requiéscat in pace. ℞. Amen.

S. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum Spíritu tuo.

Deinde

Deinde Orationem secundùm diuersitatem personarum, vt suprà. fol. 178. qua dicta Sacerdos aspergit sepulchrum Defuncti dicendo. Requiéscat in pace. ℟. Amen.

Postremò recedendo submissâ voce dicit. Animæ ómnium fidélium defunctórum per Dei misericórdiam requiéscant in pace. ℟. Amen.

Peracto ad hunc modum officio sepulturæ, si extra Ecclesiā facta sit, vniuersus Clerus præeunte Cruce eo ordine, quo venerat, in Ecclesiam reuertitur modestè, & cum silentio incedens; neque decet quemquam priùs, dimisso cœtu, dilabi (nisi ad necessaria Ecclesiæ officia,) aut fabulandi gratiâ congressibus laïcorum se commiscere.

Reuersus Parochus ad Ecclesiam, notat in Libro funerum diem sepulturæ, ac nomen, cognomen & qualitatem defuncti, atque Parochiam habitationis illius.

Si quis ex Parœcianis extra propriam Parœciam voluerit sepeliri, Curatus vel Vicarius loci vbi est mortuus, his, vel similibus verbis poterit alterum Parœcum alloqui.

NEmini dubium est (Pastor vigilantissime) vitæ probitate & sanctimonia cumulatis viris, post animæ à corpore discessum, iusta soluenda esse. Id enim testatur illa grauis & sapiens Regis Ecclesiastici vox; *Timenti Deum, benè erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur:* Quæ laus,

si cui vnquam iure & meritò tributa est, huic certe Parœciano nostro vitæ probitate spectatissimo, & virtutibus Christianis instructissimo tribuenda est. Siquidem antequàm ad aliam commigraret vitam, primùm quidem Sacramenta, quibus morituri præmuniri, & Deo cõciliari solent, poposcit, atque magna cum animi deuotione & diuinæ maiestatis veneratione suscepit. Quamobrem vt, quod breui fore speramus, è tenebris & vinculis in lucem libertatemque assertus promissam piis omnibus possideat hæreditatem; eius animam vestris commendamus precibus. Et quoniam locum sepulturę apud vos elegit, supplices à vobis contendimus, vt ipsum tam laudabili voto frui permittatis, corpúsque illius terræ sanctæ mandare dignemini.

De Exequiis paruulorum.

PAruulorum corpora, qui sine baptismo ex hac vita decesserunt, etiam si ex parentibus baptizatis sint geniti, in loco sacro non sunt humanda: sed tamen, quantùm fieri potest in loco honesto recondantur, propter humanæ conditionis & formæ dignitatem, neque eorum sepulturæ aut Sacerdos intersit, aut preces vllæ adhibeantur, cùm iis prodesse nullo modo possint.

Infantes verò seu paruuli, qui suscepto baptismo, ante vsum rationis mortui sunt, cùm in communione Ecclesiæ viuant; eorum corpora, vt potè quæ sancti Spiritus vasa fuerint in loco sacro sunt cũ honore sepelienda. Sed,

quia per ætatem peccare non potuerunt, neque preces, neque Sacrificia, aut ſuffragia vlla Eccleſiæ iis ſunt neceſſaria.

Quapropter ritus exequiarum qui illis deferuntur, omnino pertinent aut ad honoranda Spiritus ſancti templa, & baptiſmalis innocentiæ reliquias, aut ad proteſtandam fidem reſurrectionis futuræ; aut verò ad agendas Deo gratias, qui infantulorum animas, baptiſmi Sacramento ſanctificatas ſine vllo ſuo merito, ſine periculo ſalutis, ad æternam vitam illicò dignatus eſt euocare. Si quæ verò preces adiunguntur, iis oratur aut pro ſalute viuorum, aut paruulorum occaſione pro aliorum defunctorum quiete.

Itaque ſicubi fert conſuetudo, aut parentum, vel propinquorum deuotio exigit, vt in exequiis infantium Miſſa celebretur: meminiſſe debent Sacerdotes, & de ea re populum ſæpiùs admonere, ne quid malè accipiat, offerri Deo ſacrificium laudis in actionem gratiarum pro paruulis, non autem ad remiſſionem vllius eorum culpæ aut pœnæ iis debitæ.

Idcircò conſultius erit eo caſu celebrare de Trinitate, de Beata Maria, de Angelis, vel de Officio diei occurrentis, non autem de Officio Defunctorum, ne plebs imperita, quæ ſola rerum ſpecie ducitur, dum videt in infantium obitu Sacra & preces fieri perinde atque pro aliis defunctis, eos etiam putet ad exoluendas Purgatorij pœnas Eccleſiæ ſuffragiis indigere.

Si autem, vt rogantium voluntati ſatisfaciant, celebraturi fuerint de Officio Mortuorum: tum intelligant

intentionem propitiatorij ſacrificij, non ad animam paruuli, ſed ad animas parentum, propinquorum & aliorum defunctorum, eſſe referendam.

Ordo ſepeliendi paruulos.

CVm infans, vel puer baptizatus defunctus fuerit ante vſum rationis, Parochus ſuperpelliceo & ſtolâ albâ indutus, & alij de Clero, ſi adſint, præcedente Cruce accedunt ad domum defuncti ſeu ad locum vbi depoſitum eſt corpus. Poſtquàm eò ventum eſt Sacerdos corpus aſpergit aquâ benedictâ dicens.

S. Sit nomen Dómini benedíctum.

℟. Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

Deinde Pſalmus ſequens dicitur à Clero alternatim altâ voce & rectá.

LAudáte púeri Dóminum: ⋆ laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, ⋆ ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

A ſolis ortu vſque ad occáſum, ⋆ laudábile nomen Dómini.

Excélſus ſuper omnes gentes Dóminus: ⋆ & ſuper cœlos glória eius.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis hábitat; ⋆ & humília réſpicit in cœlo & in terra?

Súſcitans de terra ínopem, ⋆ & de ſtércore érigens páuperem.

Vt cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.
Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.
Glória Patri. Sicut erat.

Deinde Parochus dicit.

℣. Hic (Hæc) accípiet benedictiónem à Dómino.
℞. Et misericórdiam à Deo salutári suo.
Kyrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison. ℣. Pater noster. vt suprà.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℞. Sed líbera nos à malo.
℣. Me autem propter inocéntiam suscepísti.
℞. Et confirmásti in conspéctu tuo in ætérnum.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℞. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℞. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens & mitíssime Deus, qui ómnibus páruulis renátis fonte baptísmatis, dum migrant à sæculo, sine vllis eórum méritis vitam illicò largíris ætérnam, sicut animæ huius páruuli (páruulæ) crédimus te fecísse: fac nos, quæsumus, per intercessiónem Beátæ Maríæ semper Vírginis, & ómnium electórum tuórum, hîc purificátis tibi méntibus famulári, & in paradíso beátis páruulis perénniter sociári. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Deinde defertur corpus ad Ecclesiam vel Cœ-

meterium dicendo ℟. Credo quòd Redémptor. vt in 2. Lectione primi Noct. Vigil.

Si autem longior ſit via ad locum Sepulturæ, repetitur idem ℟. lentè & attentè dicitur, non autem aliud.

In ingreſſu Eccleſiæ vel Cœmeterij dicitur à Parocho aquam benedictam proiiciente ſuper corpus defuncti paruuli.

Iúuenes & vírgines, ſenes cum iunióribus: laudáte Dóminum de cœlis.

Et ſtatim à Clero Pſalmus ſequens vſque ad ſepulchrum recto vocis tono.

LAudáte Dóminum de cœlis: * laudáte eum in excélſis, &c. vt ſupra in fine Laudum Defunct.

Glória Patri. Sicut erat.

Tunc Parochus, poſtquam aſperſit corpus defuncti, & tumulum aquâ benedictâ, extremâ palâ humi ſignum crucis imprimens (vt ſuprà in exequiis Adult.) terram proiicit ſuper corpus defuncti dicens ſubmiſſâ voce. De terra plaſmáſti me.

Poſteà Parochus cum Clero dicit alternatim.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon.

Kyrie eléiſon. ℣. Pater noſter. vt ſuprà.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Sínite páruulos veníre ad me.

℟. Tálium eſt enim regnum cœlórum.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, sanctæ puritátis amátor, qui ánimam huius páruuli (paruulæ) ad cœlórum regnum hódie misericórditer vocáre dignátus es: dignéris etiam ita nobíscum misericórditer, ágere, vt méritis tuæ sanctíssimæ passiónis, in eódem regno nos cum ómnibus sanctis & eléctis tuis semper fácias congaudére. Qui viuis & regnas Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Potest etiam secundùm consuetudinem locorum Parochus incipere seq. Antiphonam **Benedícite Dóminum.** & Clerus cantare Psal. **Benedícite ómnia ópera Dómini, &c.** vt suprà in Laudibus Defunct. & in fine repetere Antiphonam. **Benedícite Dóminum omnes eléctì eius, ágite diem lætítiæ, & confitémini illi.**

Orémus.

DEus, qui miro órdine Angelórum ministéria, hominúmque dispénsas: concéde propítius, vt, à quibus tibi ministrántibus in cœlo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum nostrum Iesum, &c.

S. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Demum aquâ benedictâ aspergit Parochus sepulchrum infantis nihil dicendo.

Et recedendo dicit submissâ voce pro omnibus fidelibus defunctis.

Animæ ómnium fidélium defunctórum per Dei misericórdiam requiéscant in pace. ℟. Amen.

Ordo Sepulturæ Sacerdotum.

DEposito corpore in Ecclesia, cantatur Missa, si tempus congruum fuerit; quâ finitâ Sacerdos depositâ casulâ & manipulo ad cornu Epistolæ, accipit pluuiale seu cappam nigri coloris: & vnus de Clero accipit crucem, & accedit ad feretrum, & se sistit ad pedes defuncti medius inter duos Acolythos seu Ceroferarios cum candelabris seu cereis accensis, ita vt Sacerdotem ex aduerso stantem aspiciat, & imaginem Crucifixi ei obuertat; posteà omnes alij de Clero veniunt ordinatim in gradu suo & stant in circuitu feretri in modum rotæ: tum Sacerdos cum Diacono, Subdiacono & assistentibus ministris factâ reuerentiâ altari, sequitur & sistit se aduersus Crucem ad caput defuncti in medio Diaconi & Subdiaconi, retróque astantibus ei à sinistris duobus Acolythis, vno cum Thuribulo & nauicula incensi, altero cum vase aquæ benedictæ & aspersorio; Tunc Sacerdos absolutè dicit sequentem Orationem.

Non intres in iudícium cum seruo tuo Dómine; quia nullus apud te iustificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio. Non ergo eum tua, quæsumus, iudiciális senténtia premat, quem tibi vera supplicátio fidei Christiánæ cõméndat; sed grátiâ tuâ illi succurrénte mereátur euádere iudícium vltiónis, qui dum vigéret insignitus

tus eſt ſignáculo ſanctæ Trinitátis. Qui viuis & regnas Deus in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Poſteà Choriſtæ incipiunt. ℟. Subuénite ſancti. vt ſuprà in comm. animarum, quod cantatur à Clero integrum; Deinde Choriſtæ cantant. Chorus Angelórum, &c. & ſub eodem cantu, ℣. Réquiem. Clero repetente inſuper Offeréntes eam. Finito ℟. addit Sacerdos.

Kyrie eléiſon. Cl. Chriſte eléiſon.
Kyrie eléiſon.

Antequam verò finiatur ℟. Diaconus, & Subdiaconus cum Acolythis, deferentibus incenſum & aquam benedictam, accedunt ad Sacerdotem; & cùm cantatur, Réquiem ætérnam. Diaconus accipit thuribulum, & Subdiaconus nauiculam & accedunt ad ipſum Sacerdotem, qui imponit incenſum in thuribulo, dicens. Ab illo benedicáris, in cuius honóre cremáberis. Deinde dicto, Kyrie eléiſon. Sacerdos altâ voce dicit Pater noſter, quod dum ſecretò abſoluitur, accipit à Diacono aſperſorium & circuit feretrum, aſpergens illud ter aquâ benedictâ tam ad dexteram quàm ad læuam, Diacono fimbrias pluuialis ſubleuante, & cùm tranſit ante Crucem, facit reuerentiam inclinando caput Cruci; deinde facto circuitu reuerſus ad locum reddit aſperſorium Diacono, à quo mox accipit thuribulum, & eodem modo circuit feretrum & corpus incenſat vt aſperſit. Poſtea reddito thuribulo Diacono, ſtans in loco ſuo altâ voce dicit.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam eius.
℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEus cui ómnia viuunt, & cui non péreunt córpora nostra moriéndo, sed mutántur in mélius: te súpplices deprecámur, vt súscipi iúbeas ánimam fámuli tui N. per manus sanctórum Angelórum deducéndam in sinum amíci tui Abráhæ Patriárchæ, restituéndam suo córpori in nouíssimo iudícij magni die: & quicquid vitiórum diábolo falléntе contráxit, tu pius & miséricors ábluas indulgéndo. Per Christum Dóminum nostrum. Qui tecum viuit & regnat in sǽcula sæculórũ. ℟. Amen.

Finitâ Oratione cantatur à Clero ℟. **Qui Lázarum, &c.** vt supra in 1. Noct. Vigil. & in fine additur ℣. **Réquiem ætérnam.** qui cùm cantatur, Diaconus vnà cum Acolythis portantibus incensum & aquam benedictam, accedit ad Sacerdotem, qui imponit incensum in thuribulo, & dicto **Kyrie eléison.** dicit altâ voce. **Pater noster.** & dum secretò ab aliis recitatur, ipse interim aspergit & incensat, vt priùs, reuersúsque ad locum suum altâ voce dicit.

S. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

S. A porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam eius.

S. Requiéſcat in pace. ℟. Amen.

S. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

S. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

FAc, quæſumus Dómine, hanc cum ſeruo tuo defúncto miſericórdiam, vt factórum in pœnis non recípiat vicem, qui tuam in votis ténuit voluntátem; vt ſicut eum hîc vera fides iunxit fidélium turmis, ita illic eum tua miſerátio ſóciet Angélicis choris. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Poſteà cantatur ℟. Ne recordéris. cum ℣. Requiem (vt in 2. Noct. Vigil.) & Kyrie eléiſon: ac Pater noſter vt priùs. Et cùm cantatur ℣. Requiem. Diaconus accedit vnà cum miniſtris ad Sacerdotem; & dicto Pater noſter, aſpergit & incenſat vt ſuprà. Deinde reuerſus ad locum ſuum dicit altâ voce.

S. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

S. A porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam eius.

S. Requiéſcat in pace. ℟. Amen.

S. Dómine exáudi, &c. ℟. Et clamor meus, &c.

S. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras; quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur, vt ánimam fámuli tui Sacerdótis, quam de hoc sæculo migráre iussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas & sanctórum tuórum iúbeas esse consórtem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Finitâ Oratione cantatur ℟. Líbera me Dómine. cum duobus saltem vel tribus versibus vt in 3. Noct. Vigil. in fine additur, Kyrie eléison, vt suprà & interim ponitur incensum; & dicto, Kyrie eléison, Sacerdos incipit, Pater noster. aspergit & incensat vt prius, & reuersus ad locum suum dicit altâ voce.

S. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
S. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat ei.
S. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam eius.
S. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
S. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
S. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

ABsólue, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui, vt defúnctus sæculo tibi viuat: & quæ per fragilitátem humánæ conuersatiónis peccáta

commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum. Amen.

Tum portitores accipiunt feretrum, & cùm defertur ad tumulum Clerus cantat Antiphonam **Chorus Angelórum.** vt in commend. animæ.

Cùm autem ventum fuerit ad tumulum, Clero hinc inde stante, Sacerdos dicit altâ voce.

Orémus.

DEus, cuius miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt, hunc túmulum benedícere dignáre, eíque Angelum tuum sanctum députa custódem: & cuius corpus hîc sepelítur, ánimam eius ab ómnibus absólue vínculis delictórum, vt in te cum sanctis tuis sine fine lætétur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde Sacerdos aquâ benedictâ aspergit corpus defuncti & tumulum, & postea incensat vtrumque. His peractis incipit Antiphonam **Credo Dómine.** & Clerus cantat alternatim Psalmum **De profúndis.** quo dicto repetitur Antiphona. **Credo Dómine.** vt in fine Laudum Defunct.

Posteà Sacerdos dicit. Orémus,

FRatres chárissimi, pro spíritu Fratris nostri, quem Dóminus Deus de láqueo huius sæculi liberáre dignátus est; cuius corpúsculum hódie sepultúræ tráditur, vt eũ píetas Dómini in sinu Abrahæ, Isaac & Iacob, collocáre dignétur; vt cùm iudícij dies aduénerit, inter sanctos & eléctos suos ipsum in parte dextra collocándum resuscitári fáciat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

DEus, cui omnia viuunt, & cui non péreunt moriéndo fidélium córpora, ſed mutántur in mélius; te ſúpplices deprecámur, vt quicquid ánima fámuli tui N. vitiórum tuæque voluntáti contrárium, fallénte diábolo ſeu própriâ iniquitáte, vel fragilitáte contráxit; tu pius ac miſéricors ábluas indulgéndo, eámque ſúſcipi iúbeas per manus ſanctórum Angelórum tuórum deducéndam in ſinum Patriarchárum & Prophetárum tuórum Abrahæ ſcílicet amíci tui, Iſáac elécti tui, & Iacob dilécti tui, à quo aufúgit dolor atque triſtítia, & ſuſpírium, fidélium quóque ánimæ felíci iucunditáte lætántur: & in nouíſſimo iudícij magni die inter ſanctos & eléctos tuos eam fácias perpétuæ glóriæ percípere portiónem, quam óculus non vidit, nec auris audíuit, nec in cor hóminis aſcéndit, quam præparáſti diligéntibus te. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℞. Amen.

Orémus.

TEméritas quidem eſt, Dómine, vt homo hóminem, cinis cínerem, mortális mortálem tibi Dómino Deo noſtro áudeat commendáre. Sed quia terra ſúſcipit terram, & puluis conuértitur in púluerem donec omnis caro in ſuam redigátur oríginem: proínde tuam, piíſſime Pater, lachrymabíliter quæſumus pietátem, vt huius fámuli tui N. ánimam, quam de huius ſæculi cœnulénta vorágine ducis ad pátriam, in Abrahæ amíci tui ſinu recípias & refrigérij rore perfúndas: ſit ab æſtuántis

gehénnæ truci incéndio ſegregáta, & beátæ requiéi te donánte coniúncta. Et ſi quæ ſunt illi, Dómine, dignæ cruciátibus culpæ, tu ei grátiâ mitíſſimæ lenitátis indúlge: nec peccáti recipiat vicem, qui tuam in votis ténuit voluntátem. Cúmque finíto mundi término ſupérnum cunctis illúxerit regnum; nouus homo ſanctórum ómnium cœtibus aggregétur, atque cum eléctis tuis reſúrgat in parte déxtera coronándus. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

OPus eſt misericórdiæ, Dómine ſancte Pater, omnípotens ætérne Deus, rogáre pro áliis: & qui pro noſtris ſupplicáre peccátis nequáquam ſufficimus, ſúſcipe, rogámus, ánimam fámuli tui N. reuerténtem ad te. Adſit ei Angelus teſtaménti tui Michácl; & per manus ſanctórũ Angelórũ tuórũ inter ſanctos & eléctos tuos in ſinu Abrahæ, Iſaac & Iacob Patriarchárum tuórum eam collocáre dignéris. Libera eam Dómine de princípibus tenebrárum & de locis pœnárum; ne fámulus tuus vllis iam primæuæ natiuitátis vel ignorántiæ confundátur erróribus, ſed agnoſcátur à tuis: & miſericórdia bonitátis tuæ ad locum refrigérij & quiétis in ſinum Abrahæ transferátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Hìc demittitur corpus defuncti in ſepulchrũ: tum Sacerdos extremâ palâ humi ſignũ crucis imprimẽs terrã iniicit ſuper córpus defuncti dicens ſubmiſſâ

voce. De terra plaſmáſti me, &c. vt ſupra. Interim. Choriſtæ incipiunt Antiphonam, & cantant Pſalmum ſequentem cum Clero.

Antiphona.



De terra. Pſalmus. 138. Dómine. E u o u a e. 2.

DOmine probáſti me, & cognouíſti me: * tu cognouíſti ſeſſiónem meam & reſurrectiónem meam.

Intellexíſti cogitatiónes meas de longè; * ſémitam meam & funículum meum inueſtigáſti.

Et omnes vias meas præuidíſti: * quia non eſt ſermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognouíſti ómnia nouíſſima & antíqua: * tu formáſti me & poſuíſti ſuper me manum tuam.

Mirábilis facta eſt ſciéntia tua ex me: * confortáta eſt, & non pótero ad eam.

Quò ibo à Spíritu tuo: * & quò à fácie tua fúgiam?

Si aſcéndero in cœlum, tu illic es: * ſi deſcéndero in inférnum, ades.


Si ſúmpſero pennas meas dilúculo: * & habitáuero in extrémis maris.

Etenim illuc manus tua dedúcet me: * & tenébit me déxtera tua.


Et dixi, Fórſitan ténebræ conculcábunt me: * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia

Quia ténebræ non obſcurabúntur à te, & nox ſicut dies illuminábitur: ⋆ ſicut ténebræ eius, ita & lumen eius.
Quia tu poſſedíſti renes meos: ⋆ ſuſcepíſti me de vtero matris meæ.
Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es, mirabília ópera tua:⋆&ánima mea cognóſcit nimis.
Non eſt occultátum os meum à te quod fecíſti in occúlto: ⋆ & ſubſtántia mea in inferióribus terræ.
Imperféctum meum vidérunt óculi tui; & in libro tuo omnes ſcribéntur; ⋆ dies formabúntur, & nemo in eis.
Mihi autem nimis honorificáti ſunt amíci tui Deus: ⋆nimis confortátus eſt principátus eórum.
Dinumerábo eos, & ſuper arénam multiplicabúntur: ⋆ exurréxi & adhuc ſum tecum.
Si occíderis Deus peccatóres: ⋆ viri ſánguinum declináte à me.
Quia dícitis in cogitatióne:⋆ Accípient in vanitáte ciuitátes ſuas.
Nonne qui odérunt te Dómine, óderam: ⋆ & ſuper inimícos tuos tabeſcébam?
Perfécto ódio óderam illos: ⋆ & inimíci facti ſunt mihi.
Proba me Deus,& ſcito cor meum: ⋆intérroga me, & cognóſce ſémitas meas.
Et vide, ſi via iniquitátis in me eſt: ⋆ & deduc me in via ætérna.
Réquiem ætérnam dona eis Dómine: ⋆ lux perpétua lúceat eis.



De terra plaſmáſti me, & carnem indu í ſti



me, Redémptor meus Dómine reſúſcita me



in nouíſſimo die.

Poſteà Sacerdos dicit. Orémus.

DEbitum humáni córporis ſepeliéndi offícium, fidélium more compléntes, Deum, cui ómnia viuunt, fidéliter deprecémur: vt hoc corpus fratris noſtri N. à nobis in infirmitáte ſepúltum, in órdine ſanctórum ſuórum reſúſcitet, & eius Spíritum ſanctis ac fidélibus aggregári iúbeat, cum quibus inenarrábili glóriâ & perénni felicitáte pérfrui mereátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui humáno córpori ánimam inſpiráre dignátus es: dum, te iubénte, puluis rédiit in cínerem; tu imáginem tuam cum ſanctis & eléctis tuis ætérnis ſédibus iúbeas ſociári. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

His omnibus absolutis postquàm sepultum fuerit corpus, Sacerdos aquâ benedictâ aspergit tumulum, & dicit altâ voce. Pater noster. quod secretò ab omnibus absoluitur: tum altâ voce dicit.

S. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

S. Non intres in iudícium cum seruo tuo Dómine.

℟. Quia non iustificábitur in conspéctu tuo omnis viuens.

S. A porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam eius.

S. Requiéscat in pace. ℟. Amen.

S. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

S. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

SAtisfáciat tibi, quæsumus Dómine Deus noster, pro ánima fámuli tui fratris nostri N. beatíssimæ Dei genitrícis ac semper Vírginis Maríæ, & beatórum Apostolórum tuórum Petri & Pauli, omniúmque sanctórum tuórum orátio, & præséntis famíliæ tuæ húmilis & deuóta supplicátio: vt peccatórum ómnium véniam, quam precámur, obtíneat, nec eũ patiáris cruciári gehennálibus flammis, quem Fílij tui Dómini nostri Iesu Christi pretióso sánguine redemísti. Qui tecum, & cum Spíritu sancto viuit, & regnat Deus. ℟. Amen.

S. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Anima eius, & ánimæ ómnium fidélium defunctórum per misericórdiam Dei requiéscant in pace.
℟. Amen.

Si sepultura fuerit extra Chorum, cùm Clerus reuertitur ad Chorum cantatur ℟. Meménto mei. (vt in 3. Noct. Vigil. Defunct.) addendo in fine. ℣ Réquiem. quo finito Sacerdos incipit altâ voce, vt suprà. Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.

Tum idem Sacerdos dicit.

Tibi Dómine commendámus ánimam fámuli tui, vt defúnctus sæculo tibi viuat: & peccáta quæ per fragilitátem humánæ conuersatiónis commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Ordo magnæ Sepulturæ sæcularium, quæ fieri potest Principibus & Magnatibus.

DEposito corpore in Ecclesia, cantatur Missa, si tempus congruum fuerit: quâ finitâ Sacerdos depositâ casulâ & manipulo ad cornu Epistolæ, accipit pluuiale seu cappam nigri coloris, & vnus de Clero accipit Crucem, & accedens ad feretrum sistit se ad pedes defuncti medius inter duos Acolythos seu Ceroferarios cum candelabris seu cereis accensis, ita vt Sacerdotem ex aduerso stantem aspiciat, & imaginem Crucifixi ei obuertat; post,

omnes alij de Clero veniunt ordinatim in gradu suo, & stant in circuitu feretri in modum rotæ: tum Sacerdos cum Diacono, Subdiacono, & assistentibus ministris, factâ reuerentiâ altari sequitur, & sistit se aduersus crucem ad caput defuncti in medio Diaconi & Subdiaconi, retróque assistente ei à sinistris Acolytho vno cum vase aquæ benedictæ, & aspersorio. Tunc Sacerdos dicit absolutè sequentem orationem.

NOn intres in iudíciũ cũ seruo tuo (ancilla tua) **Dómine, quóniã nullus apud te iustificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio. Non ergo eum** (eam) **tua quæsumus iudiciális senténtia premat, quem** (quam) **tibi vera supplicátio fídei Christiánæ commendat: sed grátiâ tuâ illi succurrénte mereátur euádere iudícium vltiónis: qui** (quæ) **dum vigéret insignítus** (insignita) **est signáculo sanctæ Trinitátis. Qui viuis & regnas Deus in sæcula sæculórum.** ℟. **Amen.**

Posteà cantatur ℟. **Subueníte sancti,** cum Versu: Chorus, **Réquiem** & Kyrie **eléison,** vt suprà in sepultura Sacerdotum.

Antequàm finiatur ℟. Diaconus & Subdiaconus cum Acolytho aquam benedictam & aspersorium deferente, accedunt ad Sacerdotem, qui dicto Kyrie, &c. incipit altâ voce **Pater noster.** quod dum secretò ab omnibus dicitur, ipse interim accipit aspersorium à Diacono, & circuit feretrum, aspergens illud ter aquâ benedictâ tam ad dexteram quàm ad læuam, Diacono fimbrias pluuialis suble-

uante ; & dum transit ante Crucem facit reuerentiam, inclinando caput cruci. Cùm facto circuitu reuersus ad locum suum reddit aspersorium Diacono, ibi stans altâ voce dicit.

S. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
S. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat eis.
S. Anima eius in bonis demorábitur.
℟. Et semen eius hereditábit terram.
S. Non intres in iudícium cum seruo tuo (ancílla tua) Dómine.
℟. Quóniam non iustificábitur in conspéctu tuo omnis viuens.
S. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
S. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur, vt ánimam fámuli tui (fámulæ tuæ) quam de hoc sæculo migráre iussísti ; in pacis ac lucis regióne constítuas, & sanctórum tuórum iúbeas esse consórtem. Per Dóminum.

Finitâ Oratione, portitores accipiunt feretrum, à quibus cùm defertur ad tumulum cantatur Antiphona **Chorus Angelórum.** vt suprà in sepultura Sacerdotum, quâ dictâ Sacerdos di[...]it Orationem **Deus cuius.** ibidem. Posteà aquâ b[...]dictâ aspergit corpus defuncti & tumulum.

Deinde demittitur corpus defuncti in ſepulchrum; tum Sacerdos dicit. **De terra plaſmáſti me.** & fit vt ſupra in ſepultura Sacerdotum, cantaturque Antiphona. **De terra,** cum Pſalmo. **Dómine probáſti me,** ibidem.

Quibus abſolutis Sacerdos incipit altâ voce. **Pater noſter.** quod ſecretò dicitur ab omnibus, poſteà altâ voce,

S. **Et ne nos indúcas in tentatiónem.**
℟. **Sed líbera nos à malo.**
S. **Réquiem ætérnam dona eis Dómine.**
℟. **Et lux perpétua lúceat eis.**
S. **A porta ínferi.**
℟. **Erue Dómine ánimam eius.**
S. **Credo vidére bona Dómini.**
℟. **In terra viuéntium.**
S. **Dómine exáudi oratiónem meam.**
℟. **Et clamor meus ad te véniat.**
S. **Dóminus vobíſcum.**
℟. **Et cum ſpíritu tuo.**

Orémus.

SVſcipe Dómine ánimam ſerui tui (ancíllæ tuæ) in habitáculum ætérnum, & da ei réquiem & regnum, id eſt Ierúſalem cœléſtem, & in ſínibus Patriarchárum tuórum, ſcílicet Abrahæ, Iſaac & Iacob eam collocáre dignéris: vt partem hábeat in prima reſurrectióne, & inter ſurgéntes ſurgat, & inter ſuſcipiéntes córpora in die reſurrectiónis corpus ſuſcípiat, & cum benedíctis ad déxteram Ieſu Fílij tui veniéntibus véniat, & inter

possidéntes vitam ætérnam possídeat. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

PArtem beátæ resurrectiónis obtíneat, vitámque ætérnam habére mereátur in cœlis, per te Iesu Christe Saluátor mundi. Qui cum Patre & Spíritu sancto viuis & regnas Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Orémus.

ABsólue, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui (fámulæ tuæ) N. ab omni vínculo delictórum, vt in resurrectiónis glória, inter sanctos tuos resuscitátus (resuscitáta) respíret.

FIdélium Deus ómnium cónditor & redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum, remissiónem cunctórum tríbue peccatórum: vt indulgéntiam, quam semper optauérunt, piis supplicatiónibus consequántur. Qui viuis & regnas Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

DE



DE SACRAMENTO ORDINIS.



OVERIT Parochus sui muneris esse occasione datâ, de Ordinis Sacramento verba facere, à quo cætera Ecclesiæ Sacramenta sic dependent, vt sine illo partim confici & administrari nullomodò possint, partim solemni cæremonia, religioso ritu, ac pio cultu carere videantur. In illud autem eò maiori studio incumbat, quo hæc explicatio, primùm quidem illi ipsi proderit, ad eam gratiam resuscitandam, quam hoc Sacramento adeptus est: Deinde aliis qui Ecclesiasticæ vitæ rationem ingressi sunt; tum vt ad officia pietatis Ordinis dignitati conuenientia vehementiùs inflammentur; tum vt Clericalis Ordinis homines ad earum rerum cognitionem erudiantur, quibus viam sibi ad vlteriores gradus faciliùs munire possint: Ac demum cæteris fidelibus, vt Ecclesiastici ministerij, præsertimque Sacerdotalis functionis excellentiam intelligant.

Doceat igitur per Ordinationem nonnullos ab Episcopis ex hominibus assumi in iis quæ ad Deum sunt, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: ea verò sanctissima officia quæ humanâ industriâ geri non possunt, vt ea qua decet ratione gererentur, Christum Dominum ad Sacramenti dignitatem Ordinationem euexisse, quo

præter characterem, gratia sanctificans ministris Ecclesiasticis conferretur.

Calamitosius nihil Ecclesiæ Dei contingere potest, quàm si, qui non sunt vocati, ad hoc ministerium se ipsos arroganter inferant atque intrudant: neque eo consilio vt Deo, Ecclesiæque seruiant; sed vt quæ ad victum, vestitúmque necessaria sunt sibi comparent, vel vt ambitioni, aut opum cupiditati indulgeant: Illis itaque ritè suscipiendis ij soli sunt idonei, qui à legitimis Ecclesiæ ministris vocati, doctrinâ, fide, prudentiâ, vitæ sanctitate cæteris eminent.

Vt magna & salutaris Ecclesiæ vtilitas ex eo existit, cùm pueri bona indole præditi, qui spem afferant se Sacris initiatos Ecclesiæ ministros vtiles fore, initiantur primâ tonsura Clericali, per quam omnibus tam minoribus quàm sacris Ordinibus aperitur ianua, & ad Ecclesiasticæ vitæ normam accuratè erudiuntur: ita plurimorum malòrum radicem esse significet, cum nullo præhabito delectu, neque, qua par est, intentione parentes filios plerumque ineptiores, & qui nullam præ se ferunt spem virtutum disciplinæ sanctißimæ Clericalis, huic sacræ militiæ offerunt adscribendos, adscriptósque religiosè educare, vel educari curare negligunt. Quare frequenter admoneat imprimis, vt, si quos offerre velint, meliores & aptiores Ecclesiastico ministerio deligant, non rei familiaris augendæ causa, non quæstus auiditate, non familiæ suæ sustentandæ studio, non honorum cupiditate, non ambitione, non denique rei alterius cuiusuis humanæ affectu; sed eâ solùm causâ, vt Deo, Ecclesiæque seruiant; deinde suam

operam collocent, vt eâ primâ Clericali tonſurâ initiati vitæ ſpiritualis ſtudiis & exercitationibus imbuantur, & Eccleſiaſticorum virorum pietate præcellentium vtantur conſuetudine.

Præterea doceat tam eos qui primâ tonſurâ Clericali, & ipſis Ordinibus initiari volunt, quàm iiſdem initiatos, hoc ſibi proponant opus eſſe, vt non ſolùm Dei gloriam in omnibus quærant, quod quidem cum omnibus, tum maximè fidelibus commune eſſe conſtat; ſed etiam vt illas virtutes maximè ſectentur, quarum officiis ipſi arctius, quàm alij homines laici deuinciuntur. Atque illæ quidem ſunt, deuotionis, pietatiſque zelus, caſtitas, ſobrietas, pax, charitas, oratio, vſus frequens Sacramentorum ſanctiſſimorum, aliæque multæ vitæ ſpiritualis exercitationes, in quibus perpetuus eſſe debet Eccleſiaſticæ vitæ curſus.

Tum verò adiungat congruentiſſimum fore, ſi, tum ij qui Clericali Tonſurâ & ordinibus initiari volunt, tum etiam qui iis adſcripti ſunt, Eccleſiam Parochialem frequentius, maximéque diebus Dominicis & feſtiuis, adeant: Illi, vt functiones, quas Clerici in Eccleſia obeunt, cæteraque id genus miniſteria ſtudiosè obſeruent: hi verò, vt ordinis ſui munera, quâ decet pietate ac diligentia exequantur. Qui autem ſacro aliquo ordine initiati, ad maiorem promoueri cupiunt, id præcipuè curent, vt D. Archiepiſc. Parochus certum teſtatumque facere queat, quod illi ordinis iam ſuſcepti miniſterio debitè functi fuerint in Eccleſia Parochiali.

Ipſe vero Parochus ſemper quàm diligentiſſimè ob-

seruabit eorum vitæ disciplinam, mores, studiorum & exercitationum Clericalium instituta, omnemque agendi vsum, vt opportuno tempore de iis possit testificari.

Si quis illorum, aliquem ex sacris Ordinibus suscipere in animo habet, tres denunciationes de eo faciat tribus Dominicis vel festiuis diebus (adhibitis iisdem cautionibus, quæ in denunciationum Matrimonij 2. 3. 6. & 7. Regulis infra scribuntur,) in Pronao, vel inter Missæ Parochialis solemnia, ita vt vltima denunciatio facta sit ante Feriam 3. hebdomadæ antecedentis hebdomadam, qua Ordines conferuntur.

Anteaquam ad Subdiaconatum promoueatur, in hunc modum Parochus denunciabit.

MAistre N. N. nay en legitime mariage, & fils de N. & N. ses pere & mere, a l'intention de se presenter à Monseigneur l'Archeuesque de Paris pour receuoir l'Ordre de Soubsdiacre: Si quelqu'vn pretend qu'il soit obligé par promesse de mariage, il nous le doibt signifier, afin qu'il ne passe outre iusques à tant que les promesses soient resoluës. Dauantage si quelqu'vn connoit quelques notables imperfections en ses vie & mœurs contraires à la pureté & honnesteté requise à l'estat Ecclesiastique, ou s'il sçait qu'il soit coupable de quelque crime, ou chargé de grandes debtes, ou qu'il soit obligé à rendre compte du maniement de grande somme de deniers, il nous le doit aussi denoncer, pourueu qu'il ne face mention d'aucune

chose secrette, & qui ne doibt estre reuelée; & qu'il le face pour la gloire de Dieu, & pour l'honneur de son Eglise sans haine ny malice. C'est pour le premier, second, ou troisiéme ban.

Si non sit in legitimo Matrimonio procreatus non dicit (nay en legitime mariage,) neque ante denunciabit quàm ille dispensationem obtinuerit.

Si verò sub titulo Patrimoniali, vel Pensione promoueri postulet, hæc addet.

Ledit Maistre N. pretend aussi faire approuuer pour son titre Ecclesiastique vne donation à luy faite (ou) vn acte de partage de ses biens patrimoniaux, (ou) vn Contract de constitution de rente, (ou) vne acquisition dont vous entendrez la lecture. Hic legat actum, deinde dicat. Ie vous aduertis que s'il y a quelqu'vn d'entre vous qui ait connoissance que les rentes ou heritages icy contenus ne soient à luy ou à ceux qui luy ont fait la donation: ou que lesdits heritages ou rentes soient hypotequées ou autrement, en sorte que ledit titre ne puisse valoir franc & quitte cent cinquante liures de rente, que vous m'en donniez aduis en bonne conscience.

Si nullum impedimentum afferatur, Parochus Testimoniales Litteras post viginti quatuor horas ab vltimâ denunciatione conficiat ad D. Archiepiscopum deferendas, quibus in litteris, de vita & moribus eius uiordinari volet mentionem faciat.

Antequam verò in Diaconum, vel Presbyterum

ordinetur, ſub hac verborum formula denunciationem habebit.

MAiſtre N.N fils de N.& N ſes pere & mere a intention de ſe preſenter à Monſeigneur l'Archeueſque de Paris pour receuoir l'Ordre de Diacre (ou) de Preſtriſe. Si aucun connoit quelque notable imperfection en ſes vie & mœurs contraire à la pureté & ſainctete requiſe à cét Ordre ſaint & ſacré, il nous le doit dire & denoncer, pourueu qu'il ne face mention de choſe entierement ſecrette qui ne doit eſtre reuelée, & qu'il le face pour la gloire de Dieu & l'honneur de ſon Egliſe, ſans haine ny malice, in fine ſubiunget. C'eſt pour le 1. 2. ou 3. ban.

Quod ſi nullum apparuerit impedimentum, teſtimonium dabit (vt ſuprà de Subdiaconatu dictum eſt) ad D. Archiepiſcopum deferendum, quo etiam certiorem eum faciet de perſeuerantia in honeſtate vitæ & morum grauitate, quodque officio ordinis iam ſuſcepti in Eccleſia Parochiali debitè functus fuerit.

Vt verò populus intelligat impedimenta, quibus aliquis irretitus Ordinis Sacramento initiari non poteſt; quæ ſint quandoque denunciet, &, ſi opus eſt, etiam explanet: Sunt autem huiuſmodi.

Minores ætate ordini requiſita. Non poteſt autem ordinari Subdiaconus ante vigeſimum ſecundum annum, Diaconus ante vigeſimum tertium, Presbyter ante vigeſimum quintum; quod intelligendum eſt de annis inchoatis.

Criminosi.

Hæretici, aut de fide suspecti.

Ebriosi.

Impudici.

Vsurarij publici.

Scurræ, mimi, comœdi, histriones.

Infames quocumque modo & vitiis deditі.

Ratiociniis obligati.

Insigniter deformes & corpore vitiati.

Illegitimè nati.

Bigami quacunque bigamiæ specie.

Irregulares, veluti.

Qui stipendium belli fecerint, vnde cædes hominum extiterit.

Qui sententiam capitis tulerint.

Qui criminis capitalis acta, sententiam, testificationesque dictarint aut conscripserint.

Qui causas criminales egerint.

Suspensi.

Interdicti.

Excommunicati.

Amentes.

Morbo caduco laborantes.

Energumeni.

Ante tempus aut per saltum ordine initiati.

Qui beneficium aut facultates non habent, vnde viuere poßint, si sacros Ordines suscepturi sunt.

Qui non sunt confirmati.

Dominicâ die ante stata Ordinationis tempora in Pronao populum admonebit Parochus vt precetur &

pro D. Archiepiſcopo, vt Ordines iis conferat, quos vtiles operarios Eccleſia poſtulat, & pro iis qui Ordines ſuſcipient, vt in dies habeant maiores progreßiones in ſanctis virtutibus.

„ Præcipitur Presbyteris vt Clericos cuiuſcun-
„ que ſint Ordinis, in Parochia ſua commo-
„ rantes, moneant, quòd tonſuram congruen-
„ tem & honeſtum habeant habitum iuxta Cano-
„ nes; & ſi aliqui in hoc inobedientes vel rebelles
„ fuerint, monitione præmiſsâ, ab ingreſſu Eccle-
„ ſiæ arceantur. Quod ſi aliquis de eiuſmodi præ-
„ ſumptoribus tantæ ſit poteſtatis, quod ſine
„ ſcandalo à Presbytero prædicto modo coerceri
„ non poſſit, Epiſcopo nuncietur. *Conſtit. Guillel.*
„ *Pariſ.*

DE



DE SACRAMENTO MATRIMONII RITE administrando.



ATRIMONIVM ab initio, vt naturalis indissolubilisque coniunctio ad propagationem humani generis institutum; in Euangelica lege per Christum Dominum ad Sacramenti dignitatem euectum est, quo gratia produceretur, quæ naturalem amorem perficeret, indissolubilem confirmaret vnitatem, coniugésque sanctificaret. Quamobrem interest plurimùm, vt inter fideles piè ac sanctè contrahatur.

De iis qui Matrimonium contrahere possunt.

N*Eque vir ante quartumdecimum, neque mulier ante duodecimum ætatis annum completum matrimonio coniungi possunt.*

Contrahere quoque illud nequeunt raptor & rapta, quamdiu ipsa in raptoris potestate manserit; contractúmque irritum ac nullum est.

Sed neque etiam matrimonium contrahi potest, & contractum omninò irritum ac nullum est, quando vnum, vel plura ex impedimentis dirimentibus occurrunt. Hæc autem sunt duodecim.

1. Error personæ. *Hoc impedimentum occurrit quando quis intendit contrahere cum vna persona,*

& loco illius supponitur ei alia. V. G. intendit contrahere cum Anna, & loco Annæ supponitur ei Paula cum qua contrahit.

2. Conditio seruilis. *Quando nempe alter coniugum est seruus, & ignoratur ab altero coniuge liberæ conditionis ipso instanti & tempore contractus.*

3. Votum solemne Religionis, & Votum solemne castitatis: *quibus adde* Votum simplex Religionis emissum in Societate nominis Iesu, exacto biennio tyrocinij, *vt patet ex Bulla Gregorij XIII. quæ incipit,* Ascendente.

4. Cognatio, quæ triplex est, { 1. Naturalis. 2. Spiritualis. 3. Legalis. }

Naturalis Cognatio (*prout ab affinitate distinguitur*) *quæque* Consanguinitas *nominatur, est ea quæ ex naturali generatione oritur. In rectâ lineâ nunquam licet, nec valet matrimonium. In transuersali etiam quatuor sunt gradus, in quibus inclusiuè Matrimonium contrahere non licet sine dispensatione, & contractum sine illa irritum ac nullum est; quos ad faciliorem intelligentiam, vulgari sermone hîc descripsimus.*

Gradus consanguinitatis prohibiti. {
1. Frere & fœur.
2. Cousin germain, & cousine germaine.
3. Cousin & Cousine remuez de germain.
4. Cousin & cousine issus de remuez de germain.
}

Spiritualis Cognatio *ea est, quæ cõtrahitur in susceptione Baptismi, aut Confirmationis. Est autem duplex. Prior est baptisantis cum baptizato & suscipientium, seu Patrini & Matrinæ cum baptizato. Posterior est baptizantis cum patre & matre baptizati, atque suscipientium cum iisdem parentibus baptizati. Quod quidem est etiam intelligendum in Confirmatione de confirmante cum confirmato, & de suscipientibus seu Patrino & Matrina cum confirmato, atque eiusdem parentibus.*

Legalis cognatio *est ea, quæ oritur ex adoptione. Est autem triplex.*

1. *Inter adoptantem & adoptatum, & filios, ac nepotes adoptati, ipsumque adoptatum vsque ad quartum gradum.*
2. *Inter ipsum adoptatum & filios adoptantis, quamdiu sunt sub patris potestate.*
3. *Inter adoptantem & vxorem adoptati, ac vicißim inter adoptatum, & vxorem adoptantis.*

5. *Impedimentum dirimens est* Affinitas, *quæ nascitur ex copula carnali; Nam quando duo habent copulam carnalem inter se, licet consanguinei illorum affines non sint inuicem, poßintque contrahere sine dispensatione; tamen qui eam copulam carnalem habuerunt, fiunt affines consanguineis alterutrius.*

Affinitas hæc duplex est. Prior, quæ oritur ex copulâ licitâ; & hæc dirimit matrimonium vsque ad quartum gradum inclusiuè. Posterior, quæ ex copulâ

illicita ; & hæc non dirimit, nisi vsque ad secundum gradum inclusiuè.

Gradus affinitatis.

Beau-frere & belle-sœur.
Beau-frere & fille de belle-sœur.
Beau-frere & petite-fille de belle-sœur.
Beau-frere, & arriere-petite fille de belle-sœur.
Belle-sœur & beau-frere.
Belle-sœur, & fils de beau-frere.
Belle-sœur & petit-fils de beau-frere.
Belle-sœur, & arriere-petit fils de beau-frere.

6. Crimen. *Quod impedimentum occurrit. 1. Si vxor conspiret cum alio in mortem sui mariti, vel è contra maritus cum alia muliere in mortem suæ vxoris, eo fine vt possint simul contrahere, & ex eorum machinatione mors sequatur de facto, etiamsi adulterium non commiserint. 2. Quando alter coniux committit adulterium cum alio, & vt possit cum eo contrahere matrimonium, interficit coniugem, etiam altero ignorante. 3. Quando vnus adulterium cum coniuge alterius committit scienter, & cum eo vel contrahit matrimonium ante mortem coniugis, vel saltem dat fidem de contrahendo, quæ sit acceptata. Dicitur (scienter) quia si alter illorum ignorauerit tale coniugium, non incurritur hoc impedimentum. Adduntur etiam hæc verba (quæ sit acceptata) vt significetur quod ad illud incurrendum vtriusque consensus necessarius est.*

7. Cultus disparitas. *Quando Baptisatus contrahit Matrimonium cum fœmina nondum baptisatâ, aut è conuerso, baptisata cum non baptisato.*

8. Vis & metus cadens in constantem virum. *Quando quis vi aut metu cadente in constantem virum, hoc est graui, qualis est mortis metus, verberum, carceris perpetui, &c. cogitur ad Matrimonium contrahendum, quod nullomodo contraxisset, nisi ad id eo modo fuisset impulsus.*

9. Ordo. *Quando quis initiatus est Sacris, seu maioribus Ordinibus.*

10. Ligamen. *Hoc est obligatio & vinculum alterius Matrimonij rati cum alia vxore, vel alio viro adhuc viuente; quamdiu enim hoc vinculum durat, impedit ac dirimit sequentes nuptias: quia Christus Dominus reiecit omnem Polygamiam, voluitque Matrimonium contrahi non posse, nisi inter vnicum virum & vnicam mulierem, nec potest quisquam habere simul duas vxores, aut è conuerso.*

11. Honestas. *Hoc impedimentum publicæ honestatis oritur ex sponsalibus validis per verba de futuro, & ex matrimonio rato, etiam nullâ copulâ carnali intercedente; neque primum gradum excedit. Vnde vir non potest contrahere cum consanguineis affidatæ vel sponsæ cum qua non consummauit matrimonium in primo gradu solo; cum aliis potest: neque similiter affidata vel nupta per verba de præsenti, quando matrimonium non fuit consummatum, cum consanguineis viri in primo gradu.*

12. Impotentia. *Hoc est inhabilitas perpetua con-*

ſummandi Matrimonium, ſiue illa ſe teneat ex parte viri, ſiue ex parte mulieris, modò fuerit tempore ipſius contractus, & non ſit illum poſtea ſecuta.

Cùm accuratè, ſtudioſéque noſſe debeat Parochus hæc impedimenta, quæ futurum Matrimonium impediunt, & contractum dirimunt; tum etiam ex probatis authoribus habere benè cognita ea, quæ impediunt quidem, ſed non dirimunt; inter quæ præcipua ſunt: Votum ſimplex caſtitatis, religionis, & non ducendi vxorem: Eccleſiæ prohibitio tempore Aduentus & Quadrageſimæ: Sponſalia validè cum alio contracta.

De Sponſalibus per verba de futuro.

N*OMINE ſponſaliorum per verba de futuro, intelligitur promiſsio mutua futuri & aliquando contrahendi Matrimonij, ſufficientibus verbis aut ſignis declarata, inter perſonas ad contrahendum habiles & idoneas.*

Ne fiant ſponſalia, niſi in præſentia proprij Parochi alterutrius ſpondentium. Quod verò in more poſitum eſt, vt quando diuerſæ Parochiæ ſunt contrahentes, præſente mulieris Parocho celebrentur, illud religiosè cuſtodiatur.

Non admittat Parochus ad ſponſalia contrahenda impuberes, niſi ſint ſaltem ſeptem annorum completorum, faueantque parentes, vel tutores, iique ad quos impuberum cura ſpectat.

Vagorum quoque hominum, peregrinorum, eorumue

qui certas non habent ſedes, ſponſalia non celebrabit, niſi diligenti inquiſitione factâ & teſtimoniorum, quibus legitimè de illis teſtatum fuit, cautione ſtudioſè adhibitâ, réque omni ad D. Archiepiſcopum delatâ, ac facultate eorumdem celebrandorum ab ipſo impetrata.

Ne domi, ſeu in loco profano, aut etiam in loco ſacro extra Parochialem Eccleſiam ſponſalia fiant, niſi acceptâ à D. Archiepiſcopo ſpeciali diſpenſatione neue poſt ſeptimam horam ſerotinam, quantum fieri poteſt.

Curabit Parochus in celebratione ſponſaliorum à ſpondentibus verba ita dilucidè proferri, vt de iis aut eorũ ſenſu nulla deinde quæſtio difficultaſue ſuboriatur.

Prætereà dabit operam, vt, quantum fieri poteſt, ſponſalia celebrentur, antequam denunciationes vllæ in Eccleſiâ fiant.

Nouerit etiam non inter poſtremas muneris ſui partes illud eſſe reponendum, vt impediat ne quid inhoneſtum, ludicrum, & quod dedeceat in ſacrâ iſtâ cæremoniâ committatur ab aſtantibus.

Frequenter autem curæ ſuæ commiſſos admonebit, omninò expedire illos qui Matrimonium contrahere volunt, tribus aut quatuor diebus ante ſponſalium celebrationem, ipſum conuenire ſeparatim, vt eos interroget de fidei articulis, Dei & Eccleſiæ præceptis, Sacramentorum numero, iiſque maximè de quibus interrogabuntur, quando ſponſalia ſunt contracturi: Ea quippe ratione continget, vt non niſi ſufficienter inſtructi matrimonio iungantur; occurreturque ſcandalo, quod accideret, ſi aliquod impedimentum inter contrahenda ſponſalia cognoſceretur.

Hæc à fœmina loco honesto, & in propinquorum conspectu perquiret: ita tamen vt ne quisquam audiat, neque ita prope sit, vt illa præ pudore vel aliâ causâ minùs liberè mentem suam aperiat.

Instructos, valentes, volentesque contrahere graui cohortatione diligenter monebit, vt Sacramentali confeßione, Eucharistiæ perceptione, orationibus, eleemosynis, ieiuniisque sese muniant, rem totam precibus piorum, sanctisque sacrificiis commendent: sicque contra spirituales nequitias & carnis procacitatem sanctè muniti salutem & gratiam Dei ex eo Sacramento sibi comparare studeant vberiorem.

De Bannis seu denunciationibus.

ANteaquàm Matrimonium celebretur, (ac post sponsalia per verba de futuro contracta, quantùm fieri poterit) ter à proprio contrahentium Parocho, id est, in cuius Parochiâ habitant, tribus continuis diebus Dominicis vel festiuis de præcepto celebrandis, & non alio die, publicè in Ecclesia etiam vtriusque, si diuersæ Parochiæ sint, in Pronao vel intra Missæ Parochialis solemnia, denuncietur inter quos matrimonim sit contrahendum.

Si tres dies festi se immediatè subsequantur, nullo alio interiecto, non debent intra illud triduum fieri omnes denunciationes; sed oportet intra primam & secundam, vel inter secundam & tertiam, diem vnam saltem intercedere, ne breuitate temporis eludantur qui aliquod impedimentum reuelare tenentur.

Si quis duo habet in distinctis Parochiis domicilia, in quibus ex æquo inhabitat, denunciationes omnes fieri debent ratione illius personæ in vtriusque habitationis Parochia.

Qui per duos menses integros in aliqua Parochia non fuerit bona fide commoratus, & Matrimonium contrahere voluerit; ad illud contrahendum non admittatur, nisi tres denunciationes pro futuro eius matrimonio, non modò in ea in qua habitat de præsenti Parochia, sed etiam in alia in qua priùs habitabat, factæ fuerint.

Matrimonij denunciationes tum demùm fiant, cùm vir & mulier, eorumue parentes, vel ij qui curam habent puellæ, id postularint.

In denunciatione hoc animaduertet Parochus, vt & nomen & cognomen, & Patrem ac Matrem, & Parochiam contrahere volentium, atque conditionem, tum Patriæ vtriusque contrahentium, tum etiam viri contrahentis exprimat: Si pater decessit, dicat, filius vel filia quondam D. N. idemque de matre, vel vtroque; atque etiam significet primam esse, vel secundam, aut tertiam denunciationem.

Si infra duos menses post factas denunciationes Matrimonium non contrahatur, denunciationes omnes repetantur, perinde ac si nullæ factæ fuissent.

Si intereà dum denunciationes fiunt, aliquod impedimentum secundùm formam iuris opponatur, Parochus non procedat vlterius siue ad Sponsalia, siue ad denunciationes, seu denique ad Matrimonij celebrationem.

Monebit frequenter, quòd qui falsum aliquod impedimentum attulerit, quo futurum legitimè Matri-

monium impediat, si prudens sciens, volensque fecerit, præter alias iuris pœnas, excommunicationis etiam pœnam incurret.

Testimonium, quo de factis denunciationibus constet, scripto non tradet, anteaquàm qui Matrimonio coniungi volunt, confeßi fuerint peccata sua Sacramentaliter in Ecclesia Parochiali, cuius confeßionis in litteris testimonialibus mentio fiat.

Neque verò tradatur vnquam nisi post elapsas viginti quatuor horas, neque etiam ante secundam denunciationem. In eo verò scribatur quibus diebus denunciationes illæ factæ fuerunt.

Nec denique tabulas eiusmodi testimoniales obsignet ei, qui non fuerit per duos menses integros in Parochia bona fide commoratus, nisi opponat tempus à quo habitat in Parochia sua non esse duorum mensium integrorum.

De Matrimonio ipso.

NOVERINT imprimis Parochi clandestina quælibet Matrimonia, & quæ aliter quàm præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi vel Ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus contrahuntur, ex ipsius Concil. Trid. Decretis irrita omnino ac nulla esse.

Est autem Parochus proprius, qui Matrimonio adesse debet, ille in cuius Parochia contrahentes habitant: quod si Parochiæ diuersæ sint, è duobus Parochis ille in cuius Parochia Matrimonium celebratur, siue viri siue mulieris.

Antiqua tamen consuetudo seruetur, qua in præsentia Parochi mulieris Matrimonium contrahitur.

Irritum, nullumque Matrimonium est, quod celebratur à Parocho loci vbi illud fit, & non ab eo qui proprius est Parochus contrahentium.

Curet verò maximè Parochus verba quibus exprimant consensum suum de præsenti contrahentes ita clarè intelligibiliterque proferri, vt nulla de iis aut eorum sensu dubitatio esse aut suboriri valeat.

Si quam facultatem cuiquam alij Sacerdoti extra suam Parochiam vt in contrahendo Matrimonio intersit, concedendam aliquando duxerit, eam scripto tantùm concedat.

Quamuis hæresis non sit impedimentum dirimens, nunquam tamen potest hæreticum vel hæreticam Matrimonio coniungere sine graui peccato: qui sciens & volens fecerit suspensum se ipso facto nouerit ab executione suorum Ordinum, ex Decret. D. Archiep.

Vt vagorum, peregrinorum, eorúmque qui certas non habent sedes, nisi sub conditionibus superiùs obseruatis Sponsalia celebrare non debet: ita neque Matrimonium, nisi easdem omnes adhibeat.

Altero coniugatorum quantocumque tempore absente, alterum nisi de morte absentis facta fide per luculentum testimonium Ecclesiasticorum vel Regiorum Officialium tessera munitum contrahere omninò prohibeat.

Neque prætereà Matrimonio coniungat vllos, nisi quos doctrinæ Christianæ rudimenta probe tenere, Sacramentalique confessione peccatorum ad illud ritè suscipiendum sese disposuisse cognouerit.

Quamuis viri maiores quatuordecim annis, & mulieres quæ duodecim annos expleuerint, matrimonium poſsint validè contrahere; caueat tamen ne filios & filias-familias matrimonio coniungat iuniores viginti quinque annis ſine conſenſu parentum, vel tutorum, eorùmque ad quos illorum cura ſpectat.

Qui ex altera Diœceſi in iſtam commigrauerit, & antequam in ea per annum integrum fuerit commoratus nubere voluerit, præter denunciationes fieri ſolitas in Parochia in qua habitat, tres alias in Parochia Diœceſis alterius, in qua priùs immediatè habitabat, fieri procuret.

Caueat autem Parochus ne alienæ Parochiæ ſponſum ſponſámue ante matrimonio iungat, quàm teſtimonium ab illius, qui intra Parochi*æ ſuæ fines non habitat,* Parocho, *ſi eiuſdem ſit Diœceſis, ſcriptum acceperit, cuius teſtimonij fide ſibi teſtatum fiat, denunciationes quæ neceſſariæ ſunt factas eſſe, nullúmque legitimum impedimentum ab vllo homine ſignificatum: Si verò ſit alterius Diœceſis, teſtimonium* Parochi *ab Ordinario loci vel eius Vicario, ſubſcriptione ac ſigillo comprobetur.*

Qui ſponſalia per verba de futuro contraxerunt, quamprimùm poterunt, matrimonium contrahere ſtudeant, nec vltra annum, niſi grauius aliquod impedimentum interceſſerit, vllo modo differant.

Nouerit Parochus *ipſo die ſponſaliorum per verba de futuro matrimonio iungi vetitum eſſe ſub pœna excommunicationis incurrendæ, cuiuſcumque ſtatus, conditionis aut dignitatis exiſtant.*

Quo etiam die vltima denunciatio facta eſt, vel ali-

cuius banni concessa dispensatio, matrimonium celebrari ne sinat.

Mane celebrabit, non post meridiem, nec verò vnquam noctu neque ante horam quintam in hieme, neque ante quartam in æstate.

In Ecclesia item Parochiali, neque alio prætereà loco, aut alia Ecclesia.

Meminerit porrò à Dominica prima Aduentus D. N. Iesu Christi inclusiuè, vsque ad diem Epiphaniæ inclusiuè; & à Feria 4. Cinerum inclusiuè vsque ad Octauam Paschæ inclusiuè prohibitas esse solemnitates nuptiarum.

Ne verò eodem tempore, quo nuptiarum celebritas interdicta est, nuptialia conuiuia celebrari, aliáue eius generis vetita, fieri patiatur.

Moneat quandoque fideles, quòd, qui absque solemnitatibus in istius celebratione Sacramenti seruari solitis coram Parocho & testibus requisitis contraxerint per verba de præsenti, maioris excommunicationis vinculo innodati ipso facto sunt, à qua non nisi per D. Archiepiscopum vel Pœnitentiarum seuera pro criminis grauitate pœnitentia iniuncta poterunt absolui.

Aget omni cohortatione cum sponsis, vt ad matrimonij celebrationem accedant omni vestium moderatione dignáque sanctitate Christianæ Religionis; atque etiam vt nulla cuiusuis generis musica instrumenta in Ecclesiam afferri permittant: cuius si, quod absit, monita contempserint, tamdiu eis matrimonij celebrationem differat, quoad sanctè, prout debent, ob id in Ecclesiam conuenerint.

Nullus Sacerdos audeat perficere Matrimonium in casu dubio, inconsulto D. Archiepiscopo, sed ad eum semper referat omnes Matrimoniorum dubietates, iuxta Synod. Paris. sub Odone.

Annulus iuxta ordinem Matrimonij celebrandi benedicendus, sit vnicus, argenteus, simplex, absque celatura, gemma aut litteris inscriptis; caueátque maximè Parochus ne plures simul vni Sponsæ tradendos benedicat.

Nummus verò, qui in signum constitutæ dotis datur sponsæ, vnicus vel multiplex benedici potest.

Cæremonialem benedictionem, quæ fit à Sacerdote inter Missæ nuptialis solemnia sub pallio, non impertiatur sponsæ quæ nupsit aliquando, aut notoriè cum alio quàm cum sponso fornicata est.

Cùm autem qui ante sunt geniti per sequens Matrimonium legitimi habeantur, nisi quid obstet, poterit Parochus eos coniuges sub velo benedicere vnà cum prole ante Matrimonium suscepta, & in medio eorum posita, si ambo soluti fuerint, modò adulterium, raptus, incestus aut machinatio in mortem prioris mariti vel Sponsæ non intercesserit.

Si vidua susceperit prolem ex eo cui nubit, vt proles legitima declaretur, ad extremum Missæ, hoc est post Orationem Dominicam & ante hæc verba, Amen. Libera nos. *imponatur velum vtrique coniugi, itemque liberis præsentibus, quando prudens Parochus nullum inde scandalum suboriri iudicauerit: Si verò præsentes non fuerint liberi, aut periculum sit scandali, minimè imponatur.*

Caueat etiam ne per organa in Ecclesia tempore Missæ nuptialis, atque etiam per alia instrumenta musica, cantetur symbolum Apostolorum, nec O salutáris hóstia.

Prouideat vt sublato omni strepitu, petulantia, dicteriis, ludicris etiam inhonestis & lasciuis, fideles in Ecclesia, vt decet sanctos, Matrimonij celebrationi intersint, sponsisque à Deo gratiam cœlestium benedictionum precentur, quibus perfusi, illud ipsum sanctè tractent, salutaresque inde capiant fructus.

Cæterùm curet deprauato morum vsu corruptelas funditùs tolli tanquam à Christianæ pietatis institutis, atque moribus, & à Matrimonij sanctitate alienas: vnâ scilicet, cum certa quædam pecunia ab iis extorquetur, qui ex alieno solo, aliáue Parochia vxorem ducunt; alterâ, cum per vicos & plateas, seu quum iterùm nupta ducitur, seu etiam vespere, clamores, tumultusque, voces ac strepitus hominum, quasi exagitandis secundis nuptiis eduntur.

De Libro Matrimoniorum.

HAbeat Parochus Librum Matrimoniorum in quem referat coniugum nomina & cognomina, parentum etiam seu tutorum, quorum authoritate & consensu contractum fuerit Matrimonium, & duorum vel trium testium qui interfuerint, qualitatem & Parochiam habitationis singulorum, diémque, mensem, annum, & locum contracti Matrimonij, subsignéntque coniuges, parentes, seu tutores & testes.

Librum hunc sub sera diligenter custodiat.

In eo exprimat dispensationes, si quæ super contrahendo matrimonio vel super denunciationibus, aut à Sede Apostolica, aut à D. Archiepiscopo fuerint obtentæ. Exprimat quoque attestationes & qualibet mandata procuratoria pro consentiendo ex parte parentum, tutorum, omniúmque quorum interest, cum datis eorum.

Si alteri Sacerdoti facultatem dederit, vt extra Parochiam suam aliquos matrimonio coniungat; eius facultatis (quam scripto tantùm dabit,) exemplum in hunc Librum referet.

Parochus, cui vel ab alio Parocho, vel à D. Archiepiscopo facultas concessa fuerit, aliquos, qui non sunt ex sua Parochia, matrimonio coniungendi, commißionem penes se retineat: vbi verò eos matrimonio coniunxerit, in suum librum matrimoniorum referat, iubeatque id deferre ad proprium Parochum matrimonio coniunctos, si ab eo licentiam obtinuerit, transmissa ad eundem schedula proprio Chirographo signata, quâ testetur eos matrimonium contraxisse tali die, &c. vt ipse pariter in libro matrimoniorum suæ Ecclesiæ id describat; vel si à D. Archiepiscopo potestas hæc facta fuerit, idem referri eundem in finem prouideat ad Parochum in cuius Parochia mulier habitabat ante matrimonij celebrationem.

DECRETA

DECRETA
ILLVSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI Domini Archiepiſcopi.

De Sponſalibus.

„ DOmi, ſeu in loco profano, aut etiam in
„ loco ſacro extra Eccleſiam Parochialem
„ Sponſalia per verba de futuro fieri omninò pro-
„ hibemus, niſi accepta à nobis vel Vicariis no-
„ ſtris ſpeciali diſpenſatione.

De denunciationibus.

„ CVm acceperimus in quibuſdam Diœceſis
„ noſtræ Parochiis prauam quandam con-
„ ſuetudinem irrepſiſſe, quâ aliis à Dominica vel
„ feſtiuis diebus de præcepto Eccleſiæ celebran-
„ dis denunciationes futuri Matrimonij paſſim
„ fiunt; Nos iuxta Sacro-ſancti & Oecumenici
„ Concilij Tridentini Decretum, antiqua ſtatuta
„ Synodalia Pariſienſia, nec non piæ memoriæ
„ Eminentiſſ. Cardinalis Henrici Fratris ac præ-
„ deceſſoris noſtri anno ſal. 1608. conſtitutionem
„ editam, declaramus quòd qui deinceps extra dies
„ iſtos, eiuſmodi denunciationes fecerit, graui pro
„ ratione delicti pœnâ punietur.
„ Atque vt eum, quem intendit Eccleſia, finem ex
„ denunciationibus faciliùs conſequatur, néue
„ breuitate temporis eludantur, qui Matrimonio

„ contrahendo legitimum impedimentum decla-
„ rare poſſent ; interdicimus ne tribus diebus ſe
„ immediatè ſubſequentibus tres denunciationes
„ fiant, ſed inter primam & ſecundam, ſiue inter
„ ſecundam & tertiam diem ſaltem vnicum in-
„ tercedere debere ſtatuimus, aliter factas denun-
„ ciationes nullius momenti eſſe volumus.
„ Qui malitiosè aliquod impedimentum attulerit
„ quo Matrimonium impediret, excommunica-
„ tionis pœna afficiatur.
„ Prohibemus omnibus Parochis nobis ſubditis,
„ eorúmque Vicariis, ne ante elapſas viginti qua-
„ tuor horas denunciatione factâ, nunquam verò
„ ante ſecundam, teſtimoniales ea de re litte-
„ ras cuiquam ſub quocunque prætextu conce-
„ dant.
„ Caueat Parochus ne ad Matrimonium contra-
„ hendum quemquam admittat, niſi quem nouerit
„ in Eccleſia Parochiali ſacramentaliter confeſ-
„ ſum, vt gratiam ex eo Sacramento percipiat vbe-
„ riorem. Quod ſi alter contrahentium ſit diuerſæ
„ Parochiæ, fiat mentio in teſtimonio ſcripto tra-
„ dito de factis denunciationibus, confeſſionis
„ iſtius exceptæ à proprio Parocho, vel alio Sacer-
„ dote habente ab eo poteſtatem.

De Matrimonio.

„ VT ea quæ de Clandeſtinis Matrimoniis
„ ab Eccleſia in Concilio Tridentino ſan-
„ ctè, prudentérque cõſtituta ſunt, & ab anno 1602.

„ in hac noſtra Dioceſi & ſingulis Parochiis debitè publicata inuiolabiliter obſeruentur ; Volumus vt ſaltem bis ſingulis annis, ſcilicet die Dominica prima poſt Epiphaniam, & die Dominica poſt Octauam Paſchæ in Pronao Miſſæ Parochialis ad verbum diſtinctè, & attentè legantur vulgari idiomate, provt inferiùs continentur.

DECRET DV SAINT CONCILE de Trente contre les Mariages Clandeſtins.

COmbien que ſans doute les Mariages Clandeſtins, ayans eſté faicts par vn franc & libre conſentement des contractans, ſoient valides & vrais mariages, tant & ſi long temps que l'Egliſe ne les a point irritez : Au moyen dequoy ceux-là doiuent eſtre à bon droict condamnez, comme auſſi le Saint Concile les condamne, & anathematize, leſquels bien qu'ils ſoient valides & vrais, & qui afferment fauſſement que les mariages contractez par les enfans de famille ſans le conſentement de leurs peres & meres ne ſont valides, & que les peres & meres les peuuent rendre valides, ou les irriter & inualider : neantmoins la ſainte Egliſe de Dieu pour tres-iuſtes cauſes les a touſiours deteſtez & prohibez. Mais le ſaint Concile voyant que ces prohibitions, à raiſon de la deſobeïſſance des hommes, ne profi-

tent plus maintenant; considerant aussi & pesant les griefs & enormes pechez qui prouiennēt de ces mariages clandestins, & principalement de ceux qui demeurent continuellemēt en estat de damnation, en tant qu'ayant laissé la premiere femme, auec laquelle ils auoient contracté clandestinement, ils viennent à contracter publiquement auec vne autre, & viuent auec elle en adultere continuel : auquel mal l'Eglise (qui ne peut iuger des choses occultes) ne pouuant donner ordre, si elle n'y applique quelque remede de plus grande efficace. Pour ces causes icelle suiuant les traces du saint Concile de Latran, celebré sous Innocent troisiéme, a commandé que d'icy en auant, deuant que le mariage soit contracté, le propre Curé, ou Vicaire de celuy ou de ceux qui cōtractent, denonce publiquement en l'Eglise par trois iours de festes consecutifs, durant que la grande Messe se celebre, qui sont ceux entre lesquels le mariage se doibt contracter: lesquelles denonciations faites, s'il ne se trouue aucune opposition d'empeschement legitime, il soit procedé à celebrer le mariage en la face de l'Eglise, là où le Curé apres auoir interrogé l'homme & la femme, & entendu le mutuel consentement de l'vn & de l'autre, vienne à dire, *Ego vos in Matrimonium coniungo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Ie vous conioins en mariage au nom du Pere, & du Fils, & du Saint Esprit : ou bien qu'il vse d'autres paroles, selon la forme & maniere reçeuë en chacune Prouince.

Mais s'il furuenoit quelque probable fufpicion que le mariage fe pourroit empefcher malicieufement s'il y auoit tant de denonciations precedentes;à lors ou qu'il fe faffe feulement vne denonciation auant que le mariage foit celebré, le Curé pour le moins eftant prefent & deux ou trois tefmoins ; & puis apres deuant la confommation que les denonciations fe facent en l'Eglife ; afin que s'il y a quelques empefchemens ils fe defcouurent plus aifément ; fi ce n'eftoit que l'Ordinaire iugeaft qu'on remift les fufdites denonciations ; ce que le faint Concile laiffe à fa prudence & iugement. Ceux qui attenteront de contracter mariage autrement qu'eftant le Curé prefent ou autre Preftre, par le congé & permiffion du Curé, ou de l'Ordinaire,& deux ou trois tefmoins, le faint Concile les rend du tout inhabiles à contracter en cette maniere, & ordonne que tels contracts feront du tout inualides & nuls; comme il les irrite & annullé par ce prefent Decret.

Et dauantage, il commande que le Curé ou autre Preftre qui aura efté prefent à vn tel Contract auec moindre nombre de tefmoins, & les tefmoins qui y auront affifté fans le Curé ou le Preftre, & auffi les mefmes contractans foient griefuement punis au iugement, & par fentence de l'Ordinaire.

Plus, le mefme Concile exhorte & admonefte que le fiancé & la fiancée n'habitent point enfemble en vne mefme maifon deuant la benediction Sacerdotale qui fe doit receuoir en l'Eglife. Veut auffi &

ordonne que la benediction soit faite par le propre Curé, & que la licence de faire ladite benediction ne se puisse donner à autre Prestre que par le Curé mesme, ou par l'Ordinaire: nonobstant toute coustume au contraire, voire qui surpasse toute memoire d'homme (qui doit estre plutost appellée corruptele,) ou priuilege quelconque.

Que si quelque Curé ou autre Prestre, soit regulier ou seculier, combien mesme qu'il maintienne luy estre licite, ou par priuilege, ou par coustume immemoriale, est si osé que de marier & benir les fiancez d'vne autre Paroisse, sans congé de leur Curé, qu'il demeure de ce mesme droict tant & si long temps suspens, iusques à ce qu'il soit absous par l'Ordinaire du Curé, qui deuoit assister au mariage, ou duquel la benediction deuoit estre receuë.

Que le Curé ait vn liure auquel il escriue les noms du marié & de la mariée & des tesmoins, & le lieu où le mariage a esté contracté, & qu'il le garde diligemment chez soy.

Finalement le Saint Concile exhorte le fiancé & la fiancée, que deuant qu'ils contractent, ou du moins trois iours deuant la consommation du mariage, ils confessent diligemment tous leurs pechez, & viennent deuotement receuoir le Saint Sacrement de l'Autel.

Si quelques Prouinces vsent en cecy d'autres loüables coustumes & ceremonies, le S. Concile desire grandement qu'on les tienne du tout.

Or afin qu'il n'y ait personne qui ignore ces presen-

tes si salutaires, il enioint à tous Ordinaires que le plutost qu'ils pourront ils donnent ordre que ce Decret soit publié & exposé au peuple en chacune Eglise Parochiale de leur Diocese, & qu'à la premiere année cela se face bien souuent, & puis apres toutes les fois qu'ils verront estre expedient.

Il ordonne dauantage, que ce Decret commence auoir sa force & vertu trente iours apres la premiere publication, à compter du iour de la publication faite premierement en la mesme Paroisse.

„ IRritum nullumque Matrimoniũ declaramus
„ quod à Parocho loci vbi illud fit, nõ ab eo qui
„ proprius est Parochus cõtrahentium celebratur.
„ Qui Sacerdos sciens & volens hæreticũ vel hęre-
„ ticam iunxerit Matrimonio, nouerit se ab execu-
„ tione suorũ Ordinum esse ipso facto suspensum.
„ Inhibemus omnibus Sacerdotibus ne filios & filias
„ familias Matrimonio coniũgant iuniores viginti
„ quinque annis sine consensu parentum vel tuto-
„ rum, sub pœnis arbitrio nostro infligendis.
„ Quo die Sponsalia per verba de futuro facta sunt,
„ Matrimonium celebrari Parochus ne sinat sine
„ speciali licentia id faciendi nobis vel Vicariis no-
„ stris; qui secùs fecerit excommunicetur.
„ Districtè prohibemus ne Matrimonia celebren-
„ tur noctu & ante quintã horam matutinam hie-
„ me, quartam verò ęstate: Sacerdos, vel coram quo
„ contractum fuerit, vel qui tunc temporis Missæ
„ Sacrificiũ obtulerit, ab Ordine suo suspendatur.

„ Qui ſine ſolemnitatibus in celebratione Matri-
„ monij ab Eccleſiâ ſeruari ſolitis, etiam in præſen-
„ tia proprij Parochi & coram teſtibus contrahere
„ præſumpſerint, maiorem excommunicationem
„ ipſo facto incurrent, à qua non niſi à nobis vel
„ Pœnitentiario noſtro, ſeuerâ pro grauitate cri-
„ minis iniunctâ pœnitentiâ abſolui poterunt.



Ordo faciendi Sponſalia per verba de futuro.

QVI Sponſalia ſunt contracturi per verba de futuro, ad Eccleſiam Parochialem venientes coram Parocho, in naui vel in alio publico Eccleſiæ loco primùm ſe ſiſtent. Ibi Parochus ſuperpelliceo indutus & ſtolâ candidâ, ſtans, aſſiſtente ſibi Clerico vel miniſtro cum aqua benedicta & aſperſorio, poſtquàm circumſtantibus modeſtiam præceperit, virum ad ſiniſtram ſuam & fœminam ex aduerſo ad dexteram poſitos, interrogabit ſine vllo honoris titulo quoties nominandæ erunt in hunc modum.

S. Vous iurez & promettez à Dieu de dire la verité ſur les articles ſur leſquels ie vous vay interoger?

Reſpondeat vterque. Ouy, Monſieur, ie le iure & promets.

S. Faites vous profeſſion de la Foy & Religion Catholique, Apoſtolique & Romaine; & voulez-vous pas y viure & mourir moyennant la grace de Dieu?

Eſtes

Estes-vous de cette Parroiſſe, & depuis quand ?

Ne ſçauez-vous point en vos perſonnes quelque legitime empeſchement ou inhabilité, à cauſe dequoy vous ne puiſſiez vous faire promeſſe mutuelle de vous eſpouſer ?

N'auez vous point promis ou contracté mariage auec quelque autre perſonne ?

N'auez-vous point fait vœu de Religion, Chaſteté, Continence, ou de ne vous point marier ?

N'eſtes-vous point parens ou alliez l'vn de l'autre dans les degrez auſquels il n'eſt point permis de contracter mariage ?

Parochus non proponet duos ſequentes articulos, niſi judicet apparenter debere de iis interrogari affidandos.

N'auez-vous point quelque cognation ou affinité ſpirituelle, c'eſt à dire, l'vn de vous n'a-il point baptiſé ou tenu l'autre ſur les fonts de bapteſme, ou n'auez-vous point tenu quelque enfant l'vn de l'autre ſur le fonts baptiſmal ?

Vos peres & meres, ou vos tuteurs, ou autres en la puiſſance deſquels vous eſtes, ſont-ils d'accord, & conſentent-ils que vous vous fianciez enſemble ?

Auez-vous point eſté contraincts par force, crainte ou authorité d'aucune perſonne, ou en quelque façon que ce ſoit contre voſtre volonté de vous preſenter deuant moy pour vous promettre l'vn à l'autre de contracter mariage par enſemble ?

Quòd si nullum huiusmodi subesse impedimentum responderint, & iureiurando affirmarint; tunc Parochus mox iubebit dexteras iungere, dicens viro in hæc verba:

N. Vous promettez & iurez deuant Dieu, & en face de sa sainte Eglise, que vous prendrez pour vostre femme & legitime espouse N. cy presente, lors que par elle en serez requis, & qu'il ne se trouuera aucun empeschement legitime? ℟. Ouy.

Deinde mulieri dicet.

Et vous aussi N. promettez & iurez deuant Dieu, & en face de sa sainte Eglise, que vous prendrez pour vostre mary & legitime espoux N. cy present, lors que par luy en serez requise, & qu'il ne se trouuera aucun empeschement legitime? ℟. Ouy.

Postquam dederint consensum, dicet Parochus.

Et ego affído vos in nómine Patris, & Fílij, & Spíritus ✠ sancti. Amen.

Tunc Parochus asperget aquâ benedicta eos & assistentes.

Deinde exhortationem habebit ad affidatos de institutione Sacramenti Matrimonij, eius dignitate, sanctitate, bonis & obligatione sponsionis iam ab illis factæ; monebitque vt tribus saltem diebus ante nuptias in Ecclesia Parochiali peccata sua confiteantur Sacramentaliter, & sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum deuotè percipiant; toto sponsaliorum tempore castè & piè viuant, sicuti decet filios sanctorum: neque intereà, donec matrimonio legitimè coniuncti sint, in eadem domo co-

habitent; die celebrationis matrimonij ad Ecclesiam accedant eo animo ea modestia quæ decet sanctitate Christianæ Religionis, ac instent interea vt pro felici futuri matrimonij successu Deũ deprecentur.

His verò vel similibus verbis vti poterit.

EXHORTATIO AD AFFIDATOS.

LE Mariage que vous auez dessein de contracter vn iour, & dont vous venez de faire la promesse mutuelle deuant Dieu & en la face de sa sainte Eglise, ne doibt pas estre consideré par le Chrestien comme vn moyen pour contenter sa passion & pour satisfaire à sa concupiscence à la façon des bestes brutes, ny comme vne chose purement humaine, mais comme vne chose diuine, vn grand Mystere, & vn Sacrement venerable institué par nostre Seigneur Iesus-Christ pour communiquer ses graces & ses faueurs à ceux qui le reçoiuent. Estant donc vne chose si sainte & si auguste, il ne vous est pas permis d'en approcher, sinon auec vne grande pureté de cœur, & des intentions conformes à sa saincteté. C'est pourquoy vous deuez vous disposer à le receuoir par vne bonne Confession que vous ferez chacun en vostre Paroisse & non ailleurs, au moins trois iours deuant; comme aussi par la participation du Corps & du Sang precieux de nostre Seigneur Iesus-Christ au S. Sacrement de l'Autel. Soyez chastes & pudiques durãt que vous demeurerez en fiançailles, car Dieu le veut ainsi; ce qui vous sera permis par le mariage, vous estant defendu au-

parauant. Ne demeurez point ensemble dans vne mesme maison : Employez-vous en des actions saintes & Chrestiennes : Lors que vous vous presenterez à l'Eglise pour estre mariez, que ce soit auec vne grande modestie en vostre visage, en vos habits, & en vostre maintien ; & cependant priez Dieu que tout reussisse à sa gloire, afin qu'ayant saintement contracté le mariage par ensemble, il augmente en vous ses graces, & que vous viuiez le reste de vos iours dans sa crainte & dans son amour. Ainsi soit-il.

De faciendis denunciationibus seu Bannis futuri Matrimonij.

Sponsalibus, quantum fieri poterit rite celebratis, Parochus sub hac verborum formula tribus diebus Dominicis & festiuis (vt supra dictum est in Regulis) denunciabit inter quos futurum sit Matrimonium hoc modo.

Au nom du Pere, & du Fils, & du S. Esprit. Nous vous declarons & aduertissons qu'il y a promesse de mariage entre N. N. demeurant ruë de N. Parroisse de N. fils de N. N. & de N. N. ses pere & mere, de telle qualité (declarando nomen, cognomẽ & Parochiam affidati & affidatæ) d'vne part ; Et N. N. demeurant ruë de N. Parroisse de N. fille de N. N. & de N. N. ses pere & mere de telle qualité d'autre part ; afin que s'il y a aucun ou aucune qui ait interest, ou qui ait connoissance qu'ils soient pa-

rens, ou qu'il y ait entr'eux quelque affinité, compaternité ou autre empeſchement legitime, pourquoy le mariage ne ſe deuſt accomplir, il ait à nous le reueler ſur peine d'excommunication; & defendons pareillement ſur peine d'excommunication, d'y apporter empeſchement par malice & ſans cauſe. C'eſt pour le premier, ſecond, ou troiſiéme Ban.

Ordo celebrandi Sacramentum Matrimonij.

PArochus Matrimonium celebraturus, certior factus de religione, ætate, ſtatu & conditione contrahentiũ, de ſpõſalibus & denunciationibus legitimè factis, viſis teſtimonialibus litteris (vt dictũ eſt in Regulis,) & diſpenſationibus, ſi quæ fuerint obtentę: ſi nullum obſtet legitimũ impedimentum, in naui vel in alio publico Eccleſiæ loco, indutus ſuperpelliceo & ſtolâ albi coloris, vel amictu, albâ & ſtolâ eiuſdem coloris ſine manipulo, adhibito vno Clerico ſuperpelliceo pariter induto, vel ſaltem aliquo miniſtro qui librum hunc cum aqua benedicta & aſperſorio paratum teneat, præſente vtroque ſponſo confeſſo & ieiuno, cum honeſto comitatu parentum & propinquorum ſuorum vel (ſi propter cauſam legitimam intereſſe non poſſint) ſaltem duobus aut tribus teſtibus, poſtulabit à futuro ſponſo annulum & nummum vel nummos, de quibus ſuprà in Regulis, eoſque benedicet in hunc modum.

Benedictio Annuli.

S. Adiutórium noſtrum in nómine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
S. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
S. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

CReátor & conſeruátor humáni generis, dator grátiæ ſpiritális, largítor ætérnæ ſalútis: tu Dómine emitte Spíritum ſanctum tuum paraclétum ſuper hunc ánnulum ✠ vt quæ illum geſtáuerit, ſit armáta virtúte cœléſtis defenſiónis, & profíciat illi ad ætérnam ſalútem. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Benedictio nummi, vel nummorum.

Oblátos etiam Dómine in ſignum conſtitútæ dotis nummos ſanctífica ✠, & vt benè ſponſa dotétur, cœléſtibus ínſtrue diſciplínis.

Tunc aſperget annulum, & nummum, vel nummos, aquâ benedictâ, quo facto, Sacerdos dicet.

NOus vous declarons & certifions Chreſtiens, que l'on a cy-deuant publié les promeſſes du futur mariage, que vulgairement nous appellons les Bans, d'entre N. & N. par trois differens iours de Dimanche (ou) feſte en cette Egliſe, & en l'Egliſe de N. auſquelles publications nul ne ſe feroit oppoſé. Les parties eſtans preſtes de paſſer outre, nous les publions pour la derniere fois; & de l'authorité de l'Egliſe, nous vous commandons à tous,

ſoubs peine d'excommunication, de declarer maintenant ſi auez connoiſſance d'aucun empeſchement, pour lequel ledit mariage ne ſe puiſſe legitimement accomplir ; & defendons pareillement ſous peine d'excommunication d'y apporter empeſchement par malice & ſans cauſe.

Si fuerit diſpenſatio de Diœceſi, vel de aliquo impedimento, vel de bannis, vel de loco ſeu tempore celebrandi matrimonij, declarabit expreſſis verbis, ne ex eius ignoratione ſuboriatur ſcandalum aut dubium.

Si nemo contradicat, Sacerdos in hunc modum, vel aliter, prout viſum fuerit, precari poterit.

Puis qu'il n'y a aucun empeſchement, nous prierons tous, & ſupplierons la bonté & maieſté de Dieu qu'il luy plaiſe ratifier & auoir pour agreable le ſaint propos qu'il a donné à ces deux futurs eſpoux, & que le tout ſoit rapporté à la gloire de ſon ſaint nom.

Deinde dicet.

De la part de Dieu Tout-puiſſant, & de l'authorité de ſa ſainte Egliſe, nous declarons excommuniez tous ceux & celles, qui preſentement ſe feruiroient de ſortilege, magie, ligature, ou quelque autre ſuperſtition & mauuais artifice pour empeſcher la conſommation & l'vſage du mariage, que les parties preſentes vont contracter.

Hic poterit Parochus exhortari ſponſum & ſponſam ſuper Sacramento Matrimonij, & de eius inſtitutione, dignitate, vſu & fructu pauca dicere. &

hanc breuem aut similem vulgari sermone exhortationem habere, vel prout bonum illi videbitur, secundùm conditionem personarum.

Exhortatio ad Sponsum & Sponsam de Sacramento Matrimonij.

LE mariage a esté institué de Dieu au Paradis terrestre; du depuis honoré par la presence de Iesus-Christ nostre Sauueur; & en la nouuelle Loy par luy esleué à la dignité du Sacrement, qui confere la grace à ceux qui le reçoiuent auec les dispositions requises & necessaires. Or il y a trois fins pour lesquelles il a esté institué, qu'il importe que vous sçachiez. La premiere, c'est pour auoir des enfans, & prendre vn soin particulier de les instruire des mysteres de nostre foy, & de les esleuer à la vertu & crainte de Dieu, afin qu'ils luy puissent donner gloire sur la terre, & puis estre vn iour du nombre des esleus dans le Ciel. La seconde est pour s'entr'aider l'vn l'autre à supporter toutes les incommoditez & tribulations de cette vie; car Dieu ayant creé Adam au Paradis terrestre dit: *Il n'est pas bon que l'homme soit seul, faisons luy vn aide semblable à luy*; d'où nous apprenons que la femme doit seruir d'aide à l'homme, & l'homme pareillement doit seruir d'aide à la femme auec laquelle il est marié. La troisiéme fin est pour euiter fornication & toute espece de luxure, comme aussi pour seruir de remede à la concupiscence; suiuant la doctrine de Saint

Saint Paul au ſeptiéme chapitre de la premiere Epiſtre aux Corinthiens.

C'eſt pour ces fins ſeulement, & non pour d'autres que vous deuez contracter mariage, apres lequel vous ſerez obligez de vous aimer l'vn l'autre d'vn amour chaſte, pudic & conforme à la vie d'vn bon Chreſtien; le mary aimant ſa femme comme ſa compagne, & la femme obeïſſant ſelon Dieu à ſon mary comme à ſon chef: Sçachez auſſi qu'en ſuitte de la promeſſe que vous allez faire l'vn à l'autre, vous ſerez obligez de vous garder fidelité; car noſtre Seigneur iugera les adulteres & tous ceux qui ne craignent point de ſoüiller le lict nuptial, ny de rompre la foy du mariage.

Que ſi vous obſeruez toutes ces choſes, Ieſus-Chriſt noſtre Sauueur vous donnera ſa grace & benediction tandis que vous viurez enſemble en ce monde, & apres le cours de cette vie la gloire de ſon Paradis. Ainſi ſoit-il.

Exhortatione factâ Parochus iubebit eos dare dextras & tum ſponſum abſque præfatione honoris, his verbis affabitur.

Vous N. C onfeſſez, reconnoiſſez, iurez deuant Dieu & en la face de ſa ſainte Egliſe, que vous prenez preſentement pour voſtre femme & legitime eſpouſe N. D. cy preſente?

Sponſus reſpondebit, Ouy.

Vous promettez luy garder la foy & loyauté en

toutes choses, comme vn loyal espoux doit à son espouse selon le commandement de Dieu?

Sponsus respondebit, **Ouy.**

Deinde sponsæ etiam absque præfatione honoris dicet S.

E t vous N. D. aussi, vous confessez, reconnoissez & iurez deuant Dieu & en la face de sa sainte Eglise que vous prenez presentement pour vostre mary & legitime espoux N. C. cy present?

Sponsa ℟ **Ouy.**

V ous promettez luy garder la foy & loyauté en toutes choses comme vne loyale espouse doit à son espoux selon le commandement de Dieu?

Sponsa ℟. **Ouy.**

Posteà Parochus nummum vel nummos sumens dabit sponso, qui deponet in manum dexteram sponsæ, iubebitque sponsum verbo sequi hæc quæ proferet.

N. Ie vous douë du doüaire dont il a esté conuenu entre vos parens & les miens, duquel ces deniers sont la marque & representation.

Si non sint parentes & propinqui, Parochus dicet.

I e vous douë du doüaire, dont il a esté conuenu entre vous & moy, duquel ces deniers sont la marque & representation.

Post, annulum benedictum Sacerdos sponso tradet, qui acceptum inseret digito annulari sinistræ manus sponsæ, id est ei qui minimo est proximus, dicens,

Ie vous donne cét anneau en signe du mariage que nous auons contracté.

Quibus à sponso dictis, Sacerdos faciens signum crucis super manum sponsæ dicet.

In nómine Patris, & Fílij ✠ & Spíritus sancti. Amen.

Caueat Sacerdos ne ex digito extrahatur, aut, datâ operâ, cadat annulus.

Tunc autem extensâ manu dicet. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ipse vos coniúngat, impleátque benedictiónem suam in vobis. Et ego coniúngo vos, in nómine Patris ✠ & Fílij ✠ & Spíritus sancti ✠ Amen.

REspice Dómine super hos fámulos tuos, vt in tua voluntáte permáneant, senéscant & multiplicéntur in longitúdinem diérum. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

His peractis Parochus iubebit sponsum, apprehensâ manu dextrâ sponsæ, eam ad altare Missam audituros ducere.

Deinde celebrabitur Missa, quę incipit, Benedícta sit sancta Trinitas. vel Deus Israël, vt habetur in Missali, & non alia, nisi eo die occurrat festum Duplex aut Dominica: tunc enim Missa de festo vel de Dominica celebrabitur, cum commemoratione de sponsalibus, & tertia ad libitum.

Oratio.

DIcenda ſub finem Miſſæ poſt orationem Dominicam, & antequam dicatur. **Amen. Líbera nos.** in impoſitione veli, quæ fit quando vidua ſuſcepit prolem ex eo cui nubit, vt proles legitima declaretur (ſicut in Regulis præſcriptum eſt) præſentibus liberis & ſub velo vnà cum vtroque coniuge poſitis (aliàs ſi præſentes non fuerint omittenda) à Sacerdote ſtante aduerſus eos in cornu Euangelij & extensâ manu.

DEus, qui peccatóribus ad te recurréntibus perénnes tuæ miſericórdiæ fontes áperis, concéptum ánimo præséntium cóniugum dolórem propítius réſpice; & quem ſuo delícto contraxérunt, ac in ſuam prolem inde ſuſcéptam deriuárunt pœnæ reátum, copióſa tuæ benignitátis vnda pénitus élue; & vt ánteà per te cœléſtis ac ætérnæ, ſic nunc per miniſtérium noſtrum terrénæ ac temporális patérnæ hæreditátis adeúndæ proles idónea reddátur, ac per hunc extérnum cæremóniæ ritum legítima palam declarétur. Per Dóminum noſtrum.

BENEDICTIO CONIVGVM,

Intra Miſſam facienda, quando ſponſa non nupſit anteà, vel non eſt notoriè cum alio quàm cum viro fornicata.

Dicto **Pater noſter.** antequam Sacerdos dicat, **Amen. Líbera nos, quæſumus Domine, &c.** ſponſus & ſponſa accedũt ad altare, ibique flexis genibus cooperiuntur ſacro velamine & Sacerdos in cornu

Euãgelij, versâ facie & extēsâ manu super eos dicit Orationem sequentem siue Dóminus vobíscum.

Orémus.

PRopitiáre Dómine supplicatiónibus nostris, & institútis tuis, quibus propagatiónem humáni géneris ordinásti, benígnus, assiste, vt quod te authóre iúngitur, te auxiliánte seruétur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Dóminus vobíscum.

Et cum spíritu tuo.

Sursum corda.

Habémus ad Dóminum.

Grátias agámus Dómino Deo nostro.

Dignum, & iustum est.

Verè dignum, & iustum est, æquum & salutáre; nos tibi semper & vbíque grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus.

Qui potestáte virtútis tuæ de níhilo cuncta fecísti: qui dispósitis vniuersitátis exórdiis, hómini ad imáginem Dei facto, ideò inseparábile mulíeris adiutórium condidísti, vt fœmíneo córpori, de viríli dares carne princípiū, docens, quòd ex vno placuísset institui, nunquā licére disiúngi. Deus, qui tam excelléntí mystério coniugálem cópulam consecrásti, vt Christi & Ecclésiæ Sacraméntū præsignáres in fœdere nuptiárum. Deus, per quem múlier iúngitur viro, & socíetas principáliter ordináta, eâ benedictióne donátur, quæ sola nec per originális peccáti

pœnam, nec per dilúuij est abláta senténtiam. Deus in cuius solíus manu est cordis potéstas, quíque tua prouidéntia cuncta scis & regis, quo iungénte nemo dissóluet, quo benedicénte nemo infortunábit: horum, quæsumus, tuórum cóniugum iunge mentes, syncérum afféctum illórum córdibus ingeréndo, vt sicut tu vnus, verus & solus es omnípotens, ita & illi in te vnum sint. (si plures simul sponsæ sint benedicendæ in Parochiis vbi est defectus Sacerdotum, quæ sequuntur dicat in plurali.) Réspice propítius super hanc fámulam tuam, quæ maritáli iungénda consórtio, tua se éxpetit protectióne muníri. Sit in ea iugum dilectiónis & pacis: fidélis & casta nubat in Christo: imitatríxque sanctárum permáneat fœminárum. Sit amábilis vt Rachel viro suo: sápiens vt Rebéca: longæua & fidélis, vt Sara. Nihil in ea ex áctibus suis ille author præuaricatiónis vsúrpet: nexa fídei, mandatísque permáneat: vni thoro iuncta, contactúsque illícitos fúgiat: múniat infirmitátem suam róbore disciplínæ. Sit verecúndia grauis: pudóre venerábilis: doctrínis cœléstibus erudita. Sit fœcúnda in sóbole: sit probáta & ínnocens: & ad beatórum réquiem, atque ad cœléstia regna peruéniat. Et vídeāt ambo fílios filiórum suórum vsque in tértiam & quartam progéniem; & ad optátam peruéniant senectútem. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum.

Posteà aspergit illos aquâ benedictâ. Tunc amoto velamine, & se erigentibus coniugibus, vertens se Sacerdos ad altare dicit. **Amen. Líbera nos, &c.** cum reliquis vsque ad finem Orationis **Dómine Iesu Christe, qui dixísti.** quâ finitâ Sacerdos deosculatur pacem seu tabellam pacis porrigente Ministro dicens **Pax tecum;** Minister ℟. **Et cum Spíritu tuo:** quam posteà Minister sponso & sponsæ defert osculandam.

Dicto **Benedicámus Dómino,** vel **Ite Missa est.** Sacerdos antequam populo benedicat, conuersus ad sponsum & sponsam dicit.

DEus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob sit vobíscum, & ipse adímpleat benedictiónem suam in vobis, vt videátis fílios filiórum vestrórum vsque ad tértiam & quartam generatiónem, & posteà vitam ætérnam habeátis, adiuuánte Dómino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spíritu sancto viuit & regnat Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. **Amen.**

Et dicto **Pláceat tibi sancta Trínitas.** dat benedictionem, & legit Euangelium. **In principio erat Verbum, &c.**

Denique Sacerdos refert in Librum Matrimoniorum diem & locum contracti Matrimonij, nomina coniugum, suorum parentum, seu tutorum & testium, sicut in Regulis præscriptum est.

BENEDICTIO THALAMI.

CVm thalami benedictio in hunc finem sit instituta, vt omnis spiritus impuri spurcitia & æstus intemperantis lasciuiæ comprimantur, procurabit Parochus, vt manè ante conuiuium huiusmodi benedictio fiat, præsentibus tantum patre & matre coniugum, aut duobus vel tribus personis grauioribus, monebítque coniuges & assistentes vt risus effrænes aut ludicra inhonesta sacris non admisceant, ne per huiusmodi actus illicitos & profanos sanctitatem sacri connubij fœdare aut polluere aliqua ratione videantur. Cauebit verò pro sua prudentia, ne vbi scandali periculum aliquod occurret eam faciat.

Sponso autem & sponsâ iuxta lectum nuptialem stantibus Sacerdos indutus superpelliceo & stolâ, vnâ cum suo Clerico, asperget eos aquâ benedictâ, & lectum similiter dicens. Orémus.

VIsita, quæsumus Dómine habitatiónem istam, & omnes insídias inimíci ab ea longè repelle, Angeli tui sancti hábitent in ea, qui hos nouos cóniuges in pace custódiant, & bene-✠dictio tua sit super ipsos semper. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde alternatim cum Clerico suo dicet Psalmum.

BEáti omnes qui timent Dóminum: * qui ámbulant in viis eius.

Lábores

Labóres mánuum tuárum, quia manducábis: ⋆ beátus es, & benè tibi erit.
Vxor tua ſicut vitis abúndans: ⋆ in latéribus domus tuæ.
Fílij tui ſicut nouéllæ oliuárum: in circúitu menſæ tuæ.
Ecce ſic benedicétur homo: ⋆ qui timet Dóminum.
Benedícat tibi Dóminus ex Sion: ⋆ & vídeas bona Ierúſalem ómnibus diébus vitæ tuæ.
Et vídeas filios filiórum tuórum: ⋆ pacem ſuper Iſraël.
Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.
Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon.
Kyrie eléiſon. Pater noſter. ſecretò.
Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo. Amen.
S. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam.
℟. Et ſalutáre tuum da nobis.
S. Saluum fac ſeruum tuum & ancíllam tuam.
℟. Deus meus ſperántes in te.
S. Mitte eis auxílium de ſancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
S. Benedicámus Patrem & Fílium cum ſancto Spíritu.
℟. Laudémus & ſuperexaltémus eum in ſæcula.
S. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
S. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

BEnedic ✠ Dómine thálamum hunc nuptiálem, vnà cum his tuis coniúgibus ✠ : vt in tua pace consístant, tua voluntáte permáneant, tuo amóre viuant & senéscant : & multiplicéntur in longitúdinem diérum. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Benedícat vos Pater, & ✠ Fílius, & Spíritus sanctus. Amen.

Posteà Parochus asperget aquâ benedictâ sponsum, sponsam & thalamum, similiter omnes ibi præsentes; & docebit quorsum instituta hæc thalami benedictio.

EXHORTATIO POST THALAMI Benedictionem.

CEtte benediction est instituée pour seruir contre la malice de Satan, qui s'efforce par tous moyens de troubler le salut & le repos des hommes iusques à empescher quelquefois l'vsage du mariage; Dieu le permettant pour chastier leur infidelité, ou leur incontinence. Pour se fortifier contre cét ennemy, il faut se munir de la grace & benediction de Dieu par saintes prieres & oraisons accompagnées de vraye foy, & d'vn saint & honneste comportement, les parties se portans reuerence l'vn à l'autre, comme personnes qui font estat d'vne vie Chrestienne, honneste & sainte, à l'exemple du fidel seruiteur de Dieu le ieune Tobie, lequel

ayant fait entendre à sa femme qu'ils estoient enfans des Saints, & ne deuoient habiter ensemble comme les Gentils, qui n'ont la connoissance de Dieu, passa trois nuicts en priere auec elle, demandãs ensemble à Dieu sa sainte grace & benediction, & par ce moyen ils eschapperent les menées du diable Asmodée, lequel auoit desia suffoqué sept maris qu'auoit eu cette vertueuse fille, à cause (dit l'Escriture) qu'ils ne s'estoient mariez auec vne pure & sainte affection, mais seulement pour assouuir leur concupiscence. Contenez vous donc dans les bornes de toute modestie & honnesteté; pensez que vous estes Chrestiens, & non pas Payens, & que vostre mariage doit estre honnorable en toutes choses, & vostre couche exempte de toute souïlleure. Ainsi soit-il.

CONTRA IMPEDIENTES VSVM Matrimonij per Ligaturas & Sortilegia.

SI accidat, vt, Deo æquissimo scelerum iudice, nonnunquam vel infidelitatem, vel hominum libidinem vindicante, coniuges maleficio aliquo & sortilegio impediti opus Matrimonij perficère non possint; superstitiosas cæremonias & orationes, super se adhiberi non patientur.

Caueatur autem diligenter ille crassus error & rei sacræ manifestus abusus qui hodie in nonnullis locis vigere dicitur, quo aliqui tali maleficio vexatis succurri posse putant, si vir & mulier priori ma-

trimonio legitimè, & in facie Eccleſiæ contracto, mutuo conſenſu renuncient, & nouum coram Sacerdote contrahant: cùm enim nulla ſit ratio cur ſecundum matrimonium contra eiuſmodi maleficia remedium efficacius eſſe poſſit, quàm primum; veriſimile eſt hoc procurari à Dæmone omniū maleficiorū authore, vt res ſacras profanis hominibus ludibrio exponat. Deinde Sacramento Matrimonij grauis irrogatur iniuria, quod ſemel ritè contractum, neque Eccleſiæ authoritate, neque mutuó partim conſenſu ſolui poteſt, dicente Domino, Quod Deus cōiúnxit, homo nō ſéparet, *Matth.19.*

Requiſitus autem ab iis Parochus, quo ſit vtendum remedio, conſulet vt facto priùs diligenti peccatórum examine, Deo reconcilientur per Sacramentum Pœnitentiæ: Deinde celebratâ Miſsâ de Spiritu ſancto, vbi fieri poterit, has quæ ſequuntur preces & orationes Parochus aut alius Sacerdos de eius licentia, in loco Eccleſiæ ſecreto & non publicè ſuperpelliceo vel albâ & ſtolâ indutus ſine manipulo dicet.

Adiutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Saluum fac ſeruum tuum, & ancíllam tuam.
℟. Deus meus ſperántes in te.
℣. Mitte eis Dómine auxílium de ſancto.
℟. Et de Sion tuére eos.
℣. Nihil profíciat inimícus in eis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére eis.
℣. Eſto eis Dómine turris fortitúdinis.

℟. A fácie inimíci.

S. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum Spíritu tuo.

O rémus.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei & Beatæ Vírginis Maríæ vnigénite, qui in paradíso terréstri matrimónium instituísti in offícium & postmodùm cùm pro nobis homo factus es, étiam in Sacraméntum erexísti, ipsum tuâ præséntiâ miraculórum tuórum primítiis dignánter illústrans, tu per mérita & preces ipsius Beatíssimæ Vírginis Maríæ matris tuæ, beáti Vincéntij Confessóris tui & ómnium sanctórum & sanctárum tuárum dignéris hunc fámulum tuum, & hanc fámulam tuam, quos sancto matrimónio coniunxísti, bene ✠ dícere ac plenè liberáre ab omni ligaménto, fascinaménto, & maleficio sátanæ, & concédere illis libertátem & grátiam, vt líberè vti possint matrimónio suo ad concipiéndam, generándam, gestándam & fouéndam prolem gratam tibi, & homínibus accéptam, in nómine ✠ Patris, & ✠ Fílij, & Spíritus ✠ sancti. ℟. Amen.

Deinde sequentes tres Psalmos recitabit.

DOmine, quid multiplicáti sunt, qui tribulant me? ⋆ multi insúrgunt aduérsum me.

Multi dicunt ánimæ meæ: ⋆ non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem Dómine suscéptor meus es: ⋆ gloria mea & exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamáui: & exaudíuit me de monte sancto suo.

Ego dormíui & ſoporatus ſum, & exurréxi, * quia Dóminus ſuſcépit me.
Non timébo míllia pópuli circumdántis me : * exúrge Dómine, ſaluum me fac Deus meus.
Quóniam tu percuſsíſti omnes aduerſántes mihi ſine cauſa : * dentes peccatórum contriuíſti.
Dómini eſt ſalus ; * & ſuper pópulum tuum benedíctio tua.
Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.

Pſalmus.

QVi hábitat in adiutório altíſſimi : * in protectióne Dei cœli commorábitur.
Dicet Dómino, ſuſcéptor meus es tu, & refúgium meum : * Deus meus ſperábo in eum.
Quóniam ipſe liberábit me de láqueo venántium : * & à verbo áſpero.
Scápulis ſuis obumbrábit tibi : * & ſub pennis eius ſperábis.
Scuto circúmdabit te véritas eius : * non timébis à timóre noctúrno.
A ſagitta volánte in die, à negótio perambulánte in ténebris : * ab incúrſu, & dæmónio meridiáno.
Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis : * ad te autem non appropinquábit.
Verúntamen óculis tuis conſiderábis : * & retributiónem peccatórum vidébis.
Quóniam tu es Dómine ſpes mea : * altíſſimum poſuíſti refúgium tuum.
Non accédet ad te malum : * & flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam ángelis ſuis mandáuit de te : ⁎ vt cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.
In mánibus portábunt te: ⁎ ne fortè offéndas ad lápidem pedem tuum.
Super áſpidem & baſilíſcum ambulábis : ⁎ & conculcábis leónem & dracónem.
Quóniam in me ſperáuit, liberábo eum : ⁎ prótegam eum quóniam cognóuit nomen meum.
Clamáuit ad me, & ego exáudiam eum : ⁎ cum ipſo ſum in tribulatióne, erípiam eum, & glorificábo eum.
Longitúdine diérum replébo eum : & oſténdam illi ſalutáre meum.
Glória Patri, & Fílio, &c.
Sicut erat, &c.

Pſalmus.

BEáti omnes qui timent Dóminum : ⁎ qui ámbulant in viis eius.
Labóres mánuum tuarum, &c. Vt ſuprà in benedictione Thalami.
Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto.
Sicut erat in princípio, &c.
Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon.
Kyrie eléiſon. Pater noſter. ſecretò.
Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
S. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
S. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei viui, qui vterum Beátæ Vírginis Maríæ mirabíliter fœcundásti, vt de Spíritu sancto concíperet, portáret, páreret, ac nutríret te verum Deum & hóminem saluatórem nostrum: implorámus cleméntiam tuam, vt his fámulis tuis; subláto omni dæmonis impediménto & malefício, fœcunditátem donáre dignéris, in nómine Patris, & Fílij & Spíritus ✠ sancti. ℟. Amen.

Deinde asperget illos aquâ benedictâ.

Optimum etiam aduersus hæc & alia maleficia remedium est frequens Pœnitentiæ & Eucharistiæ vsus, totius anteactæ vitæ accurata confessio, aquæ benedictæ aspersio & asseruatio continua, prædictarum precum vel similium, (modò sint ab Ecclesia probatæ;) assidua & humilis effusio, ad loca sancta, præsertim ex voto, peregrinatio, ieiuniorum, etiam præter præcepta, deuota, non superstitiosa obseruatio, sanctarum reliquiarum humilis veneratio, fidelísque exósculatio. Quòd si his & aliis eiusmodi sine superstitione peractis opus Matrimonij perficere nequeant. Nos seu Vicarios & Officialem poterunt conuenire, vt deinceps quid facto sit opus, prudenter & maturè iudicetur.

DE



DE BENEDICTIONIBVS
REGVLÆ GENERALES.



OSSE debet Sacerdos, quarum rerum benedictiones ad ipsum, & quæ ad Episcopum suo iure pertineant: ne maioris dignitatis munera temerè aut imperitè vnquam vsurpet propria auctoritate.

Ideò hîc vtræque suis capitibus distincta sunt: & priore quidem loco positæ quæ à Sacerdote fieri possunt: secundò verò, quæ ab Episcopo tantùm, vel ab eo, qui legitimam adhoc & specialem potestatem habeat.

Sciat Sacerdos, non licere sibi vllis aliis benedictionibus vti quàm iis quæ in hoc Rituali, vel in Missali præscribuntur: aut iis, quouis prætextu, alienas cæremonias, aut preces adiungere.

Caueat, ne benedictionis causâ portat, vel ab aliis apponi sinat aliquid indecens super altare, veluti esculenta: sed quod eiusmodi est, ponatur super mensam commodo loco paratam, vel saltem à ministro porrigatur in vase honesto seu linteo mundo ad benedictionem.

Caueat etiam, ne quid temerè benedicat, ad prauos aut superstitiosos vsus: atque ideò, quando res postulabit, offerentium animum & conditionem diligenter exploret.


In omni Benedictione extra Missam, Sacerdos saltem

ſuperpelliceo & ſtola, pro ratione temporis, vtatur, niſi aliter in Miſſali notetur.

Cùm aliquid benedicturus eſt, habeat miniſtrum cum vaſe aquæ benedictæ & aſpergillo, & cum hoc Rituali libro, ſeu Miſſali, ſtando ſemper benedicat & aperto capite.

In principio cuiuſque benedictionis dicat. ℣. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini. ℟. Qui fecit cœlum & terram. ℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. *Niſi aliter notetur. Deinde dicatur Oratio propria, vna vel plures, prout ſuo loco notatum fuerit.*

Poſteà rem aſpergat aquâ benedicta: nihil dicendo.



BENEDICTIONES QVAE A Sacerdotibus fieri poſſunt.

ORDO AD FACIENDAM AQVAM benedictam diebus Dominicis.

Singulis diebus Dominicis Parochus ſeu Sacerdos Miſſam Parochialem celebraturus, vel alius Sacerdos ad id deputatus, ante Proceſſionem aquam ſolemni ritu benedicat, eamque religiosè aſpergat, (exceptis Dominicis Paſchæ & Pentecoſtes, quibus non fit aquæ benedictio, ſed aſperſio tantùm cum aqua pridie benedicta in fonte baptiſmi, & ante infuſionem olei & chriſmatis accepta) in hunc modum.

Præparato ſale & aquâ mundâ benedicendâ in

Ecclesia in vase mundo cum lumine, Parochus seu Sacerdos superpelliceo cum stola indutus, vel albâ cum stola sine manipulo, stans in medio chori & se signando manu dextrâ dicit.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Deinde incipit absolutè Exorcismum Salis.

EXorcízo te creatúra salis, per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum; per Deum qui te per Elizéum Prophétam, in aquam mítti iussit, vt sanarétur sterílitas aquæ; vt efficiáris sal exorcizâtum in salútem credéntium; & sis ómnibus te suméntibus sánitas ánimæ & córporis; & effúgiat, atque discédat ab eo loco in quo aspérsum fúeris, omnis fantásia & nequítia vel versútia diabólicæ fraudis, omnísque spíritus immúndus adiurátus: Per eum qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Orémus. Oratio.

IMménsam cleméntiam tuam omnípotẽs ætérne Deus, humíliter implorâmus: vt hanc creatúram salis, quam in vsũ géneris humáni tribuísti, bene ✠ dícere, & sancti ✠ ficáre tua pietáte dignéris: vt sit ómnibus suméntibus salus mentis, & córporis; & quidquid ex eo tactum vel aspérsum fúerit, cáreat omni immundítia, omníque impugnatióne spiritális nequítiæ: Per virtútem Dómini nostri Iesu Christi, qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

EXorcízo te creatúra aquæ, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, & in nómine ✠ Iesu Christi filij eius Dómini nostri, & in virtúte Spíritus ✠ sancti: vt fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, & ipsum inimícum eradicáre & explantáre váleas, cum ángelis suis apostáticis: Per virtútem eiusdem Dómini nostri Iesu Christi, qui ventûrus est iudicáre viuos & mórtuos & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Orémus. Oratio.

DEus, qui ad salútem humáni géneris, máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti: adésto propítius inuocatiónibus nostris, & eleménto huic multímodis purificatiónibus præparáto, virtútem tuæ bene ✠ dictiónis infúnde, vt creatúra tua mystériis tuis séruiens, ad abigéndos dæmones, morbósque pelléndos, diuinæ grátiæ tuæ sumat efféctum, vt quidquid in dómibus, vel in locis fidélium, hæc vnda respérserit, cáreat omni immundítia, liberétur à noxa: non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrúmpens: discédant omnes insídiæ laténtis inimíci: & si quid est, quod aut incolumitáti habitántium ínuidet, aut quiéti, aspersióne huius aquæ effúgiat: vt salúbritas, per inuocatiónem sancti tui nóminis expetíta, ab ómnibus sit impugnatiónibus defénsa. Per Dóminum nostrum Iesum Christum fílium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Hic mittat Sacerdos sal in aquam in modum crucis dicendo semel submissâ voce.

COmmíxtio salis & aquæ, páriter fiat, in nómine Pa ✠ tris & Fi ✠ lij & Spíritus ✠ sancti. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DEus inuíctæ virtútis author, & insuperábilis impérij rex, ac semper magníficus triumphátor: qui aduérsæ dominatiónis vires réprimis: qui inimici rugiéntis sæuítiam súperas: qui hostíles nequítias poténter expúgnas: te Dómine treméntes, & súpplices deprecámur ac pétimus: vt hanc creatúram salis & aquæ dignánter aspícias, benígnus illústres, pietátis tuæ rore sanctífices: vt vbicúmque fúerit aspérsa, per inuocatiónem sancti tui nóminis, omnis infestátio immúndi spíritus abigátur: terrórque venenósi serpéntis procul pellátur: & præséntia sancti Spíritus nobis misericórdiam tuam poscéntibus, vbíque adésse dignétur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitáte eiúsdem Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Peractâ benedictione, Sacerdos accedit ad maius Altare, & ibi ad gradus genibus flexis, etiam tempore Paschali, accipit aspersorium à ministro, & de aqua recenter benedicta ter aspergit altare, scilicet semel in medio, deinde semel in cornu Epi-

stolæ, tum in cornu Euangelij incipiens cantando Antiphonam Asperges me vel Vidi aquam. pro ratione temporis, & Chorus prosequitur vt infra. Deinde surgens, osculatur Altare; & facta eidem Altari reuerentia, imaginem Crucifixi, quę est inter chorum & nauim, cætera deinceps Altaria & Reliquias pro cuiusque loci consuetudine aspergit stans, ac ante & post aspersionem singulis reuerenter inclinans. Si tamen sanctissimum Sacramentum in aliquo Altari expositum fuerit, idem Altare non aspergit sed adorat genuflexus & surgens profundam facit reuerentiam. Inde aspergit Clerum ante quemlibet laïcum, denique populum.

Sequens Antiphona cantatur singulis Dominicis per annum extra tempus Paschale hoc modo: excepto quod Dominicis Passionis & Palmarum, omittitur Glória Patri & post ℣. Miserére mei Deus. repetitur immediate Antiphona, Asperges.

ASpér ges me, Dó mine hyssó po & mundá bor: la uá bis me, & su per ni uem de al bá bor.

Psalm. Mi ſe ré re me i De us : ſe cún-

dùm magnam mi ſe ri cór di am tu am.

℣. Glóri a Pa tri, & Fí li o, & Spirí tu-

i ſan cto. Si cut e rat in princí pi-

o & nunc & ſem per : & in ſæ cu la

ſæ cu ló rum. A men.

Repetitur Antiphona.

Aſpér ges me.

Sequens Antiphona cantatur diebus Dominicis

Ego dormíui & ſoporatus ſum, & exurréxi, * quia Dóminus ſuſcépit me.
Non timébo míllia pópuli circumdántis me: * exúrge Dómine, ſaluum me fac Deus meus.
Quóniam tu percuſsíſti omnes aduerſántes mihi ſine cauſa: * dentes peccatórum contriuíſti.
Dómini eſt ſalus; * & ſuper pópulum tuum benedíctio tua.
Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.

Pſalmus.

QVi hábitat in adiutório altíſſimi: * in protectióne Dei cœli commorábitur.
Dicet Dómino, ſuſcéptor meus es tu, & refúgium meum: * Deus meus ſperábo in eum.
Quóniam ipſe liberábit me de láqueo venántium: * & à verbo áſpero.
Scápulis ſuis obumbrábit tibi: * & ſub pennis eius ſperábis.
Scuto circúmdabit te véritas eius: * non timébis à timóre noctúrno.
A ſagitta volánte in die, à negótio perambulánte in ténebris: * ab incúrſu, & dæmónio meridiáno.
Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis: * ad te autem non appropinquábit.
Verúntamen óculis tuis conſiderábis: * & retributiónem peccatórum vidébis.
Quóniam tu es Dómine ſpes mea: * altíſſimum poſuíſti refúgium tuum.
Non accédet ad te malum: * & flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam ángelis suis mandáuit de te: ⋆ vt custódiant te in ómnibus viis tuis.
In mánibus portábunt te: ⋆ ne fortè offéndas ad lápidem pedem tuum.
Super áspidem & basilíscum ambulábis: ⋆ & conculcábis leónem & dracónem.
Quóniam in me speráuit, liberábo eum: ⋆ prótegam eum quóniam cognóuit nomen meum.
Clamáuit ad me, & ego exáudiam eum: ⋆ cum ipso sum in tribulatióne, erípiam eum, & glorificábo eum.
Longitúdine diérum replébo eum: & osténdam illi salutáre meum.
Glória Patri, & Fílio, &c.
Sicut erat, &c.

Psalmus.

BEáti omnes qui timent Dóminum: ⋆ qui ámbulant in viis eius.
Labóres mánuum tuarum, &c. Vt suprà in benedictione Thalami.
Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto.
Sicut erat in princípio, &c.
Kyrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison. Pater noster. secretò.
Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

DOmine Ieſu Chriſte, Fíli Dei viui, qui vterum Beátæ Vírginis Maríæ mirabíliter fœcundáſti, vt de Spíritu ſancto concíperet, portáret, páreret, ac nutríret te verum Deum & hóminem ſaluatórem noſtrum: implorámus cleméntiam tuam, vt his fámulis tuis; ſubláto omni dæmonis impediménto & malefício, fœcunditátem donáre dignéris, in nómine Patris, & Fílij & Spíritus ✠ ſancti. ℟. Amen.

Deinde aſperget illos aquâ benedictâ.

Optimum etiam aduerſus hæc & alia maleficia remedium eſt frequens Pœnitentiæ & Euchariſtiæ vſus, totius anteactæ vitæ accurata confeſſio, aquæ benedictæ aſperſio & aſſeruatio continua, prædictarum precum vel ſimilium, (modò ſint ab Eccleſia probatæ;) aſſidua & humilis effuſio, ad loca ſancta, præſertim ex voto, peregrinatio, ieiuniorum, etiam præter præcepta, deuota, non ſuperſtitioſa obſeruatio, ſanctarum reliquiarum humilis veneratio, fideliſque exoſculatio. Quòd ſi his & aliis eiuſmodi ſine ſuperſtitione peractis opus Matrimonij perficere nequeant. Nos ſeu Vicarios & Officialem poterunt conuenire, vt deinceps quid facto ſit opus, prudenter & maturè iudicetur.

DE

DE BENEDICTIONIBVS
REGVLÆ GENERALES.



OSSE debet Sacerdos, quarum rerum benedictiones ad ipsum, & quæ ad Episcopum suo iure pertineant: ne maioris dignitatis munerâ temerè aut imperitè vnquam vsurpet propriâ auctoritate.

Ideò hîc vtræque suis capitibus distincta sunt: & priore quidem loco positæ quæ à Sacerdote fieri possunt: secundò verò, quæ ab Episcopo tantùm, vel ab eo, qui legitimam adhoc & specialem potestatem habeat.

Sciat Sacerdos, non licere sibi vllis aliis benedictionibus vti quàm iis quæ in hoc Rituali, vel in Missali præscribuntur: aut iis, quouis prætextu, alienas cæremonias, aut preces adiungere.

Caueat, ne benedictionis causâ ponat, vel ab aliis apponi sinat aliquid indecens super altare, veluti esculenta: sed quod eiusmodi est, ponatur super mensam commodo loco paratam, vel saltem à ministro porrigatur in vase honesto seu linteo mundo ad benedictionem.

Caueat etiam, ne quid temerè benedicat, ad prauos aut superstitiosos vsus: atque ideò, quando res postulabit, offerentium animum & conditionem diligenter exploret.


In omni Benedictione extra Missam, Sacerdos saltem

ſuperpelliceo & ſtola, pro ratione temporis, vtatur, niſi aliter in Miſſali notetur.

Cùm aliquid benedicturus eſt, habeat miniſtrum cum vaſe aquæ benedictæ & aſpergillo, & cum hoc Rituali libro, ſeu Miſſali, ſtando ſemper benedicat & aperto capite.

In principio cuiuſque benedictionis dicat. ℣. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini. ℟. Qui fecit cœlum & terram. ℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. *Niſi aliter notetur. Deinde dicatur Oratio propria, vna vel plures, provt ſuo loco notatum fuerit.*

Poſteà rem aſpergat aquâ benedicta: nihil dicendo.



BENEDICTIONES QVAE A Sacerdotibus fieri poſſunt.

ORDO AD FACIENDAM AQVAM benedictam diebus Dominicis.

SIngulis diebus Dominicis Parochus ſeu Sacerdos Miſſam Parochialem celebraturus, vel alius Sacerdos ad id deputatus, ante Proceſſionem aquam ſolemni ritu benedicat, eamque religiosè aſpergat, (exceptis Dominicis Paſchæ & Pentecoſtes, quibus non fit aquæ benedictio, ſed aſperſio tantùm cum aqua pridie benedicta in fonte baptiſmi, & ante infuſionem olei & chriſmatis accepta) in hunc modum.

Præparato ſale & aquâ mundâ benedicendâ in

Ecclesia in vase mundo cum lumine, Parochus seu Sacerdos superpelliceo cum stola indutus, vel albâ cum stola sine manipulo, stans in medio chori & se signando manu dextrâ dicit.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Deinde incipit absolutè Exorcismum Salis.

EXorcízo te creatúra salis, per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum; per Deum qui te per Elizéum Prophétam, in aquam mítti iussit; vt sanarétur sterílitas aquæ; vt efficiáris sal exorcizâtum in salútem credéntium; & sis ómnibus te suméntibus sánitas ánimæ & córporis; & effúgiat, atque discédat ab eo loco in quo aspérsum fúeris, omnis fantásia & nequítia vel versútia diabólicæ fraudis, omnísque spíritus immúndus adiurátus: Per eum qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Orémus. Oratio.

IMménsam cleméntiam tuam omnípotēs ætérne Deus, humíliter implorâmus: vt hanc creatúram salis, quam in vsū géneris humáni tribuísti, bene ✠ dícere, & sancti ✠ ficáre tua pietáte dignéris: vt sit ómnibus suméntibus salus mentis, & córporis; & quidquid ex eo tactum vel aspérsum fúerit, cáreat omni immundítia, omníque impugnatióne spirituális nequítiæ: Per virtútem Dómini nostri Iesu Christi, qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

EXorcízo te creatúra aquæ, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, & in nómine ✠ Iesu Christi filij eius Dómini nostri, & in virtúte Spíritus ✠ sancti: vt fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, & ipsum inimícum eradicáre & explantáre váleas, cum ángelis suis apostáticis: Per virtútem eiusdem Dómini nostri Iesu Christi, qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Orémus. Oratio.

DEus, qui ad salútem humáni géneris, máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti: adésto propítius inuocatiónibus nostris, & eleménto huic multímodis purificatiónibus præparáto, virtútem tuæ bene ✠ dictiónis infúnde, vt creatúra tua mystériis tuis séruiens, ad abigéndos dæmones, morbósque pelléndos, diuinæ grátiæ tuæ sumat effectum, vt quidquid in dómibus, vel in locis fidélium, hæc vnda respérserit, cáreat omni immundítia, liberétur à noxa: non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrúmpens: discédant omnes insídiæ laténtis inimíci: & si quid est, quod aut incolumitáti habitántium ínuidet, aut quiéti, aspersióne huius aquæ effúgiat: vt salúbritas, per inuocatiónem sancti tui nóminis expetíta, ab ómnibus sit impugnatiónibus defénsa. Per Dóminum nostrum Iesum Christum fílium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Hic mittat Sacerdos ſal in aquam in modum crucis dicendo ſemel ſubmiſsâ voce.

COmmíxtio ſalis & aquæ, páriter fiat, in nómine Pa ✠ tris & Fi ✠ lij & Spíritus ✠ ſancti. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus. Oratio.

DEus inuíctæ virtútis author, & inſuperábilis impérij rex, ac ſemper magníficus triumphátor: qui aduérſæ dominatiónis vires réprimis: qui inimici rugiéntis ſæuítiam ſúperas: qui hoſtíles nequítias poténter expúgnas: te Dómine treméntes, & ſúpplices deprecámur ac pétimus: vt hanc creatúram ſalis & aquæ dignánter aſpícias, benígnus illúſtres, pietátis tuæ rore ſanctífices: vt vbicúmque fúerit aſpérſa, per inuocatiónem ſancti tui nóminis, omnis infeſtátio immúndi ſpíritus abigátur: terrórque venenóſi ſerpéntis procul pellátur: & præſéntia ſancti Spíritus nobis miſericórdiam tuam poſcéntibus, vbíque adéſſe dignétur. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitáte eiúſdem Spíritus ſancti Deus. Per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Peractâ benedictione, Sacerdos accedit ad maius Altare, & ibi ad gradus genibus flexis, etiam tempore Paſchali, accipit aſperſorium à miniſtro, & de aqua recenter benedicta ter aſpergit altare, ſcilicet ſemel in medio, deinde ſemel in cornu Epi-

ſtolæ, tum in cornu Euangelij incipiens cantando Antiphonam Aſperges me vel Vidi aquam. pro ratione temporis, & Chorus proſequitur vt infra. Deinde ſurgens, oſculatur Altare; & facta eidem Altari reuerentia, imaginem Crucifixi, quę eſt inter chorum & nauim, cætera deinceps Altaria & Reliquias pro cuiuſque loci conſuetudine aſpergit ſtans, ac ante & poſt aſperſionem ſingulis reuerenter inclinans. Si tamen ſanctiſſimum Sacramentum in aliquo Altari expoſitum fuerit, idem Altare non aſpergit ſed adorat genuflexus & ſurgens profundam facit reuerentiam. Inde aſpergit Clerum ante quemlibet laïcum, denique populum.

Sequens Antiphona cantatur ſingulis Dominicis per annum extra tempus Paſchale hoc modo: excepto quod Dominicis Paſſionis & Palmarum, omittitur Glória Patri & poſt ℣. Miſerére mei Deus. repetitur immediate Antiphona, Aſperges.



Psalm. Mi ſe ré re me i De us : ſe cún-

dùm magnam mi ſe ri cór di am tu am.

℣. Glóri a Pa tri, & Fí li o, & Spirí tu-

i ſan cto. Si cut e rat in princi pi-

o & nunc & ſem per : & in ſæ cu la

ſæ cu ló rum. A men.


Repetitur Antiphona. Aſpér ges me.

Sequens Antiphona cantatur diebus Dominicis


a die ſancto Paſchæ incluſiuè, vſque ad diem Pentecoſtes incluſiuè.


I di aquam, E gre di én-
tem de tem plo à lá te re dex-
tro, al le lú ia : & om nes, ad
quos perué nit a qua i ſta
ſal ui fa cti ſunt & di cent:
al le lú ia, alle lú ia.

Pſal. Confi té mini Dómino quó ni am bo-
nus:



nus: quó ni am in ſæculum miſericór-




di a e ius. ℣. Glóri a Patri, & Fíli o,



& Spirí tu i ſancto. Sicut e rat in



princípio & nunc & ſemper: & in ſæ-



cula ſæcu ló rum, A men.

Repetitur Antiphona.



Vi di a quam.

Finitâ Antiphonâ ſupradicto modo, Sacerdos, qui aſperſit aquam benedictam, reuerſus & ſtans in medio Chori dicat.

℣. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam.
℟. Et ſalutáre tuum da nobis.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

EXáudi nos, Dómine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: & míttere dignéris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtódiat, fóueat, prótegat, víſitet atque defendat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Ordo ad faciendam Benedictionem Cerei Paſchalis in Sabbato ſancto, nec non fontis Baptiſmalis, extat in Miſſali.

BENEDICTIO AQVAE BAPTISmalis extra Sabbatum ſanctum Paſchæ & Pentecoſtes cùm aqua conſecrata non habetur.

PArato vaſe mundo in quo ſit naturalis aqua, pura, & nitida, Sacerdos ſuper eam ſequentem profert orationem dicendo.

Dóminus vobíſcum.
Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

EXáudi nos omnípotens Deus, & in huius aquæ ſubſtántiam tuam miſce virtútem, vt abluéndi per eam, & ſanitátem ſimul & vitam conſequántur ætérnam. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

EXorcíſo te creatúra aquæ, in nómine Dei Patris ✠ omnipoténtis, & in charitáte Ieſu Chriſti ✠ Fílij eius, & in virtúte Spíritus ✠ ſancti: Exorcíſo te omnis virtus aduersárij, omnis incúrſio ſátanæ, & omne phantáſma eradicáre & effugáre ab hac creatúra aquæ, vt fiat fons ſáliens in vitam ætérnam: & quiſquis ex ea baptiſátus fúerit, fiat templum Dei viuéntis, & Spíritus ſanctus hábitet in eo in remiſſiónem ómnium peccatórum. ℟. Amen.

Hac finitá Oratione Sacerdos Chriſma & oleum ſanctum infundat, dicens

Fœcundétur & ſanctificétur fons iſte oleo ſalútis, & ſalutífero chríſmate: In nómine Pa ✠ tris, & Fí ✠ lij & Spíritus ✠ ſancti. ℟. Amen.

Si vero ex aliquo caſu neutrum habeat, nec commodè habere poſſit, guttas Cerei benedicti diſtillet in aquam per modum Crucis, dicens.

Fœcundétur & ſanctificétur fons iſte: In nómine Pa ✠ tris, & Fí ✠ lij, & Spíritus ✠ ſancti. ℟. Amen.

Quod ſi Cereus benedictus non inueniatur, ſigno Crucis aquam benedicat, dicens.

Fœcundétur, & ſanctificétur fons iſte: In nómine Patris ✠, & Fílij ✠, & Spíritus ✠ ſancti. ℟. Amen.

Benedictio panis in Miſſa Parochiali.

CVm panis oblatus fuerit ad Altare, Sacerdos Miſſam celebrans ſic eum benedicet.

S. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
S. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

DOmine Ieſu Chriſte, panis Angelórum, panis viuus ætérnæ vitæ, benedícere ✠ dignáre panem iſtum, ſicut benedixíſti quinque panes in deſérto, vt omnes ex eo guſtántes, inde córporis & ánimæ percípiant ſanitátem. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Deinde aſpergat aquâ benedictâ.

Alia Benedictio panis.

S. Adiutórium noſtrum, &c. vt ſuprà.

Orémus.

DOmine ſancte, Pater omnípotens ætérne Deus, benedícere ✠ dignéris hunc panē tuâ ſpirituáli benedictióne; vt ſit ómnibus ſuméntibus ſalus mentis & córporis; atque contra omnes morbos & vniuérſas inimicórum insídias tutámen. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum, panem viuum, qui de cœlo deſcéndit & dat vitam & ſalútem mundo; & tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus ſancti Deus. Per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Aſpergat panem aquâ benedictâ.

Benedictio Cereorum extra Purificationis diem.

S. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
S. Dóminus vobíſcum
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

BEne ✠ dic Dómine Ieſu Chriſte Fili Dei viui, béne ✠ dic céreos iſtos ſupplicatiónibus noſtris; & benedictiónem cæléſtem per virtútem ſanctæ Crucis ✠ infúnde: qui eos ad repelléndas ténebras humáno géneri conceſsíſti, per quam vbicúmque accénſi póſiti fúerint, ita príncipes tenebrárum extérreant, vt cum ómnibus ſuis miníſtris à locis illis páuidi diffúgiant, nec impóſterùm præſúmant moléſtiam inférre ſeruiéntibus tibi, Deo omnipoténti. Qui viuis & regnas.

Aſpergantur aquâ benedictâ.

Benedictio ad quodcumque comeſtibile.

S. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
S. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

BEne ✠ dic, Dómine creatúram iſtam N. vt ſit remédium ſalutáre generi humáno: &

præſta per inuocatiónem ſancti nóminis tui: vt quicúmque ex ea ſúmpſerint, córporis ſanitátem & ánimæ tutélam percípiant. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergat Sacerdos id aquâ benedictâ.

Benedictio Loci.

S. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
S. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

BEnedic ✠ Dómine Deus omnípotens, locum iſtum, vt ſit in eo ſánitas, cáſtitas, victória, virtus, humílitas, bónitas & manſuetúdo, plenitúdo legis, & gratiárum actio Deo Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto: & hæc benedíctio máneat ſuper hunc locum, & ſuper habitántes in eo, nunc & in ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Aſpergatur aquâ benedictâ.

Benedictio domus nouæ.

S. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
S. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

TE Deum Patrem omnipoténtem, ſupplíciter exorámus pro hac domo, & pro habitatóribus eius, ac rebus; vt eam bene ✠ dícere, & ſan-

cti ✠ ficáre, ac bonis ómnibus ampliáre dignéris: tríbue eis Dómine de rore cœli abundántiam, & de pinguédine terræ vitæ ſubſtántiam, & deſidéria voti eórum ad affécłum tuæ miſeratiónis perdúcas. Ad intróitum ergo noſtrum benedí ✠ cere, & ſanctifi ✠ cáre dignéris hanc domum, ſicut benedícere dignátus es domum Abráham & Iſaac, & Iacob; & intra paríetes domus iſtíus, Angeli tuæ lucis inhábitent, eámque, & eius habitatóres cuſtódiant. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Deinde aſpergat aquâ benedictâ.

Benedictio ſuper fruges, & vineas.

S. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟ Qui fecit cœlum & terram.
S Dóminus vobíſcum.
℟ Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

ORámus pietátem tuam omnípotens Deus, vt has primítias creatúræ tuæ, quas äëris & plúuiæ temperaménto nutríre dignátus es, benedictiónis ✠ tuæ imbre perfúndas; & fructus terræ vſque ad maturitátem perdúcas; Tribuas quoque pópulo tuo de tuis munéribus tibi ſemper grátias ágere, vt à fertilitáte terræ eſuriéntium ánimas bonis affluéntibus répleas, & egénus & pauper laudent nomen glóriæ tuæ. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Aſpergantur aquâ benedictâ.

Benedictio Peregrinorum ad loca sancta prodeuntium.

PEregrini ad loca sancta profecturi, antequàm discedant iuxta veteris Ecclesiæ institutum, debent accipere patentes seu commendatitias litteras à suo Ordinario, seu Parocho. Quibus obtentis & rebus suis dispositis, factâ peccatorum suorum confessione & auditâ Missâ, in qua dicta est oratio pro peregrinantibus, sanctissimam Eucharistiam deuotè suscipiunt. Expletâ Missâ Sacerdos super eos genuflexos dicit Psal. Qui habitat in adiutorio, vt suprà contra impedientes matrimonium pag. 334. in fine Glória Patri. cum Antiph. Parce Dómine, parce pópulo tuo, quem redemísti Christe sánguine tuo, ne in ætérnum irascáris nobis.

Deinde dicat.

Kyrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison. Pater noster. secretò.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Gressus vestros dírigat Dóminus secúndùm elóquium suum.
℟. Vt non dominétur vobis omnis iniustítia.
℣. Vtinam dirigántur viæ vestræ.
℟. Ad custodiéndas iustificatiónes Dómini.
℣. Perfíciat Dóminus gressus vestros in semítis suis.

℟. Vt

℟. Vt non moueántur vestígia vestra.

S. Angelus Dómini bonus comitétur vobíscum.

℟. Et benè dispónat itínera vestra, & actus vestros, vt iterùm cum gáudio reuertámini ad própria.

S. Nihil profíciat inimícus in vobis.

℟. Et filius iniquitátis non appónat nocére vobis.

S. Sit vobis Dóminus turris fortitúdinis.

℟. A fácie inimíci.

S. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

S. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEus, cui próprium est miseréri semper & párcere; súscipe deprecatiónem nostram, vt quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis absóluat.

DEus qui misericórdiam tuam sperántibus in te semper impéndis, & nusquam es à seruiéntibus tibi longínquus; concéde fámulis tuis prósperum iter, vt te protectóre, te duce, per iustítiæ tuæ callem sine offensióne gradiántur.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris, & viam famulórum tuórum, in salútis tuæ prosperitáte dispóne; vt inter omnes viæ & vitæ huius varietátes in tuo semper protegántur auxílio.

DOmine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, qui es ductor sanctórum, & dírigis itínera iustórum: dírige Angelum pacis cum fámu-

lis tuis, qui eos ad loca destináta perdúcat; sit illis comitátus iucúndus, vt nullus viæ illórum súbrepat inimícus, procul sit ab eis inimicórum accéssus, & comes eis esse dignétur Spiritus sanctus.

DEus, qui confidéntes in te patérnâ benedictióne custódis; quæsumus, vt his fámulis tuis à nobis egrediéntibus Angeli tríbuas comitátum; vt auxílio tuo protécti, nullíus mali concutiántur formídine, nullo comprimántur aduersitátis languóre, nullis irruéntis inimíci molesténtur insidiis: sed spátiis necessárij itíneris peráctis, propriísque locis restitúti recipiántur incólumes, ac débitas nómini tuo grátias læti exóluant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergantur aquâ benedictâ.

Quòd si vnus tantùm fuerit peregrinaturus, omnia dicantur in numero singulari: At si Sacerdos ipse fuerit socius peregrinationis, dicat in persona prima numeri pluralis (nos) quatenus congruerè videbitur: si mulier vna, vel mulieres, sexus & numerus.

Benedictio peræ, & baculi.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Orémus.

Omnípotens & mísericors Deus, cuius Spíritus húmiles máximè mentes inhabitáre dignátur; hanc peram, & hunc báculum peregrinatiónis, ac humilitátis indícium, ad humilitátem & ſuſtentatiónem huius fámuli tui benedícere ✠ dignáre: vt tuâ illum vbíque protegénte grátiâ, quod ſignat extériùs, intérna pótiùs operétur deuotióne. Per Dóminum noſtrum.

Tunc aſpergantur aquâ benedictâ.

Deinde Sacerdos ponat peram in collo peregrinantis, dicens.

Accipe peram ſignum peregrinatiónis tuæ, vt per viam mandatórum Dei currens, peruenire poſſis ad loca ſanctórum deſideráta: Angelus Dómini bonus comitétur tecum, & benè diſpónat iter tuum. In nómine Patris ✠, & Fílij & Spíritus ſancti. ℟. Amen.

Deinde ponat baculum in manu peregrinantis, dicens.

Accipe hunc báculum ſuſtentáculum itíneris ac labóris in viam peregrinatiónis tuæ: vt víncere váleas omnes catéruas inimíci, & peruenire ſecúrus ad límina ſanctórum, quò pérgere cupis, & peráćto obediéntiæ tuæ curſu ad nos reuertáris cum gáudio. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde ſignet eum ſigno ſanctæ Crucis, dicens.

In nómine Patris, & Fílij ✠, & Spíritus ſancti. ℟. Amen.

Benedictio Peregrinorum post reditum.

S. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
Antiphona. Ecce sic benedicétur homo, qui timet Dóminum.

Psalmus 127.

BEati omnes qui timent Dóminum, &c. vt suprà in Bened. Thalami, pag. 328. in fine Glória Patri. & Antiphona. Ecce sic benedicétur homo, qui timet Dóminum.
Kyrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison. Pater noster. secretò.
S. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
S. Benedícti qui véniunt in nómine Dómini.
℟. Benedícti vos à Dómino, qui fecit cœlum & terram.
S. Réspice Dómine in seruos tuos, & in ópera tua.
℟. Et dírige eos in viam mandatórum tuórum.
S. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
S. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

LArgíre, quæsumus Dómine, fámulis tuis indulgéntiam placátus & pacem, vt páriter ab

ómnibus muniántur offénsis, & secúrâ tibi mente deséruiant.

OMnípotens sempitérne Deus, nostrórum témporum vitæque dispósitor, fámulis tuis contínuæ tranquillitátis largíre subsídium; vt quos incólumes própriis labóribus credidísti, tuâ fácias protectióne secúros.

DEus humílium visitátor, qui nos fratérna dilectióne consoláris; prætende societáti nostræ grátiam tuam, vt per eos in quibus hábitas, tuum in nobis sentiámus aduéntum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Deinde aspergantur aquâ benedictâ à Sacerdote dicente.

Pax & benedíctio Dei omnipoténtis descéndat super vos & máneat semper vobíscum. In nómine Patris ✠ & Fílij & Spíritus sancti. ℟. Amen.



DE BENEDICTIONIBVS CAMPANARVM.



ABIT operam Parochus, ne populus iam in eo errore versetur, vt putet campanas vllo modo baptizari; néue earum benedictionem baptismum quasi Sacramentum appellet; Ideóque omne & Patrinorum & Matrinarum nomen prorsus tollatur: honorificè tamen populi nomine eligantur qui ex publica deuotione nomen alicuius Sancti vel Sanctæ assignent. Doceat quoque Parochus ablutionem ex aqua benedicta & sancti Chrismatis vnctionem quæ adhibetur in iis benedicendis, esse tantùm cæremoniā quandam Ecclesiasticam, qua illæ Deo ad vsum diuini cultus consecrantur, puta vt sint tubæ Ecclesiæ militantis, quibus vocetur populus ad conueniendum in templum & audiendum verbum Dei: Clerus verò ad annuntiandum manè misericordiam Dei, & veritatem eius per noctem; & per illarum sonitum fideles inuitentur ad preces, & vt crescat in illis deuotio fidei: vt dæmones tinnitu Campanarum Christianos ad preces concitantium terreantur; quin potiùs ipsis precibus territi abscedant, illisque submotis fruges, mentes & corpora credentium seruentur, vt procul pellantur hostiles exercitus, & omnes insidiæ inimici, fragor grandinum, procellæ turbinum, impetus tempestatum & fulgurum

temperentur, spiritus procellarum, & aereæ tempestates prosternantur.


Curabit etiam ne iis res vlla profana insculpatur, inscribaturue; sed tantum Crux, & sacra aliqua imago, vt pote Sancti Patroni Ecclesiæ, vel cuius nomen imponitur, piáue ac honesta aliqua inscriptio. Nec verò etiam eæ in turrim campanilem sustollantur antequàm precibus & benedictione ritè consecratæ sint.

Cauebit denique, ne in iis conflandis aut benedicendis quicquam à populo superstitiosè fiat; vt pote si eas certis vicibus subeant, aut inscendant, aut saltu transiliant, aut alia huiusmodi.


BENEDICTIO METALLI AD conflandam Campanam.

DEcurrente metallo Parochus superpelliceo & stolâ ornatus; Cruce vnà cum Clero & populo præcedente, sequentes Antiphonas incipiat.


Exurge Dómine, ád iuua nos, & líbe ra nos propter nomen tú um, Al-le lú ia. Deus áu ribus. S.



A. Antiph. Te in uocámus, te




a do rá mus, te laudá mus, ô be á ta -



Trínitas. Antiphona. Sub tuum præsídium



confúgimus, ſancta Dei gé nitrix, noſtras



depreca ti ónes ne deſpíci as in ne ceſſi-




tá tibus, ſed à perí cu lis cunctis lí be ra



nos ſemper virgo bene dí cta.

Antiphona.





℣. Benedicámus Patrem & Fílium cum sancto Spíritu.

℟. Laudémus & superexaltémus eum in sæcula.

O rémus.

OMnipotens sempitérne Deus qui dedísti fámulis tuis, in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, & in poténtia maiestátis adoráre vnitatem; quæsumus, vt eiúsdem fídei firmitáte, ab ómnibus sēper tueámur aduérsis.

O rémus.

PRótege Dómine fámulos tuos subsídiis pacis, & Beátæ Maríæ semper Vírginis patrocíniis confidéntes; à cunctis hóstibus redde secúros.

O rémus.

OMnium sanctórum tuórum, quæsumus Dómine, supplicatióne placátus, & véniam nobis tríbue, & remédia sempitérna concéde. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde Hymnus. Veni creátor.

℣. Emítte Spíritum tuum & creabúntur.

℟. Et renouábis fáciem terræ,

O rémus.

ADsit nobis, quæsumus Dómine, virtus Spíritus sancti, quæ & corda nostra cleménter expúrget, & ab ómnibus semper tueátur aduérsis. Per Christum Dóminum. ℟. Amen.

Cùm autem conflata seu perfecta campana fuerit, dicitur Canticum, Te Deum láudamus, incohante Parocho & Choro prosequente: quo finito, Sacerdos dicit.

℣. Exaltáre super cœlos Deus.

℟. Et super omnem terram glória tua.

O remus.

BEnedic ✠ quæsumus Dómine, fusum hoc ad vsum Ecclésiæ tuæ metállum: vt ad ea quæ recta sunt, istíus campánæ pulsu pópulus tuus promoueátur, & salútis suæ optátum consequátur effectum. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Antiphona.

D a pacem Dómine, in di ébus nostris, quia non est á lius qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster.

℣. A Dómino factum est istud.
℟. Et est mirábile in óculis nostris.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

ACtiónes nostras, quæsumus Dómine, aspirándo præueni, & adiuuándo proséquere: vt cuncta nostra orátio & operátio à te semper incípiat, & per te cœpta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

ORDO BENEDICTIONIS Campanæ.

SIgnum vel Campana debet benedici, antequàm ponatur in Campanili, hoc ordine. In primis debet Campana ipsa ita suspendi, & situari, vt commodè possit intus & extra tangi, tractari, & circuiri; deinde propè ipsam Campanam benedicendam paratur Pontifici vel Parocho faldistorium, vas aquæ benedicendæ, aspersorium, vas cum sale, lintea munda ad extergendum Campanam, quando opus erit, vas Olei sancti infirmorum, sanctum Chrisma, thymiama, thus, myrrha, & thuribulum cum igne. Diaconus etiam accipit amictum, albam, cingulum, manipulum, stolam, & dalmaticam albi coloris. Quibus ordinatis, Parochus in Sacristia, aut alio conuenienti loco paratus amictu, albâ, cingulo, stolâ, pluuiali albi coloris, & si sit Episcopus mitrâ simplici, baculum pastoralem

manu geſtans, venit prope Campanam, vbi ſedens ſuper faldiſtorium ibidem ſibi paratum, petit ab iis qui ſunt electi ex populo vt ei nomen imponant, his verbis tangens Campanam.

Au nom de quel Saint ou Sainte vous plaiſt-il qu'on la beniſſe?

R. De Sainte Geneuiefue, de Sainte Marie, de Saint Iacques, ou de Saint George, & ainſi des autres.

Deinde accepto paamone ſeu batello, ter modicò pulſet ipſam Campanam, quod idem & facient iſti electi. Quibus completis iidem porrigunt Sacerdoti linteum album, quo inuoluit Campanam, donec in Campanili collocetur propter reuerentiam ſacri Chriſmatis.

Tunc vero monebit Epiſcopus vel Parochus populum, quid velit huiuſmodi ſanctificationis ritus, ſi expedire videatur, & abuſum eſſe popularem & non ferendum, imponere nomina Sanctorum aut Sanctarum Campanis benedictis, quaſi propriè baptizentur, & nominentur ſicut Chriſtiani fideles, vt obſeruatum eſt in regulis: ſed in obliquo eſſe vocandas Campanas ſanctæ Mariæ, ſancti Iacobi, ſancti Georgij, vel ſanctæ Genouefæ, &c.

Poſteà cum miniſtris dicit Pſalmos ſequentes.

Si verò fuerit Parochus, aut Vicarius, aut alius Sacerdos, hæc eadem & ſequentia præſtabit, prout decuerit ipſius ſtatum, & exceptis iis quæ ſunt propria Epiſcoporum.

Psalmus 50.

MIserére mei Deus, secúndùm magnam misericórdiam tuam.

Totus dicitur cum Glória Patri, &c. Sicut erat.

Psalmus 53.

DEus in nómine tuo saluum me fac: & in virtúte tua iúdica me.

Deus exáudi oratiónem meam: áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt aduérsum me, & fortes quæsiérunt ánimam meam: & non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádiuuat me: & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Auérte mala inimícis meis: & in veritáte tua dispérde illos.

Voluntáriè sacrificábo tibi, & confitébor nómini tuo Dómine: quia bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me: & super inimícos meos despéxit óculus meus.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto.

Sicut erat in princípio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculórum. Amen.

Psalmus 56.

MIserére mei Deus, miserére mei, quóniam in te confídit ánima mea.

Et in vmbra alárum tuárum sperábo: donec tránseat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum, Deum qui benefécit mihi.

Misit de cœlo, & liberáuit me: * dedit in oppróbrium conculcántes me.
Misit Deus misericórdiam suam, & veritátem suam, & erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum: dormíui conturbátus.
Fílij hóminum dentes eórum arma & sagíttæ: & lingua eórum gládius acútus.
Exaltáre super cœlos Deus: & in omnem terram glória tua.
Láqueum parauérunt pédibus meis: & incuruauérunt ánimam meam.
Fodérunt ante fáciem meam fóueam: & incidérunt in eam.
Parátum cor meum Deus, parátum cor meum: cantábo, & psalmum dicam.
Exúrge glória mea, exúrge psaltérium & cíthara: exúrgam dilúculo.
Confitébor tibi in pópulis Dómine: & psalmum dicam tibi in géntibus.
Quóniam magnificáta est vsque ad cælos misericórdia tua: & vsque ad nubes véritas tua.
Exaltáre super cælos Deus: & super omnem terram glória tua.
Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto.
Sicut erat in princípio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculórum. Amen.

Psalmus 66.

DEus misereátur nostri, & benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri.

Vt cognoſcámus in terra viam tuam: in ómnibus géntibus ſalutáre tuum.
Confiteántur tibi pópuli Deus: confiteántur tibi pópuli omnes.
Lætténtur & exúltent gentes: quoniam iúdicas pópulos in æquitáte, & gentes in terra dírigis.
Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: terra dedit fructum ſuum.
Benedícat nos Deus, Deus noſter, benedícat nos Deus: & métuant eum omnes fines terræ.
Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto.
Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculórum. Amen.

Pſalmus 69.

DEus in adiutórium meum inténde: Dómine ad adiuuándum me feſtína.
Confundántur & reuereántur: qui quærunt ánimam meam.
Auertántur retrórſum, & erubéſcant, qui volunt mihi mala.
Auertántur ſtatim erubeſcéntes, qui dicunt mihi: Euge, euge.
Exúltent & lætén tur in te omnes, qui quærunt te, & dicant ſemper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.
Ego verò egénus, & pauper ſum: Deus ádiuua me.
Adiútor meus, & liberátor meus es tu: Dómine ne moréris.
Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto.
Sicut erat in princípio, &c.

Pſalmus 85.

INclína Dómine aurem tuam, & exáudi me: quóniam inops & pauper ſum ego.

Cuſtódi ánimam meam, quóniam ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuum, Deus meus, ſperántem in te.

Miſerére mei Dómine, quóniam ad te clamáui tota die: lætífica ánimam ſerui tui, quóniam ad te Dómine ánimam meam leuáui.

Quóniam tu Dómine ſuáuis, & mitis: & multæ miſericórdiæ ómnibus inuocántibus te.

Auribus pércipe Dómine oratiónem meam: & inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamáui ad te: quía exaudíſti me.

Non eſt símilis tui in Dijs Dómine: & non eſt ſecúndùm ópera tua.

Omnes gentes quaſcũque fecíſti, vénient, & adorábunt coram te Dómine: & glorificábũt nomen tuũ.

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília: tu es Deus ſolus.

Deduc me Dómine in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: lætétur cor meum vt tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo: & glorificábo nomen tuum in ætérnum.

Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me: & eruíſti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui inſurrexérunt ſuper me, & ſynagóga poténtium quæſiérunt ánimam meam: & non propoſuérunt te in conſpéctu ſuo.

Et tu

Et tu Dómine Deus miserátor, & miséricors: pátiens & multæ misericórdiæ, & verax.
Réspice in me, & miserére mei, da impérium tuum púero tuo: & saluum fac fílium ancíllæ tuæ.
Fac mecum signum in bonum, vt vídeant qui odérunt me, & confundántur: quóniam tu Dómine adiuuísti me, & consolátus es me.
Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto.
Sicut erat in princípio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculórum. Amen.

Psalmus 129.

DE profúndis clamáui ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendéntes, in vocem deprecatiónis meæ.
Si iniquitátes obseruáueris Dómine: Dómine quis sustinébit?
Quia apud te propitiátio est: & propter legem tuam sustínui te Dómine.
Sustínuit ánima mea in verbo eius: speráuit ánima mea in Dómino.
A custódia matutína vsque ad noctem: speret Israel in Dómino.
Quia apud Dóminum misericórdia: & copiósa apud eum redémptio.
Et ipse rédimet Israël ex ómnibus iniquitátibus eius.
Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto.
Sicut erat in princípio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculórum. Amen.

Tum surgit Pontifex, & stans cum mitra benedicit sal, & aquam: si autem non sit Pontifex, surgit & stat, dicens.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum, & terram.

EXorcízo te creatúra salis, per Deum ✠ viuum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum qui te per Elisæum Prophétam in aquam mitti iussit, vt sanarétur sterílitas aquæ; vt efficiáris sal exorcizátum in salútem credéntium; & sis ómnibus suméntibus te sánitas ánimæ, & córporis; & effúgiat, atque discédat à loco, in quo aspérsum fúeris, omnis phantásia, & nequítia, vel versútia diabólicæ fraudis, omnísque spíritus immúndus adiurátus, per eum qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde depositâ mitrâ, dicit.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

IMménsam cleméntiam tuam, omnípotens ætérne Deus, humíliter implorámus, vt hanc creatúram salis, quam in vsum humáni géneris tribuísti, bene✠dícere & sancti✠ficáre tua pietáte dignéris; vt sit ómnibus suméntibus te salus mentis, & córporis; & quidquid ex eo tactum vel respérsum fúerit, cáreat omni immundítia, omníque impugnatióne spirituális nequítiæ. Per Dóminum no-

ſtrum Ieſum Chriſtum fílium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus ſancti Deus, Per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Tunc acceptâ mitrâ, ſuper aquam abſoluè dicat.

EXorcízo te creatúra aquæ, In nómine Dei Pa✠tris omnipoténtis, & in nómine Ieſu Chriſti Fí✠lij eius Dómini noſtri, & in virtúte ſancti ✠ Spíritus, vt fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem poteſtátem inimíci, & ipſum inimícum eradicáre & explantáre váleas cum Angelis ſuis apoſtáticis, per virtútem eiúſdem Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui ventúrus eſt iudicáre viuos & mórtuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde depoſitâ mitrâ, dicit.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

DEus, qui ad ſalútem humáni géneris, máxima quæque Sacraménta in aquárum ſubſtántia condidíſti, adeſto propítius inuocatiónibus noſtris; & eleménto huic multímodis purificatiónibus præparáto, virtútem tuæ bene ✠ dictiónis infúnde; vt creatúra tua myſtériis tuis ſéruiens ad abiiciéndos dæmones, morbóſque pelléndos diuínæ grátiæ ſumat effléctum; vt quidquid in dómibus, vel in locis fidéliũ hæc vnda reſpérſerit, cáreat omni immundítia, liberétur à noxa. Non illic reſídeat ſpíritus péſtilens, non aura corrúmpens; diſcédant

omnes insídiæ laténtis inimíci, & si quid est, quod aut incolumitáti habitántium ínuidet, aut quiéti, aspersióne huius aquæ effúgiat; vt salúbritas per inuocatiónem sancti tui nóminis expetíta, ab ómnibus sit impugnatiónibus defénsa. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

BEne ✠ dic Dómine hanc aquam benedictióne cæléſti, & aſsíſtat ſuper eam virtus Spíritus ſancti; vt cùm hoc váſculum ad inuitándos fílios ſanctæ Eccléſiæ præparátum, in ea fúerit tinctum, vbicúmque ſonúerit hoc tintinnábulum, procul recédat virtus inſidiántium, vmbra phantáſmatum, incúrſio túrbinum, percúſſio fúlminum, læſio tonitruórum, calámitas tempeſtátum, omníſque ſpíritus procellárum; & cùm clangórem illíus audíerint fílij Chriſtianórum, creſcat in eis deuotiónis augméntum, vt feſtinántes ad piæ matris Eccléſiæ grémium, cantent tibi in Eccléſia Sanctórum cánticum nouum, deferéntes in ſono præcónium tubæ, modulatiónem pſaltérij, ſuauitátem órgani, exultatiónem tympani, iucunditátem cymbali; quátenus in templo ſancto glóriæ tuæ tuis obſéquiis & précibus inuitáre váleant multitúdinem exércitus Angelórum. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus ſancti Deus, per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Post hæc Pontifex vel Sacerdos mittit sal in aquam; in modum crucis, dicendo semel.

COmmístio salis, & aquæ páriter fiat. In nómine Pa ✠ tris, & Fí ✠ lij, & Spíritus ✠ sancti.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orémus.

DEus inuíctæ virtútis auctor, & insuperábilis impérij rex, ac semper magníficus triumphátor; qui aduérsæ dominatiónis vires réprimis, qui inimíci rugiéntis sæuítiam súperas qui hostíles nequítias poténter expúgnas; te, Dómine, treméntes & súpplices deprecámur, ac pétimus, vt hanc creatúram salis & aquæ dignánter aspícias, benígnus illústres, pietátis tuæ rore sanctífices; vt vbicúmque fúerit aspérsa, per inuocatiónem sancti tui nóminis, omnis infestátio immúndi spíritus abigátur, terrórque venenósi serpéntis procul pellátur; & pręséntia sancti Spíritus nobis misericórdiam tuam poscéntibus vbíque adésse dignétur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

His peractis, Pontifex acceptâ mitrâ, vel Sacerdos benedicens, incipit lauare Campanam cum dicta aqua; & ministri prosequuntur lotionem, lauantes eam totaliter intus, & extra, deinde cum linteo mundo extergunt, Pontifice interim cum mitra, vel Sacerdote benedicente, sedente, & cum aliis ministris dicente Psalmum.

Psalmus 145.

LAuda ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus; in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus eius, & reuertétur in terram suam: in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, cuius Deus Iacob adiútor eius, spes eius in Dómino Deo ipsíus qui fecit cælum & terram, mare, & ómnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, facit iudícium iniúriam patiéntibus: dat escam esuriéntibus.

Dóminus soluit compedítos: Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elísos, Dóminus díligit iustos.

Dóminus custódit áduenas, pupíllum & víduam suscípiet: & vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sæcula, Deus tuus Sion: in generatiónem & generatiónem.

Glória Patri, & Fílio: & Spirítui sancto.

Sicut erat in princípio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculórum. Amen.

Psalmus 146.

LAudáte Dóminũ, quóniam bonus est psalmus: Deo nostro sit iucúnda, decoráque laudátio.

Ædíficans Ierúsalem Dóminus: dispersiónes Israëlis congregábit.

Qui sanat contrítos corde: & álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem stellárum: & ómnibus eis nómina vocat.
Magnus Dóminus noster, & magna virtus eius: & sapiéntiæ eius non est númerus.
Suscípiens mansuétos Dóminus: humílians autem peccatóres vsque ad terram.
Præcínite Dómino in confessióne: psállite Deo nostro in cíthara.
Qui óperit cælum núbibus: & parat terræ plúuiam.
Qui prodúcit in móntibus fœnum: & herbam seruitúti hóminum.
Qui dat iuméntis escam ipsórum: & pullis coruórum inuocántibus eum.
Non in fortitúdine equi voluntátem habébit: neque in tibiis viri beneplácitum erit ei.
Beneplácitum est Dómino super timéntes eum: & in eis qui sperant super misericórdia eius.
Glória Patri, & Fílio: & Spirítui sancto.
Sicut erat in princípio, &c.

Psalmus 147.

LAuda Ierúsalem Dóminum: lauda Deum tuum Sion.
Quóniam confortáuit seras portárum tuárum: benedíxit fíliis tuis in te.
Qui pósuit fines tuos pacem: & ádipe fruménti sátiat te.
Qui emíttit elóquium suum terræ: velóciter currit sermo eius.
Qui dat niuem sicut lanam: nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas: ante fáciem frígoris eius quis sustinébit?
Emíttet verbum suum & liquefáciet ea: flabit spíritus eius, & fluent aquæ.
Qui annúntiat verbum suum Iacob: iustítias & iudícia sua Israël.
Non fecit táliter omni natióni: & iudícia sua non manifestáuit eis.
Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto.
Sicut erat in princípio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculórum. Amen.

Psalmus 148.

LAudáte Dóminum de cælis: laudáte eum in excélsis.
Laudáte eum omnes Angeli eius: laudáte eum omnes virtútes eius.
Laudáte eum Sol & Luna: laudáte eum omnes stellæ, & lumen.
Laudáte eum cæli cælórum: & aquę omnes quæ super cęlos sunt, laudent nomen Dómini.
Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandáuit, & creáta sunt.
Státuit ea in ętérnum, & in sæculum sęculi: pręcéptum pósuit, & non pręteríbit.
Laudáte Dóminum de terra: dracónes, & omnes abyssi.
Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: quę faciunt verbum eius.
Montes, & omnes colles: ligna fructífera & omnes cedri.

Béstię,

Béstiæ, & vniuérsa pécora: serpéntes & vólucres pennátæ.
Reges terræ, & omnes pópuli: príncipes, & omnes iúdices terræ.
Iúuenes, & vírgines; senes cum iunióribus laudent nomen Dómini: quia exaltátum est nomen eius solius.
Conféssio eius super cælum, & terram: & exaltáuit cornu pópuli sui.
Hymnus ómnibus sanctis eius: fíliis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Psalmus 149.

CAntáte Dómino cánticum nouum: laus eius in Ecclésia Sanctórum.
Lætétur Israel in eo, qui fecit eum: & fíliæ Sion exúltent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano, & psaltério psallant ei.
Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: & exaltábit mansuétos in salútem.
Exultábunt sancti in glória: lætabúntur in cubílibus suis.
Exaltatiónes Dei in gútture eórum: & gládij ancípites in mánibus eórum.
Ad faciéndam vindíctam in natiónibus: increpatiónes in pópulis.
Ad alligándos reges eórum in compédibus: & nóbiles eórum in mánicis férreis.
Vt fáciant in eis iudícium conscríptum: glória hæc est ómnibus Sanctis eius.

Psalmus 150.

LAudáte Dóminum in Sanctis eius : laudáte eum in firmaménto virtútis eius.
Laudáte eum in virtútibus eius : laudáte eum secúndùm multitúdinem magnitúdinis eius.
Laudáte eum in sono tubæ : laudáte eum in psaltério, & cíthara.
Laudáte eum in tympano, & choro : laudáte eum in chordis, & órgano.
Laudáte eum in cymbalis benesonántibus : laudáte eum in cymbalis iubilatiónis : omnis spíritus laudet Dóminum.
Glória Patri, & Fílio: & Spirítui sancto.
Sicut erat in princípio, & nunc, & semper : & in sæcula sæculórum. Amen.

Quibus finitis, surgit Pontifex cum mitra, vel Sacerdos benedicens, & cum baculo facit ab extra supra Campanam de Oleo sancto infirmorum signum crucis, quo facto, (depositâ mitrâ, si sit Episcopus,) dicit.

Orémus.


DEus, qui per beátum Móysen legíferum fámulum tuum tubas argénteas fíeri præcepísti, quas dum Leuítæ témpore sacrifícij clángerent, sónitu dulcédinis pópulus mónitus ad te adorándum fíeret præparátus, & ad celebránda sacrifícia conueníret; quarum clangóre hortátus ad bellum, molímina prostérneret aduersántium : præsta, quæsumus, vt hoc vásculum sanctæ tuæ Ecclésiæ præparátum sancti ✠ ficétur à Spíritu sancto, vt per

illíus tactum fidéles inuiténtur ad præmium. Et cum melódia illíus áuribus insonúerit populórum, crescat in eis deuótio fídei; procul pellántur omnes insídiæ inimíci, fragor grándinum, procélla túrbinum, ímpetus tempestátum, temperéntur inféstá tonítrua; ventórum flabra fiant salúbriter, ac moderátè suspénsa; prostérnat aëreas potestátes déxtera tuæ virtútis; vt hoc audiéntes tintinnábulũ contremíscant, & fúgiant ante sanctæ crucis Fílij tui in eo depíctum vexíllum, cui fléctitur omne genu, cæléstium, terréstrium, & infernórum, & omnis lingua confitétur, quòd ipse Dóminus noster Iesus Christus absórptâ morte per patíbulum crucis regnat in glória Dei Patris, cum eódem Patre, & Spíritu sancto, Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Pontifex, acceptâ mitrâ, seu Sacerdos benedicens, extergit cum linteo mundo crucem à se factam. Deinde inchoat, scholâ prosequente, Antiphonam.



Vox Dómini super aquas multas, Deus maie-



státis intó nuit: Dóminus super a quas



multas. S. A. 8.

Psalmus 28.

AFférte Dómino filij Dei : afférte Dómino fílios aríetum.

Afférte Dómino glóriam, & honórem, afférte Dómino glóriam nómini eius : adoráte Dóminum in átrio sancto eius.

Vox Dómini super aquas, Deus maiestátis intónuit : Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte : vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros : & confringet Dóminus cedros Líbani.

Et comminúet eas tamquam vítulum Líbani, & diléctus quemádmodum fílius vnicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis : vox Dómini concutiéntis desértum : & commouébit Dóminus desértum Cades.

Vox Dómini præparántis ceruos, & reuelábit condénsa : & in templo eius omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúuium inhabitáre facit : & sedébit Dóminus rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit : Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

Glória Patri, & Fílio : & Spirítui sancto.

Sicut erat in princípio, & nunc, & semper : & in sæcula sæculórum. Amen.

Deinde repetitur Antiphona. Interim Pontifex seu Sacerdos benedicens, cum ministris stans facit cum baculo de Oleo sancto infirmorum, septem

cruces exteriùs ſuper Campanam, & deinctus facit cum Chriſmate quatuor alias cruces pari diſtantia, dicens, dum quamlibet crucem facit tam interiùs quàm exteriùs.

SAnctificétur, & conſecrétur, Dómine, ſignum iſtud, in nómine Pa ✠ tris, & Fílij, & Spíritus ſancti, in honórem ſancti N. (hic exprimitur nomen Sancti cuius nomen imponitur Campanæ.)


Deinde Pontifex ſtans, depoſitâ mitrâ, vel Sacerdos ſtans dicit.


Orémus.


OMnípotens ſempitérne Deus, qui ante arcam fœderis per clangórem tubárum muros lapídeos, quibus aduerſántium cingebántur exércitus, cádere fecíſti; tu hoc tintinnábulum cæléſti bene ✠ dictióne perfúnde; vt ante ſónitum eius lóngiùs effugéntur igníta iácula inimíci, percúſſio fúlminum, ímpetus lápidum, læſio tempeſtátum; vt ad interrogatiónem prophéticam, Quid eſt tibi mare quod fugíſti? ſuis mótibus cum Iordáne retroácto fluénte reſpóndeat; A fácie Dómini mota eſt terra, à fácie Dei Iacob, qui conuértit petram in ſtagna aquárum, & rupem in fontes aquárum. Non ergo nobis, Dómine, non nobis, ſed nómini tuo da glóriam, ſuper miſericórdia tua; vt cùm præſens váſculum, ſicut réliqua altáris vaſa, ſacro Chríſmate tángitur, Oleo ſancto vngitur; quicúmque ad ſónitum eius conuénerint, ab ómnibus inimíci tentatiónibus líberi; ſemper fídei Cathólicæ documénta ſecténtur. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum

Fílium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitáte Spíritus ſancti Deus, per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Tum ſedet Pontifex, vel Sacerdos, & Pontifex accepta mitrâ, vel Sacerdos, imponit in thuribulo thymiama, thus, & myrrham, ſi haberi poſſunt: alioquin, quæ ex ipſis habentur: quibus impoſitis, thuribulum ipſum ſupponitur Campanæ, ſeu ſigno, vt totum fumum recipiat, interimque Chorus cantat Antiphónam.







Pſalmus 76.

VIdérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ: & timuérunt, & turbátæ ſunt abyſſi.

Multitúdo ſónitus aquárũ: vocem dedérunt nubes.

Etenim ſagíttæ tuæ tránſeunt: vox tonítrui tui in rota.

Illuxérunt coruſcatiónes tuæ orbi terræ, commóta eſt, & contrémuit terra.

In mari via tua, & sémitæ tuæ in aquis multis: & vestígia tua non cognoscéntur.
Deduxísti sicut oues pópulum tuum : in manu Moysi & Aaron.
Glória Patri, & Fílio : & Spirítui sancto.
Sicut erat in princípio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculórum. Amen.

Quibus dictis, repositâ mitrâ, surgit Pontifex, vel Sacerdos, & dicit.

Orémus.

OMnípotens dominátor Christe, quo secúndùm carnis assumptiónem dormiénte in naui, dum obórta tempéstas mare conturbásset, te prótinus excitáto & imperánte, dissíluit, tu necessitátibus pópuli tui benígnus succúrre; tu hoc tintinnábulum sancti Spíritus rore perfúnde, vt ante sónitum illíus semper fúgiat bonórum inimícus, inuitétur ad fidem pópulus Christiánus; hostílis terreátur exércitus; confortétur in Dómino per illud pópulus tuus conuocátus: ac sicut Dauídica cíthara delectátus désuper descéndat Spíritus sanctus; atque vt Samuéle lacténtem agnum mactánte in holocáustum regis ætérni impérij, fragor aurárum turbam répulit aduersántium : ita dum huius vásculi sónitus transit per núbila, Eccléſiæ tuæ conuéntum manus conséruet Angélica; fruges credéntium, mentes & córpora saluet protéctio sempitérna. Per te Christe Iesu, qui cum Deo Patre viuis & regnas, in vnitáte eiúsdem Spíritus sancti Deus, Per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Demum Diaconus sacris vestibus albi coloris paratus, dicit.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Lucam.

IN illo témpore: Intráuit Iesus in quoddam castéllum: & múlier quædam Martha nómine, excépit illum in domum suam, & huic erat soror nómine María, quæ étiam sedens secus pedes Dómini, audiébat verbum illíus. Martha autem satagébat circa frequens ministérium: quæ stetit, & ait: Dómine non est tibi curæ, quòd soror mea relíquit me solam ministráre? Dic ergo illi, vt me ádiuuet. Et respóndens dixit illi Dóminus: Martha, Martha, sollícita es, & turbáris erga plúrima. Porrò vnum est necessárium. Mariá óptimam partem elégit, quæ non auferétur ab ea.

Finito Euangelio, Pontifex vel Sacerdos osculatur librum Euangeliorum per vnum ex ministris sibi porrectum. Tum producit super Campanam benedictam signum crucis, & reassumptâ mitrâ, Pontifex discedens, vel Sacerdos reuertitur ad locum, vbi paramenta accepit, in quo dimissis sacris vestibus, vadit in pace.

BENE-

BENEDICTIONES AB EPISCOPIS, vel aliјs facultatem habentibus faciendæ.

BENEDICTIO SACERDOTALIVM indumentorum in genere.

S. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
S. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui per Moyſen fámulum tuum Pontificália, & Sacerdotália, ſeu Leuítica veſtiménta ad expléndum in cõſpéctu tuo miniſtérium eórum, ad honórem & decórem nóminis tui fíeri decreuíſti: adéſto propítius inuocatiónibus noſtris, & hæc induménta ſacerdotália, déſuper irrigánte grátia tua, ingénti benedictióne per noſtrę humilitátis ſeruítium purificáre, ✠ benedícere, ✠ & conſecráre ✠ dignéris: vt diuínis cúltibus & ſacris myſtériis apta & benedícta exíſtant: his quoque ſacris véſtibus Pontífices, & Sacerdótes, ſeu Leuítæ tui indúti, ab ómnibus impulſiónibus ſeu tentatiónibus malignórum ſpiríttuum muníti & defénſi eſſe mereántur, tuíſque myſtériis aptè & condígnè ſeruíre & inhærére, atque in his tibi plácitè & deuótè perſeueráre tríbue. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

DEus inuíctæ virtútis triumphátor, & ómnium rerum creátor ac ſanctificátor. inténde propítius preces noſtras, & hæc induménta Leuíticæ, Sacerdotális, & Pontificális glóriæ miniſtris tuis fruénda tuo ore próprio benedícere, ✠ ſanctificáre, ✠ & conſecráre ✠ dignéris: omnéſque eis vténtes, tuis myſtériis aptos, & tibi in eis deuótè ac laudabíliter ſeruiéntes, gratos effícere dignéris. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum.

Orémus.

DOmine, Deus omnípotens, qui veſtiménta Pontifícibus, Sacerdótibus, & Leuítis in vſum tabernáculi fœderis neceſſária Móyſen fámulum tuum ágere iuſsíſti, eúmque ſpíritu ſapiéntiæ ad id peragéndũ repleuíſti: hæc veſtiménta in vſum & cultũ myſtérij tui benedícere, ✠ ſanctificáre, & ✠ conſecráre ✠ dignéris: atque miníſtros altáris tui, qui ea indúerint, ſeptifórmis ſpíritus grátia dignánter repléri, atque caſtitátis ſtola, beáta fácias cum bonórum fructu óperum miniſtérij congruéntis immortalitáte veſtíri. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergit ipſa indumenta aquâ benedictâ.

Benedictio linteaminum ſacri Altaris.

℣. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

EXáudi Dómine preces noſtras, & hæc linteámina ſacri altáris vſui præparáta benedícere, & ✠ ſanctificáre dignéris. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

DOmine Deus omnípotens, qui Móyſen fámulum tuum, ornaménta & linteámina fácere per quadragínta dies docuíſti, quæ étiam María téxuit, & fecit in vſum miniſtérij & tabernáculi fœderis: benedícere, ✠ ſanctificáre, ✠ & conſecráre ✠ dignéris hæc linteámina ad tegéndum inuoluendúmque altáre glorioſíſſimi Fílij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum viuit, & regnat in vnitáte Spíritus ſancti Deus, Per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Deinde aſpergit ea aquâ benedictâ.

Benedictio Corporalium.

℣. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

CLementíſſime Dómine, cuius inenarrábilis eſt virtus, cuius myſtéria arcánis mirabílibus celebrántur: tríbue quæſumus, vt hoc linteámen tuæ propitiatiónis benedictióne ✠ ſanctificétur ad conſecrándum ſuper illud Corpus & Sánguinem Dei, & Dómini noſtri Ieſu Chriſti Filij tui. Qui tecum viuit, & regnat in vnitáte Spíritus ſancti Deus, Per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, benedícere, ✠ sanctificáre, ✠ & consecráre ✠ dignéris linteámen istud ad tegéndum inuoluendúmque Corpus & Sánguinem Dómini nostri Iesu Christi Fílij tui. Qui tecum viuit, & regnat in vnitáte Spíritus sancti Deus, Per ómnia sæcula sæculórũ. ℟. Amen.

Orémus.

OMnípotens Deus, mánibus nostris opem tuæ benedictiónis infúnde: vt per nostram benedictiónem ✠ hoc linteámen sanctificétur, & Córporis ac Sánguinis Redemptóris nostri nouum sudáriũ Spíritus sancti grátia efficiátur. Per eúmdem, &c. in vnitáte eiúsdem Spíritus sancti. ℟. Amen.

Et aspergit aquâ benedictâ.

Benedictio Tabernaculi, seu vasculi pro sacrosancta Eucharistia conseruanda.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, Maiestátem tuam súpplices deprecámur, vt vásculum hoc, pro Córpore Fílij tui Dómini nostri Iesu Christi in eo condéndo, fabricátum, benedictiónis ✠ tuæ grátia dicáre dignéris. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum, &c.

Deinde aspergit illud aqua benedicta.

BENEDICTIO IMAGINVM
Iesu Christi Domini nostri, B. Virginis Mariæ, & aliorum Sanctorum.



STATVIT sancta Synodus Tridentina sess. 25. nemini licere vlla in Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, vllam insolitam ponere, vel ponendam curare Imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit. Quapropter districtè prohibemus ne in vlla Ecclesia nostræ Diœcesis, etiam exempta, collocetur Crux aut noua aliqua Imago Christi, B. Mariæ, Angelorum, aut aliorum Sanctorum, quæ non fuerit approbata per Nos, vel per alium à nobis facultatem id faciendi habentem, ne aliquid incongruum aut inhonestum in ea inueniatur; & posteà benedicetur ritu sequenti.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imágines, siue effígies, sculpi, aut pingi non réprobas, vt quóties illas óculis corpóreis intuémur, tóties eórum actus, & sanctitátem ad imitándum memóriæ óculis meditémur: hanc, quæsumus, imáginem, seu sculptúram in honórem & memóriam vnigéniti Fílij tui Dómini nostri

Iesu Christi, vel Beatíssimæ Vírginis Maríæ Matris Dómini nostri Iesu Christi, vel Beáti N. Apóstoli tui, vel Mártyris, vel Confessóris, aut Pontíficis, aut Vírginis adaptátam benedícere ✠ & sanctificáre ✠ dignéris: & præsta, vt quicúmque coram illa Vnigénitum Fílium tuum, vel Beatíssimam Vírginem, vel glorióssum Apóstolum, siue Mártyrem, siue Confessórem, aut Vírginem supplíciter cólere, & honoráre studúerit; illíus méritis, & obténtu à te grátiam in præsénti, & ætérnam glóriam obtíneat in futúrum. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Et aspergatur imago aquâ benedictâ.

Benedictio nouæ Crucis.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Rogámus te Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, vt dignéris benedícere ✠ hoc signum Crucis, vt sit remédium salutáre géneri humáno, sit solíditas fídei, proféctus bonórum óperum, redémptio animárum, sit solámen, & protéctio, ac tutéla contra sæua iácula inimicórum. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

BEnedic ✠ Dómine hanc Crucem tuam, per quam eripuísti mundum à dæmonum potestáte, & superásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in præuaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiónem. Hîc aspergat aquâ benedictâ Sanctificétur hoc signum Crucis in nómine Patris ✠ & Fílij, ✠ & Spíritus sancti, ✠ vt orántes, inclinantésque se propter Dóminum ante istam Crucem, inuéniant córporis, & ánimæ sanitátem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Postea Sacerdos genuflexus ante Crucem deuotè adorat & osculatur, & idem faciunt astantes.

RITVS BENEDICENDI, ET imponendi primarium lapidem pro Ecclesia ædificanda, seruandus à Sacerdote facultatem habente ab Episcopo.

ECclesia ex Episcopi auctoritate tantum, iuxta sacrorum Canonum decreta, ædificari potest. Si vero Sacerdos eius ædificationis primarium lapidem benedicendi potestatem habens, eiusmodi functionem peragat, hunc ritum seruabit.

Pridie quàm primarius lapis benedicatur, ligneam crucem in loco, vbi debet esse Altare, figat ipse, vel alius Sacerdos. Sequenti vero die lapis in Ecclesiæ fundatione ponendus, qui debet esse quadratus, & angularis, benedicatur hoc modo.

Sacerdos indutus amictu, albâ, cingulo, stolâ, & pluuiali albi coloris, adhibitis aliquot Sacerdotibus, & Clericis, salem, & aquam benedicit, nisi priùs in promptu habeat iam benedictam ordinariâ benedictione, & interim dum cantatur à Clericis Antiphona cum Psalmo sequenti, & aspergit locum, vbi crux posita est, cum aqua benedicta.

Antiphona. **Signum salútis pone Dómine Iesu Christe, in loco isto, & non permíttas introíre Angelum percutiéntem.**

Psalmus 83.

QVàm dilécta tabernácula tua Dómine virtútum! concupíscit, & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum & caro mea: exultauérunt in Deum viuum.

Etenim passer inuénit sibi domum: & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos.

Altária tua Dómine virtútum: rex meus & Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua Dómine: in sæcula sæculórum laudábunt te.

Beátus vir cuius est auxílium abs te: ascensiónes in corde suo dispósuit: in valle lachrymárum, in loco quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem: vidébitur Deus Deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum exáudi oratiónem meam: áuribus pércipe Deus Iacob.

Protéctor

Protéctor noster áspice Deus : & réspice in fáciem Christi tui.

Quia mélior est dies vna in átriis tuis: super míllia.

Elégi abiéctus esse in domo Dei mei : magis quàm habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam & veritátem díligit Deus: grátiam & glóriam dabit Dóminus.

Non priuábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia : Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in te.

Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.

Finito Psalmo Sacerdos versus ad locum per eum aspersum dicit.

Orémus.

DOmine Deus, qui licet cælo & terra non capiáris, domum tamen dignáris habére in terris, vbi nomen tuum iúgiter inuocétur : locum hunc, quæsumus, Beátæ Maríæ semper Vírginis, & B. N. (nominando Sanctum, vel Sanctam, in cuius honorem, ac nomen fundabitur Ecclesia) omniúmque Sanctórum intercedéntibus méritis, seréno pietátis tuæ intúitu vísita, & per infusiónem grátiæ tuæ ab omni inquinaménto purífica, purificatúmque consérua, & qui dilécti tui Dauid deuotiónem in fílij sui Salomónis ópere compleuísti, in hoc ópere desidéria nostra perfícere dignéris; effugiántque omnes hinc nequítiæ spirituáles. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum viuit, & regnat, in vnitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Posteà stans benedicit primarium lapidem dicens.
℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.
℣. Lápidem, quem reprobauérunt ædificántes.
℟. Hic factus est in caput ánguli.
℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc Petram ædificábo Ecclésiam meã.
Glória Patri, & Fílio: & Spirítui sancto.
Sicut erat in princípio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculórum. Amen.

Orémus.

Domine Iesu Christe Fili Dei viui, qui es verus omnípotens Deus, splendor, & imágo ætérni Patris, & vita ætérna, qui es lapis anguláris de monte sine mánibus abscíssus, & immutábile fundaméntum: hunc lápidem collocándum in tuo nómine confírma, & tu, qui es princípium, & finis, in quo princípio Deus Pater ab inítio cuncta creáuit: sis quæsumus, princípium, & increméntum, & consummátio ipsíus óperis, quod debet ad laudem & glóriam tui nóminis inchoári. Qui cum Patre, & Spíritu sancto viuis, & regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Tunc aspergit lápidem ipsum aquâ benedictâ, & accepto cultro per singulas partes sculpit in eo signum Crucis dicens. In nómine Patris, ✠ & Fílij, ✠ & Spíritus ✠ sancti. ℟. Amen. quo facto dicit.

Orémus.

BEnedic ✠ Dómine creatúram istam lápidis, & præsta per inuocatiónem sancti tui nóminis, vt quicúmque ad hanc Ecclésiam ædificándam purâ mente auxílium déderint, córporis sanitátem, & ánimæ medélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Posteà dicantur Litaniæ ordinariæ sine orationibus in fine positis, quibus dictis, parato cæmento, & cæmentario assistente, Sacerdos inchoat, Clericis prosequentibus, Antiphonam. **Mane surgens Iacob erigébat lápidem in títulum, fundens óleum désuper: votum vouit Dómino: Verè locus iste sanctus est, & ego nesciébam.**

Psalmus 126.

NIsi Dóminus ædificáuerit domum: in vanum laborauérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodíerit ciuitátem: frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit diléctis suis somnum: ecce heréditas Dómini, fílij merces: fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis: ita fílij excussórũ.

Beátus vir, qui impléuit desidérium suum ex ipsis: non confundétur cùm loquétur inimícis suis in porta.

Glória Patri, & Fílio, &c. Sicut erat, &c.

Quo dicto, Sacerdos stans tangit, & ponit ipsum primarium lapidem in fundamento, dicens.

In fide Iesu Christi collocámus lápidem istum primárium in hoc fundaménto. In nómine Patris, ✠ & Fílij, ✠ & Spíritus ✠ sancti, vt vígeat vera fides hìc, & timor Dei, fraternáque diléctio; & sit hic locus destinátus oratióni, & ad inuocándum, & laudándum nomen eiúsdem Dómini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spíritu sancto viuit, & regnat Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Interim cæmentarius locat ipsum lapidem cum cæmento: postea Sacerdos spargit super lapidem aquam benedictam dicens: A spérges me Dómine hyssópo, & mundábor: lauábis me, & super niuem dealbábor. Psal. M iserére mei Deus secúndùm magnam, &c. dicitur totus cum G lória Patri. Quo dicto Sacerdos spargit aquam benedictam per omnia fundamenta, si sunt aperta: si verò non sunt aperta, circuit aspergendo fundamenta Ecclesiæ designata. Et incipiens aspergere inchoat Antiphonam. Clero prosequente. O quàm metuéndus est locus iste! verè non est hìc áliud nisi domus Dei, & porta cæli.

Psalmus 86.

FVndaménta eius in móntibus sanctis: díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Iacob.

G lorióſa dicta sunt de te: cíuitas Dei.

M emor eror Rahab & Babylónis: sciéntium me.

E cce alienígenæ; & Tyrus & pópulus Æthíopum: hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet, Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundáuit eam Altíssimus?
Dóminus narrábit in scriptúris populórum: & príncipum horum qui fuérunt in ea.
Sicut lætántium ómnium: habitátio est in te.
Glória Patri, & Filio, &c. Sicut erat, &c.
Antiphona. O quàm metuéndus est locus iste! verè non est hìc aliud, nisi domus Dei, & porta cæli.
Interim aspergendo procedit vsque ad fundamenta aperta, seu designata, & repetitâ Antiph. stans dicit; Orémus. Ministri. Flectámus génua. ℟. Leuáte.

OMnípotens, & miséricors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ cæteris grátiam contulísti, vt quidquid in tuo nómine dignè, perfectéque ab eis ágitur, à te fieri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam, vt quidquid modò visitatúri sumus, vísites; & quidquid benedictúri sumus, bene ✠ dícas, sítque ad nostræ humilitátis intróitum, sanctórum tuórum méritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingréssus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

DEus, qui ex ómnium cohabitatióne Sanctórum ætérnum Majestáti tuæ condis habitáculum: da ædificatióni tuæ increménta cæléstia, vt quod te iubénte fundátur, te largiénte perficiátur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

RITVS BENEDICENDI NOVAM Ecclesiam, seu Oratorium publicum, & non priuatum, vt ibi sanctissimum Missæ sacrificium celebrari possit.

SAcerdos nouam Ecclesiam de licentia Episcopi benedicturus, vt in ea diuinum sacrificium Missæ ritè celebretur, stolâ, ac pluuiali albi coloris indutus, aliquot Sacerdotibus & Clericis adhibitis, prælatâ cruce mediâ inter duos Clericos deferentes cereos accensos, manè procedit ad primariam Ecclesiæ, vel Oratorij ianuam; vbi stans capite aperto, conuersus ad eam dicit absolutè Orationem.

ACtiónes nostras, quæsumus Dómine, aspirándo præueni, & adiuuándo proséquere: vt cuncta nostra orátio & operátio à te semper incípiat, & per te cœpta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde inchoat Antiphonam, Aspérges me Dómine, &c. & Clerus alternatim dicit Psalmum. Miserére mei Deus. in fine Glória Patri. Interim circumdant exteriùs Ecclesiam (quæ intùs debet esse vacua, & nuda, & pariter altaria nuda excluso populo, donec absoluta sit benedictio:) & Sacerdos accepto aspergillo ex herba hyssopi ad eius dexteram se conuertens, parietes Ecclesiæ in superiori parte, & in fundamentis, cum aqua benedicta aspergit, dicens: Aspérges me Dómine hyssópo, &

mundábor; lauábis me, & super niuem dealbábor. Quibus reuersis ad locum, vnde processio initium habuit, repetitâ Antiphonâ à Clero, Sacerdos stans, vt priùs, versùs Ecclesiam, dicit. Orémus. & Ministri. Flectámus génua. ℟. Leuáte. Oratio.

DOmine Deus, qui licèt cælo & terra non capiáris, domum tamen dignáris habére in terris, vbi nomen tuum iúgiter inuocétur: locum hunc, quæsumus, Beátæ Maríæ semper Vírginis, & Beáti N. omniúmque Sanctórum intercedéntibus méritis, seréno pietátis tuæ intúitu vísita, & per infusiónem grátię tuę ab omni inquinaménto purífica, purificatúmque consérua; & qui dilécti tui Dauid deuotiónem in filij sui Salomónis ópere compleuísti, in hoc ópere desidéria nostra perfícere dignéris, effugiántque omnes hinc nequítię spirituáles. Per Dóminum nostrum.

Quâ finitâ Oratione, omnes bini in Ecclesia intrantes ad Altare maius procedunt, coram quo genuflexi Litanias prosequuntur.

Vbi dictum fuit, Vt ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ętérnam donáre dignéris, Te rogámus audi nos.

Surgit Sacerdos, & intelligibili voce dicit:

Vt hanc Ecclésiam, & Altáre ad honórem tuum, & nomen Sancti tui N. purgáre & benedícere ✠ dignéris, Te rogámus audi nos. Cùm dicit, benedícere, manu dexterâ benedicit Ecclesiam, & Altare, deinde vt priùs genuflectit, donec perficiantur Litaniæ, & Cantores prosequuntur:

Vt nos exaudíre dignéris, Te rogámus audi nos.
Fili Dei, Te rogámus audi nos.
Agnus Dei qui tollis, &c.

Dicto vltimo. Kyrie eléison, Sacerdos stans dicit. Orémus. Ministri. Flectámus génua. ℟. Leuáte.

PRæueniat nos, quæsumus Dómine, misericórdia tua, & intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, voces nostras cleméntia tuæ propitiatiónis antícipet. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tum distans ab Altari congruenti spatio genuflexus, & se signans dicit: Deus in adiutórium meũ inténde. & statim surgit, Clero respondente: Dómine ad adiuuándum me festína; ipse verò stans dicit: Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto. Chorus respondet: Sicut erat in princípio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculórum. Amen.

Posteà Sacerdos dicit: Orémus. Ministri. Flectámus génua. ℟. Leuáte.

Oratio.

OMnípotens & miséricors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ cæteris grátiam contulísti, vt quidquid in tuo nómine dignè perfectéque ab eis ágitur, à te fíeri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam, vt quidquid modò visitatúri sumus, vísites, & quidquid benedictúri sumus, benedícas, ✠ sítque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingréssus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, &c.

His

His dictis inchoat Antiphonam. Bénedic Dómine domum istam nómini tuo ædificátam. cum tribus Psalmis sequentibus, videlicet.

Psalmus 119.

AD Dóminum cùm tribuláret clamáui : & exaudíuit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis ; & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi : ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ : cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est, habitáui cum habitántibus Cedar : multùm incóla fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus : cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Glória Patri, & Fílio, &c. Sicut erat, &c.

Psalmus 120.

LEuáui óculos meos in montes : vnde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino : qui fecit cælum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum : neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet : qui custódit Israël.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua : super manum déxteram tuam.

Per diem sol non vret te : neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: custódiat ánimam tuam Dóminus.
Dóminus custódiat intróitum tuum, & éxitum tuum: ex hoc nunc & vsque in sæculum.
Glória Patri, & Fílio, &c. Sicut erat, &c.

Psalmus 121.

LÆtátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus.
Stantes erant pedes nostri: in átrijs tuis Ierúsalem.
Ierúsalem, quæ ædificátur vt ciuitas: cuius participátio eius in idípsum.
Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: testimónium Israël ad confiréndum nómini Dómini.
Quia illic sedérunt sedes in iudício: sedes super domum Dauid.
Rogáte quæ ad pacem sunt Ierúsalem: & abundántia diligéntibus te.
Fiat pax in virtúte tua: & abundántia in túrribus tuis.
Propter fratres meos, & próximos meos: loquébar pacem de te.
Propter domum Dómini Dei nostri: quæsíui bona tibi.
Glória Patri, & Fílio, &c. Sicut erat, &c.
Antiphona. Bénedic Dómine domum istam nómini tuo ædificátam.

Interim aspergit interiùs parietes in parte superiori, & inferiori, inchoans aspersionem à parte Euangelij, dicens: Aspérges me Dómine, &c. tum ad Altare reuersus, dicit.

Orémus. Ministri. Flectámus génua. ℞. Leuáte.

DEus, qui loca nómini tuo dicánda sanctíficas, effúnde super hanc oratiónis domum grátiam tuam, vt ab ómnibus hic nomen tuum inuocántibus auxílium tuæ misericórdiæ sentiátur. Per Dóminũ nostrum Iesum Christum Fílium tuũ, &c.

His peractis dicitur Missa de tempore occurrenti, vel de Sancto.

Ecclesia verò quamuis à simplici Sacerdote, vt suprà, sit benedicta, ab Episcopo tamen consecranda est.

RITVS RECONCILIANDI Ecclesiam violatam, si nondum erat ab Episcopo consecrata.

ECclesiæ violatæ reconciliatio per Sacerdotem ab Episcopo delegatum fiat hoc modo. Altare Ecclesiæ omninò nudetur; prouideatúrque vt Ecclesia possit liberè circumiri tam exterius, quàm interius, si fieri potest, paretur vasculum cum aqua benedicta, & aspergillum de herba hyssopo factum; Sacerdos indutus amictu, albâ, cingulo, stolâ, & pluuiali albo, adhibitis aliquot Sacerdotibus, & Clericis procedit ad primariam Ecclesiæ portam, ibi stans Antiphonam incipit, dicens, Clèro prosequente: Aspérges me Dómine hyssópo, & mundábor, lauábis me, & super niuem dealbábor. Psalm. Miserére mei Deus. totus cum Glória Patri: Quo finito, Antiphona repetitur. Interim dum Antiphona, & Psalmus dicuntur, Sacerdos cum

aquâ benedictâ aspergit in circuitu extrinsecus Ecclesiam, & Cœmeterium, simul aspergendo alternatim ad parietes Ecclesiæ, ad terram Cœmeterij, præsertim ad loca contaminata. Quo facto, redit ad locum, vbi incepit aspergere, & istans dicit.

Orémus.

Omnípotens & misericors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ cæteris grátiam contulísti, vt quidquid in tuo nómine dignè, perfectéque ab eis ágitur, à te fieri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam, vt quod modò visitatúri sumus, vísites, & quidquid benedictúri sumus bene ✠ dícas, sítque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctórum tuórum méritis fuga dæmonum, Angeli pacis ingréssus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos incipit Litanias, & ingreditur Ecclesiam cum Clero cantando eas; acceditque ante Altare maius, coram quo genuflectit, cúmque dictum fuerit.

Vt ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam, &c. ℟. Te rogámus audi nos. Sacerdos surgit, & clarâ voce dicit: Vt hanc Ecclésiam, Altáre hoc, & cœmetérium purgáre & ✠ reconciliáre dignéris. Te rogámus, &c.

Quibus dictis rursus genuflectit, & Litaniæ perficiuntur. Quibus finitis, Sacerdos versus ad dictum Altare dicit.

Orémus. & Ministri. **Flectámus génua.** ℟. **Leuáte.**

PRæueniat nos, quæsumus Dómine, misericórdia tua, & intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, voces nostras cleméntia tuæ propitiatiónis antícipet. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. **Amen.**

Deinde Sacerdos genuflectit ante Altare, & se signo crucis muniens, clarà voce dicit. **Deus in adiutórium meum inténde.** tum surgit, & chorus, seu astantes Clerici respondent: **Dómine ad adiuuándum me festína.** & Sacerdos stans dicit.

Glória Patri, & Fílio: & Spirítui sancto.

℟ **Sicut erat in princípio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculórum. Amen.**

Quo dicto, Sacerdos inchoat, Clero prosequente Antiphonam. **Exúrgat Deus, & dissipéntur inimíci eius: & fúgiant qui odérunt eum à fácie eius.**

Psalmus. **In Ecclésiis benedícite Deo Dómino: de fóntibus Israël.**

Repetitur Antiphona. **Exúrgat. Ibi Bénjamin adolèscéntulus: in mentis excéssu.**

Repetitur Antiphona. **Exúrgat. Príncipes Iuda, duces eórũ: príncipes Zábulõ, príncipes Néphthali.**

Repetitur Antiphona. **Exúrgat. Manda virtúti tuæ: confírma hoc Deus, quod operátus es in nobis.**

Repetitur Antiphona. **Exúrgat. A templo sancto tuo in Ierúsalem: tibi ófferent reges múnera.**

Repetitur Antiphona. **Exúrgat. Increpa feras arúndinis, congregátio taurórum in vaccis populórum: vt exclúdant eos qui probáti sunt argénto.**

Repetitur Antiphona. Exúrgat. Díſſipa gentes, quæ bella volunt: vénient legáti ex Aegypto: Ethiópia præuéniet manus eius Deo.

Repetitur Antiphona. Exúrgat. Regna terræ cantáte Deo: pſállite Dómino.

Repetitur Antiphona. Exúrgat. Pſállite Deo, qui aſcéndit ſuper cælum cæli: ad Oriéntem.

Repetitur Antiphona. Exúrgat. Ecce dabit voci ſuæ vocem virtútis, date glóriam Deo ſuper Iſraël: magnificéntia eius, & virtus eius in núbibus.

Repetitur Antiphona. Exúrgat. Mirábilis Deus in Sanctis ſuis, Deus Iſraël, ipſe dabit virtútem, & fortitúdinem plebi ſuæ: benedíctus Deus. Et non dicitur Glória Patri, ſed Antiphona repetitur. Interim dum Antiphona, & Pſalmus prædicti dicuntur, Sacerdos circuit Eccleſiam intrinſecus aſpergéndo, aſpergit etiam ſpecialiter loca contaminata, quo facto ſtans in Presbyterio verſus ad Altare dicit.

Orémus.

DEus, qui in omni loco dominatiónis tuæ clemens, & benígnus purificátor aſsíſtis: exáudi nos, quæſumus, & concéde, vt in póſterum inuiolábilis huius loci permáneat benedíctio, & tui múneris benefícia, vniuérſitas fidélium, quæ ſúpplicas, percípere mereátur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde dicitur Miſſa de die occurrenti.

Simplex Sacerdos, tantùm ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ, poteſt Eccleſiam ab Epiſcopo conſecratam reconciliare. Et tunc vtatur ritu in Pontifi-

cali præscripto. Procedátque indutus amictu, albâ, cingulo, stolâ, & pluuiali albi coloris: adhibitis secum aliis Presbyteris, & Clericis superpelliceis indutis, cum aqua ab Episcopo ad hunc vsum ritè benedicta.

RITVS BENEDICENDI NOVVM Cœmeterium per Sacerdotem ab Episcopo delegatum.

PRidiè quàm fiat benedictio, ponitur in medio Cœmeterio benedicendo lignea crux alta ad staturam hominis, & ante ipsam Crucem in terra figitur paxillus tridens ligneus altus ad cubitum vnum, aptus ad affigendum illi tres candelas.

Sequenti die, mane Sacerdos in Sacristia paratus amictu, albâ, cingulo, stolâ, & pluuiali albi coloris, adhibitis aliquot Sacerdotibus, & Clericis indutis superpelliceis, qui deferant vasculum aquæ benedictæ, aspergillum, & thuribulum cum incensi nauicula, & hoc Rituali libro, & tribus candelis cereis, procedit ad Cœmeterium benedicendum ante Crucem in medio positam, & affiguntur, & accenduntur tres candelæ super ligneum paxillum, & Sacerdos ante Crucem & candelas, stans discooperto capite dicit.

Orémus.

OMnípotens Deus, qui es custos animárum, & tutéla salútis, fides credéntium, réspice propítius ad nostræ seruitútis offícium, & ad intrói-

tum nostrum purgétur, ✠ benedicátur, ✠ & sanctificétur ✠ hoc Cœmetérium, vt humána córpora hic post vitæ cursum quiescéntia, in magno iudícij die simul cum felícibus animábus mereántur adipísci vitæ perénnis gáudia. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Mox ante ipsam Crucem omnes genibus flexis, dicunt Litanias ordinarias, incipiente Cantore, cæteris respondentibus, & cùm dictum fuerit, Vt ómnibus fidélibus defúnctis, &c. Te rogámus audi nos. Sacerdos surgit, & clarâ voce dicit producens manu signum Crucis. Vt hoc Cœmetérium purgáre, & benedícere ✠ dignéris. Te rogámus.

Deinde Sacerdos, vt prius genuflectit, & Litaniæ perficiuntur. Quibus finitis, surgunt omnes, & Sacerdos Crucem aspergit aquâ benedictâ dicens Antiphonam. A spérges me Dómine hyssópo, & mundábor: lauábis me, & super niuem dealbábor. Miserére mei Deus, &c. quo dicto repetitur Antiphona. Dum dicitur Psalmus, Sacerdos circuit, & perambulat totum Cœmeterium incipiens ad eius dexteram, aspergens vbique aquâ benedictâ, quo facto, redit ante Crucem, & ad ipsam respiciens dicit.

Orémus.

DEus, qui es totíus orbis cónditor, & humáni géneris redémptor, cunctarúmque creaturárum visibílium & inuisibílium perféctus dispósitor, te súpplici voce, ac puro corde expóscimus, vt hoc Cœmetérium, in quo famulórum famularúmque tuárum córpora quiéscere debent, post curricula

huius

huius vitæ labéntia, purgáre ✠ benedícere ✠ & sanctificáre ✠ dignéris: quique remissiónem ómnium peccatórum per tuam misericórdiam in te confidéntibus præstitísti, corpóribus quoque eórum in hoc Cœmetério quiescéntibus, & tubam primi Archángeli expectántibus consolatiónem perpétuam lárgiter impartíre. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Tum figit in summitate Crucis vnam ex tribus candelis ardentibus, & alias duas similiter ardentes in duobus brachiis eiusdem Crucis.

Deinde incensat ipsam Crucem, & aspergens aquâ benedictâ redit cum ministris in Sacristiam.

ORDO RECONCILIANDI Cœmeterium violatum, siue Ecclesiæ contiguum sit, siue separatum, vbi Ecclesia non est polluta.

MAne diei, qua facienda est reconciliatio, Sacerdos, si ab Episcopo facultatem habeat, adhibitis alijs Sacerdotibus, & Clericis indutis superpelliceis, in sacristia, aut alio decenti loco vestitus amictu, albâ, cingulo, stolâ, & pluuiali albi coloris accedit ad medium Cœmeterij, Clerico vasculum aquæ benedictæ, & aspergillum deferente, & ibi super tapete genuflectit vnà cum ministris, & Cantores, aliíque omnes genibus flexis, dicunt Litanias. In quibus cum dictum fuerit. Vt ómnibus fidélibus defúnctis, &c. Te rogámus audi nos.

Sacerdos surgit, & manu dextrâ producens signum Crucis super Cœmeterium, clarâ voce dicit.

Vt hoc Cœmetérium reconciliáre. ✠ & sanctificáre dignéris. ℟. Te rogámus audi nos. Quibus dictis, vt priùs, genuflectit, Cantoribus Litanias perficientibus. Quibus finitis surgunt omnes, & Sacerdos accepto aspergillo cum aqua benedicta inchoat Antiphonam. Aspérges me Dómine hyssópo, Clero prosequente, & mundábor, lauábis me, & super niuem dealbábor. Psalmus. Miserére mei Deus, &c. dicitur totus sine Glória Patri. in fine repetitur Antiphona, Aspérges. Dum hæc dicuntur Sacerdos circuit totum Cœmeterium incipiens ad eius dexteram, aspergens vbique aquâ benedictâ, præsertim in loco, vbi violatio commissa est. Quo peracto, redit ad locum, vbi Litaniæ dictæ fuerunt, & ibi stans dicit.

Orémus. & Ministri. Flectámus génua. ℟. Leuáte.

DOmine pie, qui agrum fíguli prétio Sánguinis tui in sepultúram peregrinórum comparári voluísti; quæsumus, dignánter reminíscere clementíssimi huius mystérij tui. Tu es enim Dómine, fígulus noster, tu quiétis nostræ ager, tu agri huius prétium; Tu dedísti étiam, & suscepísti: Tu de prétio tui viuifici Sánguinis nos requiéscere donásti. Tu ergo Dómine, qui es offensiónis nostræ clementíssimus indúltor, expectatíssimus judicátor, iudícij tui superabundantíssimus miserátor, iudícium tuæ iustíssimæ seueritátis abscóndens post miseratiónem tuæ piæ redemptiónis, adésto exau-

dítor, & assértor nostræ reconciliatiónis: hócque Cœmetérium peregrinórum tuórum cæléstis pátriæ incolátum exspectántium, benígnus purífica, & reconcília; & hìc tumulatórum, & tumulandórum córpora de poténtia, & pietáte tuæ resurrectiónis ad glóriam incorruptiónis non damnans, sed gloríficans resúscita. Qui ventúrus es iudicáre viuos, & mórtuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

BENEDICTIO AGRORVM VT ab eis Locustæ, Bruchi, & quæuis alia animalia noxia expellantur.

SAcerdos indutus superpelliceo & stolâ ad collum impositâ, veniens ad agrum à Locustis, Bruchis, aut aliis animalibus noxiis vexatum, primò asperget illum aquâ benedictâ: deinde dicet Versus, & Orationes sequentes.

℣. Adiutóriū nostrum, &c. ℣. Dómine exáudi, &c.
℣. Dóminus vobíscum, &c. Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, bonórum ómnium author, & conseruátor, in cuius nómine omne genu fléctitur, cœléstium, terréstrium & infernórum: concéde, vt quod de tua misericórdia confísi ágimus, per tuam grátiam, efficácem consequátur efféctum: quátenus hos Vermes (vel Mures, Bruchos, Aues, Locústas, aut ália animália nóxia) segregándo ségreges, extermînándo extérmines, vt ab ista calamitáte liberáti, gratiárum actiónes maiestáti tuæ referámus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

DEus qui famulórum tuórum Móysis, & Aarónis ministério ab Aegyptiis pro glória nóminis tui Locústas, Bruchos, Ciniphes, aliásque plagas (scílicet iustítiæ tuæ in peccatóres flagélla) auertísti, à fíliis quoque Israël prohibuísti: à pópulo tuo in te credénte símiles calamitátes aufer, vt poténtiam tuam, & beneficéntiam prædicémus. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

LArgíri, & conseruáre dignéris fructus terræ, Dómine Deus noster, vt temporálibus gaudeámus auxíliis, & proficiámus spirituálibus increméntis. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

ORámus te Dómine Deus noster, vt hos agros, (aut víneas) serénis óculis, hilaríque vultu respícere dignéris: tuámque super eos mitte bene ✠ dictiónem, vt non grando surrípiat, non turbo subuértat, non vis tempestátis detrúncet, non æstus exúrat, non animália nóxia corródant, neque inundátio plúuiæ extérminet: sed fructus incólumes, vberésque vsui nostro, ad plenam maturitátem perdúcas. Per Dóminum nostrum Iesum Christum fílium tuum, Qui tecum, &c. ℟. Amen.

Mox asperget agros, vel vineas aquâ benedictâ dicens pro temporis diuersitate Antiphonam. Vidi aquam, &c. vel Aspérges me, &c. vt suprà. Deinde leget sequens Euangelium.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Marcum.

℟. Glória tibi Dómine.

IN illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis. Eúntes in mundum vniuérsum prædicáte Euangélium omni creatúræ. Qui credíderit, & baptizátus fúerit, saluus erit: qui verò non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos qui credíderint hæc sequéntur. In nómine meo dæmónia eiícient, linguis loquéntur nouis, serpéntes tollent, & si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit, super ægros manus impónent, & benè habébunt.

℟. Laus tibi Christe. ℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

PReces nostras, quæsumus Dómine, cleménter exáudi, vt qui iustè pro peccátis nostris afflígimur, & hanc Vérmium (vel) Múrium, Bruchórum, Auium, Locustárum, (vel) aliórum animálium calamitátem pátimur, pro tui nóminis glória ab ea misericórditer liberémur, vt per poténtiam tuam expúlsa nulli nóceant, & hos agros víneas, aut hortos intáctos dimíttant, quátenus quæ ex eis orta fúerint, tuæ maiestáti deséruiant. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergat prædictos agros, seu vineas in modum crucis dicens.

Benedíctio Dei omnipoténtis descéndat & máneat super hos agros (vineas, hortos) & eorum fructus; In nómine Patris, ✠ & Fílij, & Spíritus sancti. ℟. Amen.

BENEDICTIO DOMVS QVAE A ſpiritibus infeſtatur.

PRimò moneantur domeſtici omnes, vt integrè confiteantur peccata Sacerdoti proprio, aut iuriſdictionem habenti, & dignè ad Euchariſtiam ſanctam accedant.

Deinde indicatur ieiunium domeſticis validis & ætatem habentibus.

Itémque Sacerdoti hanc prouinciam ſuſcipienti.

Tertiò Sacerdos ſuperpelliceo, & ſtolâ indutus ſtet ſuper limina interioris domus; & præcedat eum alius ferens crucem; cui duo Clerici præferant cereos benedictos accenſos, & tunc incipiat Sacerdos.

℣. Adiutórium noſtrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Saluos fac Dómine ſeruos tuos & ancíllas tuas.
℟. Deus meus ſperántes in te.
℣. Eſto eis Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Nihil profíciat inimícus in eis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére eis.
℣. Exúrge Chriſte ádiuua nos.
℟. Et líbera nos propter nomen tuum.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui Sacerdótibus tuis præ cæteris tantam grátiam conférre dignátus es, vt quicquid in tuo nómine piè suscéperint, & firmâ fide fúerint aggréssi, tu ipse probes & perfícias. Quęsumus imménsam cleméntiam tuam, vt quæcúmque hîc loca visitatúri sumus, tu ipse vísites, quę benedictúri, ✠ benedícas, & ad ea ómnia quæ nunc sumus actúri, déxteram tuæ poténtiæ propítius exténdas, & ad nostræ fragilitátis ingréssum, Sanctórum tuórum précibus, domórum fiat egréssus, & Angeli pacis benígnus intróitus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Inde benedicat Rutham parietibus cubiculorum, & præsertim loci vexati à spiritibus affigendam, modo infrà dicto.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

BEnedic ✠ Dómine Iesu Christe, hanc creatúram Ruthæ: & infúnde ei per virtútem sanctæ Cru ✠ cis, tuam ✠ benedictiónem cœléstem, vt qui ea munítus fúerit, vel super se eam habúerit, nullus ei inimícus nocére possit: & in quibuscúmque locis pósita fúerit vel portáta, ab eis contremíscens diábolus discédat, & páuidus diffúgiat: & tuis creatúris illúdere, vel eárum quiétem turbáre non vltérius præsúmat. Proínde súpplices te rogámus, Dómine, vt Angelum tuum Raphaëlem míttere dignéris, qui olim dæmonem mortíferum à

Sarra & Tobia éxpulit, & fugáuit, vt illum dénuò à cunctis animábus Deum verum piè coléntibus, à léctulis, cubículis, cáueis, ſtábulis, & vniuérſis huiúſce domus locis, in quibus fidéles tui hábitant & requiéſcunt, vigilant & consíſtunt, procul eiíciat & extérminet, ne in illos aut pauóres immíttere, aut diuexáre vllátenus váleat, quos tui ſancti chríſmatis vnctióne liníſti. Qui cum Patre & Spíritu Sancto viuis & regnas Deus. Per ómnia.

BEne ✠ díco te creatúra Ruthæ, in nómine ſanctæ Trini ✠ tátis, Pa ✠ tris, & Fílij ✠ eius vnigéniti Dómini noſtri Ieſu ✠ Chriſti, & Spíritus ✠ ſancti, vt ſis diáboli, & ómnium consórtium eius fuga & exterminátio. Per eum qui ventúrus eſt iudicáre viuos & mórtuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Tum Rutha aſpergatur aquâ benedictâ. Et affigatur parietibus ſingulorum locorum ad proceſſum, & ingreſſum Sacerdotis, & Clericorum, & aliórum fidelium preces fundentium.

Inde Sacerdos & omnes circumſtantes ſigno Crucis ✠ ſe munientes domum ingrediantur ordine ſeruato, & altè ac diſtinctè recitare incipiant Pſalmos ſequentes.

Dómine, ne in furóre tuo. Pſalm. 6.

Dómine Deus meus in te ſperáui. Pſalm. 7.

Deus Deus meus, réſpice in me. Pſalm. 21.

Dóminus illuminátio mea. Pſalm. 26.

Beáti, quorum remiſſæ ſunt. Pſalm. 31.

Minuatur hic & infrà, vel augeatur numerus Pſalmo-

Psalmorum pro angustia vel amplitudine loci, aut deuotione Sacerdotis.

Dum recitantur dicti Psalmi, Sacerdos procedendo cuncta loca aspergat aquâ benedictâ, & vbi ad locum principalem peruenerit, magis scilicet, & frequentiùs vexatum, depositâ Cruce, & Cereis benedictis super mensa ibi ad hoc disposita incipiet.

Kyrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison. Pater noster.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo. Amen.
℣. Beáti qui hábitant in domo tua Dómine.
℟. In sæcula sæculórum laudábunt te.
℣. Circúmda Dómine domum istam.
℟. Et Angelis tuis seruándam commítte.
℣. Saluos fac seruos tuos & ancíllas tuas.
℟. Deus meus sperántes in te.
℣. Esto Dómine eis turris fortitúdinis.
℟. A fácie percutiéntis diáboli.
℣. Nihil profíciat malígnus inimícus in eis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére eis.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo. Orémus.

Visita quæsumus Dómine, habitatiónem istam, & omnes insídias inimíci ab ea longè repélle: Angeli tui sancti hábitent in ea qui percutiéntes Angelos extérminent, & habitántes fidéles

in pace custódiant, super quos tua bene ✠ díctio descéndat, & máneat semper: per eum qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Sacerdos aquâ benedictâ cuncta loca domus aspergat præcedentibus luminaribus & Cruce. Alij ministri genibus flexis in loco principali, & magis vexato, dicant interea sequentes Psalmos.

Iúdica Dómine nocéntes me. Psalm. 34.

Miserére mei Deus secúndùm. Psal. 50.

Deus áuribus nostris. Psal. 43.

De profúndis clamáui ad te. Psal. 129.

Dómine exáudi oratiónē meam, áuribus. Psal. 142.

Finitâ aspersione redeat Sacerdos ad locum principalem, & respondentibus circumstantibus dicat:

Kyrie eléison. Christe eléison.

Kyrie eléison. Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo. Amen.

℣. Conuértere Dómine vsquequo?

℟. Et deprecábilis esto super seruos tuos & ancíllas tuas.

℣. Muro tuo inexpugnábili domum istam circumcínge.

℟. Et armis tuæ poténtiæ semper prótege.

℣. Fiat misericórdia tua Dómine super nos.

℟. Quemádmodum sperauimus in te.

℣. Líbera nos Deus Israël.

℟. Ex ómnibus tribulatiónibus nostris.

℣. Dic Angelo percutiénti.

℟. Cesset iam manus tua.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo. Orémus.

ADésto Dómine supplicatiónibus nostris, & hanc domum óculis tuæ pietátis illústra, vt fugátis tenebrárum Angelis, descéndat super habitántes in ea grátiæ tuæ larga bene✠díctio, vt in manufáctis habitáculis cum salubritáte manéntes, ipsi tuum semper sint habitáculum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, &c.

Item Sacerdos aspergat cuncta loca domus, vt suprà, interim ministri, vel circumstantes in loco principali dicant sequentes Psalmos.

Leuáui óculos meos. Psalm. 120.
Ad te leuáui óculos meos. Psalm. 122.
Nisi quia Dóminus erat. Psalm. 123.
Qui confídunt in Dómino. Psalm. 124.
Nisi Dóminus ædificáuerit domum. Psal. 126.

Post aspersionem redeat Sacerdos ad locum principalem, & dicat.

Kyrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison. Pater noster.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo, Amen.
℣. Mitte nobis Dómine auxílium de sancto.
℟. Et de Sion tuére nos.
℣. Tuére Dómine domum & famíliam istam.
℟. Sicut domum Dauid in ætérnum.

℣. Eripe nos à nequítia ſpiríttuum immundórum.
℟. Sicut liberáſti Tobíam ab Aſmódæo.
℣. Líbera nos Deus Iſraël.
℟. Ex ómnibus tribulatiónibus noſtris.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo. Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui in omni loco dominatiónis tuæ præſens es, & operáris: ánnue ſupplicatiónibus noſtris & præſta, vt nihil hîc nequítia contráriæ poteſtátis váleat, nihil contra fidéles tuos fámulos moliátur, ſed virtúte & operatióne Spíritus ſancti, à dæmonis infeſtatióne liberáti, tibi gratum & deuótum præſtent obſéquium. Per eum qui ventúrus eſt iudicáre viuos & mórtuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Tertiò Sacerdos aſpergat cuncta loca domus, vt ſuprà. Intereà miniſtri vel aſtantes in loco principali genibus flexis recitent ſequentes Pſalmos.

Sæpè expugnauérunt. Pſalm. 128.
Cùm inuocárem. Pſalm. 4.
In te Dómine ſperáui. Pſalm. 30.
Qui hábitat in adiutório. Pſalm. 90.
Ecce nunc benedícite. Pſalm. 130.

Sacerdos peractâ aſperſione ad locum principalem reuerſus incipiat.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon.
Kyrie eléiſon. Pater noſter.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo. Amen.
℣. De tribulatióne inuocáui Dóminum.
℟. Et exaudíuit me in latitúdine.
℣. Dóminus mihi adiútor.
℟. Et ego despíciam inimícos meos.
℣. Impúlsus euérsus sum vt cáderem.
℟. Et Dóminus suscépit me.
℣. Dómine líbera nos à sagítta volánte: à negótio perambulánte in ténebris.
℟. Líbera nos ab incúrsu & dæmónio meridiáno.
℣. Dómine non præuáleat inimícus homo, & élide vires eius.
℟. Sicut excussísti Pharaónem & virtútem eius, in mari rubro.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo. Orémus.

DOmine Iesu Christe qui es caput nostrum, & coróna Sanctórum ómnium, réspice quæsumus super domum & famíliam istam, & in tuam tutélam ac custódiam ita súscipe, vt fugátis & expúlsis ómnium dæmonum insídiis; & in præsénti sæculo secúra tibi grátias ágere, & in futúro in omne sæculum beáta te laudáre mereátur: qui cum Patre & Spíritu sáncto, viuis & regnas in sæcula sæculórum.

His dictis Sacerdos benedicat Candelas cereas formula sequenti.

℣. Deus in adiutórium meum inténde.

℟. Dómine ad adiuuándum me festína.
℣. Glória Patri, & Fílio : & Spirítui sancto.
℟. Sicut erat in princípio & nunc, & semper : & in sæcula sæculórum. Amen.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

DOmine Iesu Christe, qui illúminas omnem hóminem veniéntem in hunc mundum, effúnde benedictiónem ✠ tuam super has Candélas, & sanctífica eas lúmine grátiæ tuæ. Et sicut igne visíbili accénsæ noctúrnas repéllunt ténebras, ita tenebrárum potestátes, & inférnos spíritus ex hoc habitáculo tuæ munímine virtútis exclúdant, eiusdémque íncolas ab omni dæmonum incursióne tutos & secúros reddant, quátenus in hac vita tibi quiéto & tranquíllo spíritu seruiéntes, ad teípsum lucem indeficiéntem perueníre mereántur. Qui viuis & regnas.

Ex dictis Candelis fiant Cruces, & in angulis cubiculorum collocentur.

Posteà Sacerdos Crucem ligneam benedicat in hunc modum.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

BEnedic ✠ Dómine hoc signum Crucis, & sicut per eam eripuísti mundum à potestáte dæmonum; ita hoc domicílium ab eórum insídiis serua : Sanctífica Dómine passiónis istud signácu-

lum, vt hódie tuis inimícis in terrórem, tibi verò credéntibus in auxiliáre vexíllum erigátur: & in quocúmque loco fúerit collocátum, inde aduérsas potestátes elíminet, sanctósque Angelos istíus loci, & habitántium fidélium tutóres ac protectóres fortíssimos immítat.

Oleo benedicto Crux vngenda: olei verò benedicendi forma vt sequitur.

EXorcíso te, immundíssime spíritus, omnísque incúrsio Sátanæ, & omne phantásma, in nómine Pa ✠ tris, & Fí ✠ lij, & Spíritus, ✠ sancti, vt recédas ab hoc óleo, vt possit éffici vnctio spiritális ad protegéndũ domũ istam, vt in ea Spíritus sãctus hábitet per nomen Dei Patris omnipoténtis, & per nomen dilectíssimi Fílij eius Dómini nostri Iesu Christi, qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & sæculum per ignem.

Posteà oleo aspergatur aqua benedicta. Crux supradicto oleo vncta appendatur super limina ianuæ in ingressu domus, & intereà dicatur.

Vexílla regis pródeunt, &c.

Oleo benedicto vngantur ianuæ, & ostia domus modo sequenti.

PEr istam sacrosánctam ólei vnctiónem, & benedictiónem ✠ suscípiat Dóminus huius domicílij custódiam: & ista illud sanctíficet & consérvet, vt Dei fortitúdinis sit tamquam signum scriptum in límine & óstiis. In nómine Pa ✠ tris, & Fí ✠ lij, & Spíritus ✠ sancti. Amen.

Reuersus Sacerdos ad locum principalem dicat:

Orémus.

EXáudi nos Dómine, sancte pater, omnípotens ætérne Deus, vt sicut domos Hebræórum in éxitu de Ægypto Agni sánguine linítas, ab Angelo percutiénte custodísti, ita míttere dignéris sanctum Angelum tuũ de cælis, qui custódiat, fóueat, prótegat, vísitet atque defendat domũ hanc, & habitántes in ea, in virtúte sánguinis veri Agni Dómini nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit & regnat.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, cunctárum benedictiónum largítor magníficus, béne ✠ dic domum istam vt sit domus diuíni hospítij, domus pacis, benedictiónis & consolatiónis, domus meditatiónis & protectiónis, sit domus supra firmam petram ædificáta, sit tamquam cíuitas, & domus Dauid stabilíta coram Dómino. Consérua in ætérnum hoc domicílium, quod à spirítibus immúndis nunc vt minister tuus pur ✠ go, mun ✠ do, sancti ✠ fico benedícens, & bene ✠ díco sanctíficans. Egrediátur fons de sólio tuo super domum istam, vt irrigétur misericórdia tua, & dic Angelo percutiénti: cesset iam manus tua. Appáreat maiéstas tua & sancti ✠ ficet hoc habitáculum, & ponat manum suam hîc in sempitérnum, & sint óculi eius & cor eius hîc cunctis diébus, sicut super ædifícium domus Salomónis, & sexagínta ex fortíssimis Dei poténtes, omnes tenéntes gládios ad bella doctíssimi circúmstent, & contra Angelos pacem & quiétem incoléntium perturbántes

pugnent

pugnent & expúgnent. Per eum qui venturus est iudicáre viuos, &c.

Sumantur Aromata puluerizata & benedicantur formula sequenti.

EXorcízo te creatúra incénsi vel Myrrhæ vel N. per Deum Patrem omnipoténtem, qui fecit cælum & terram & ómnia quæ in eis sunt, vt omnis virtus aduersárij, omnis exércitus diáboli, omnísque incúrsio, omne phantásma sátanæ eradicétur & effugétur, vt fiat fumus tuus terror omnis aduersáriæ potestátis, & tutéla domicílij huius & habitántium in ea per Spíritum sanctum. In nómine Pa✠tris omnipoténtis, & Iesu ✠ Christi filij eius Dómini nostri, qui cum eo viuit & regnat in vnitáte eiúsdem Spíritus ✠ sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Tunc aspergantur Aromata aquâ benedictâ, & inde Sacerdos incipiat dicere in loco principaliori.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Inítium sancti Euangélij secúndùm Ioánnem.

Glória tibi Dómine.

In princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.

Finito Euangelio imponantur Aromata igni in Calefactoris incluso, dicendo.

SIcut ego Dei miníster ímpleo domum hanc fumo arómatum: sic repleátur maiestáte & glóriâ Dómini, vt sit habitáculum firmíssimum tamquam sólium Dei, in sempitérnum: & omnes habi-

tántes in ea adórent, & laudent eam, quóniam bonus, quóniam in sæculum misericórdia eius.

Item in altero cubiculo.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Sequéntia sancti Euangélij secúndũ Matthæum.
℟. Glória tibi Dómine.

Cùm ergo natus esset Iesus in Béthleem Iudæ, &c. In Missa diei Epiphaniæ.

Imponuntur aromata igni, dicendo.

Et ascéndit fumus incensórum de manu Angeli coram Deo: & accépit Angelus thuríbulum áureum, & impléuit illud de igne altáris, & misit in terram, & facta sunt tonítrua, & voces, & fúlgura, & terræ motus magnus.

Item in altero cubiculo vel loco.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Lucam.
℟. Glória tibi Dómine.

Missus est Angelus Gábriel à Deo. In Missa diei Annunciationis.

Imponantur aromata igni, dicendo.

De cælo locútus est Dóminus audiénte pópulo ac vidénte lámpades, & sónitum búccinæ, montémque fumántem.

Item in alio loco si plura sint.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Lucam.
℟. Glória tibi Dómine.

Et ingréssus Iesus perambulábat Hiérico, &c. In Missa Dedicationis Ecclesiæ.

Aromata imponantur igni, dicendo.

Totus mons Synaï fumábat, eo quod descendísset Dóminus Deus super eum in igne, & ascéndit fumus ex eo quasi de fornáce.

Item in alio cubiculo vel loco.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Sequéntia sancti Euangélij secúndum Marcum.
℟. Glória tibi Dómine.

NOuíssimè autem recumbéntibus illis vndecim, appáruit Iesus, & exprobráuit incredulitátem eórum, & durítiam cordis. Quia his qui víderant eum resurrexísse, non credíderant. Et dixit eis: Eúntes in mundum vniuérsum prædicáte Euangélium omni creatúræ. Qui credíderit & baptizátus fuerit, saluus erit: qui verò non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos qui credíderint, hæc sequéntur. In nómine meo dæmónia eiícient, linguis loquéntur nouis, serpéntes tollent, & si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit. Super ægros manus impónent, & benè habébunt. Et Dominus Iesus postquàm locútus est eis, assúmptus est in cælum, & sedet à dextris Dei: Illi autem proféсti, prædicauérunt vbíque Dómino cooperánte sequéntibus signis.

Aromata imponantur igni, dicendo.

Implétum est templum Dei fumo à maiestáte Dei: & de virtúte eius éxiit fumus éxtricans omne genus dæmoniórum.

Si plura loca sint, repetantur superiora Euangelia, & aromata incendantur modo supradicto.

His peractis Sacerdos benedicat omnes habitatores domus genua flectentes in loco principali.


℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Fratres charíssimi. ℟. Deo grátias.

Manéte pacífici in domo vestra, & cor vestrum sit iucúndum. Det vobis réquiem Dóminus, & pacem, & consolatiónem vndique ab vniuérsis inimícis vestris. Apériat Dóminus thesáurum suum, & abundáre fáciat vos ómnibus bonis, sicut abundáre fecit pópulum Israël perseuerántem in mandátis suis. Bene ✠ dícat vos Deus de throno suo stantes, & ambulántes, dormiéntes, vigilántes: Et família vestra vígeat vsque ad tértiam & quartam generatiónem, & omne consílium cordis vestri sua virtúte corróboret, & domus vestra in sanctificatióne permáneat, & grátia Dómini nostri Iesu Christi, & cháritas Dei, & communicátio Spíritus sancti descéndat super vos, & máneat semper vobíscum ✠ Amen.

Aspergat omnes domesticos præsentes aquâ benedictâ.

Quoniam res agitur cum hoste protéruo & obstinato, supradicta repetenda toties quoties, donec loco excesserit.

DE EXORCIZANDIS OBSESSIS, & possessis à Dæmonio.



ACERDOS, seu quiuis alius legitimus Ecclesiæ minister, vexatos à Dæmone exorcizaturus, ea, qua par est, pietate, prudentiâ, ac vitæ integritate præditus esse debet: qui non suâ, sed diuinâ fretus virtute ab omni rerum humanarum cupiditate alienus, tam pium opus ex charitate, constanter & humiliter exequatur. Hunc præterea maturæ ætatis esse decet, & non solùm officio, sed etiam morum grauitate reuerendum.

Vt igitur suo munere rectè fungatur cùm alia multa sibi vtilia documenta, quæ breuitatis gratiâ hoc loco prætermittuntur, ex probatis auctoribus & ex vsu nosse studeat, tum hæc pauca magis necessaria diligenter obseruabit.

Imprimis non facile credat, aliquem à dæmone obsessum esse; sed nota habeat ea signa, quibus obsessus dignoscitur ab iis, qui vel atrâ bile vel morbo aliquo laborant. Signa autem obsidentis dæmonis sunt ignotâ linguâ loqui pluribus verbis, vel loquentem intelligere; distantia & occulta patefacere; vires supra ætatis seu conditionis naturam ostendere; & id genus alia, quæ cùm plurima concurrunt, maiora sunt indicia.

Hæc autem, vt magis cognoscat, post vnum aut alterum Exorcismum interroget obsessum, quid senserit in animo, vel in corpore, vt sciat etiam ad quænam

verba magis diaboli conturbentur, vt ea magis deinceps inculcet ac repetat.

Aduertat, quibus artibus ac deceptionibus vtantur dæmones ad Exorcistam decipiendum: solent enim vt plurimùm fallaciter respondere, & difficilè se manifestare, vt Exorcista, diu defatigatus desistat, aut infirmus videatur non esse à dæmonio vexatus. Aliquando postquam sunt manifesti, abscondunt se, & relinquunt corpus quasi liberum ab omni molestia, vt infirmus putet se omninò liberatum esse: Sed cessare non debet Exorcista donec viderit signa liberationis. Aliquando etiam dæmones ponunt quæcumque possunt impedimenta, ne infirmus se subiiciat Exorcismis, vel conantur persuadere infirmitatem esse naturalem. Interdùm in medio Exorcismi faciunt dormire infirmum, & ei visionem aliquam ostendunt, subtrahendo se, vt infirmus liberatus videatur. Aliqui ostendunt factum maleficium, & à quibus sit factum & modum ad illud dissipandum; sed caueat, ne ob hoc ad Magos vel ad Sagas, vel ad alios, quàm ad Ecclesiæ ministros confugiat, nec vlla superstitione, aut alio modo illicito vtatur. Quandoque diabolus infirmum quiescere & suscipere sanctissimam Eucharistiam permittit, vt discessisse videatur. Denique innumerabiles sunt artes, & fraudes diaboli ad decipiendum hominem, quibus ne falletur, Exorcista cautus esse debet.

Quare memor, Dominum nostrum dixisse, Genus esse dæmoniorum quod non eiicitur nisi per orationem & ieiunium, Matth. 17. *hæc duo potissimùm remedia ad impetrandum diuinum auxilium, dæmonésque*

pellendos exemplo Sanctorum Patrum, quoad eius fieri poterit, tum per se, tum per alios curet adhiberi.

Caueat imprimis ne quemquam exorcizet, nisi petitâ & obtentâ ab Illustrissimo D. Archiepiscopo exorcizandi huius facultate.

In Ecclesiam, si commodè fieri potest, vel in alium religiosum & honestum locum seorsum à multitudine perductus, præsentibusque dumtaxat paucis viris probis, præsertim verò Ecclesiasticis ex licentia speciali Illustriss. D. Archiepiscopi & non aliàs, energumenus exorcizetur: sed si fuerit ægrotus vel persona nobilis, vel alia honesta de causa, dispensationem D. Archiepiscopi mereatur.

Admoneatur obsessus, si mente & corpore valeat, vt pro se oret Deum ac ieiunet, & sacrâ confessione, & communione sæpiùs ad arbitrium Sacerdotis se communiat, & dum exorcizatur, totum se colligat, & ad Deum conuertat, ac firma fide salutem ab eo deposcat cum omni humilitate. Et cùm vehementiùs vexatur, patienter sustineat, nihil diffidens de auxilio Dei. Habeat præ manibus vel in conspectu Crucifixum, Reliquiæ quoque Sanctorum, vbi haberi possunt, decenter ac tutò colligatæ & cooperta ad pectus, vel ad caput obsessi reuerenter admoueantur: Sed caueatur ne res sacra indignè tractentur, aut illis à dæmone vlla fiat iniuria. Sanctissima verò Eucharistia super caput obsessi aut aliter eius corpori non admoueatur ob irreuerentiæ periculum.

Exorcista ne vagetur in multiloquio, aut superuacaneis vel curiosis interrogationibus, præsertim de

rebus futuris & occultis, ad suum munus non pertinentibus; sed iubeat immundum Spiritum tacere, & ad interrogata tantùm respondere: neque ei credatur, si dæmon simularet se esse animam alicuius Sancti, vel defuncti, vel Angelum bonum.

Necessariæ verò interrogationes sunt, vt de numero & nomine spirituum obsidentium, de tempore quo ingressi sunt, de causa, & aliis huiusmodi. Cæteras autem dæmonis nugas, risus, & ineptias Exorcista cohibeat, aut contemnat, & circumstantes admoneat, ne hæc curent, neque ipsi interrogent obsessum; sed potiùs humiliter & enixè Deum pro eo precentur.

Exorcismos verò faciat ac legat cum imperio & auctoritate, magna fide & humilitate atque feruore: & cùm viderit Spiritum valde torqueri, tunc magis instet & vrgeat; & quoties viderit obsessum in aliqua corporis parte commoueri, aut pungi, aut rumorem alicubi apparere, ibi faciat signum Crucis & aquâ benedictâ aspergat, quam exorcizando in promptu habeat.

Obseruet etiam ad quæ verba dæmones magis contremiscant, & ea sæpiùs repetat, & quando peruenerit ad comminationem, eam iterum & sæpiùs proferat, semper pœnam augendo: at si videat se proficere in ipsa, perseueret per duas, tres, quatuor horas, & ampliùs, pro vt poterit, donec victoriam consequatur.

Caueat proinde Exorcista ne vllam medicinam infirmo vel obsesso præbeat, aut suadeat; sed hanc curam Medicis relinquat.

Mulierem exorcizans, semper secum habeat honestas personas à D. Archiepiscopo facultatem habentes, quæ

obsessam

obsessam teneant dum exagitatur à dæmonio, quæ quidem personæ sint patienti, si fieri potest, cognatione proximæ: atque honestatis memor exorcista caueat, ne quid dicat vel faciat quod sibi aut aliis occasio esse possit prauæ cogitationis.

Dum exorcizat, vtatur Sacræ Scripturæ verbis potiùs quàm suis aut alienis. Iubeátque dæmonem dicere, an detineatur in illo corpore ob aliquam operam magicam aut malefica signa vel instrumenta, quæ si obsessus ore sumpserit, euomat; vel si alibi extra corpus fuerint, ea reuelet, & inuenta comburantur. Moneatur etiam obsessus vt tentationes suas omnes exorcistæ patefaciat.

Si verò obsessus liberatus fuerit, moneatur, vt diligenter sibi caueat à peccatis, ne occasionem dæmoni præbeat in ipsum reuertendi, ne fiant nouißima hominis illius peiora prioribus.

EXORCISMVS SVPER ENERGVmenis; id est à dæmone vexatis.

SAcerdos exorcisaturus energumenum, præmissâ confessione aut saltem interna peccatorum detestatione, indutus superpelliceo & stolâ violacei coloris, vel post celebrationem Missæ albâ & stolâ cum cruce & aqua benedicta candelaque cerea accensa, habens energumenum coram se genibus flexis positũ, post humilem inuocationem Spiritus sancti & astantium monitionem, vt suas preces cum Sacerdotis actione coniungant, præmisso etiam signo Crucis super se, dicat clarâ voce.

In nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

OMnípotens Dómine, Verbum Dei Patris, Christe Iesu, qui sanctis Apóstolis tuis dedísti potestátem calcándi super scorpiónes & serpéntes, & super omnem virtútem inimíci; & cuius virtúte victus, tamquam fulgur de cælo, Sátanas cécidit: tuum nomen tremens suppléxque déprecor, vt mihi indigníssimo seruo tuo datâ véniâ peccatórum, confidéntiam & virtútem donare dignéris, vt hunc crudélem dracónem bráchij tui poténtia secúrus aggrédiar. Qui viuis & regnas cum Deo Patre, &c. ℟. Amen.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, à cuius fácie cæli distíllant, montes sicut cera liquéscunt, terra tremit, cui patent abyssi, quem inférnus pauéscit: te supplex déprecor, vt inuocatióne tui nóminis, huius fámuli tui (fámulæ tuæ) N. ánima à vexatióne liberáta, ad auctórem suæ salútis recúrrat, liberatorémque suum, diabólico depúlso fætóre, & odóre suauíssimo Spíritus sancti percépto, sequátur Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum viuit & regnat, &c. ℟. Amen.

Tunc energumenus, si possit, clarâ voce dicat

Symbolum Apoſtolorum, præeunte Sacerdote, qui ſtatim dicat.

℣. Benedicámus Patrem, & Fílium cum ſancto Spíritu.

℟. Laudémus & ſuperexaltémus eum in ſæcula.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo. Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui dediſti fámulis tuis in confeſſióne veræ fídei ætérnæ Trinitátis glóriam agnóſcere, & in poténtia maieſtátis adoráre vnitátem: quæſumus, vt eiúſdem fídei firmitáte, ab ómnibus ſemper muniámur aduérſis. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde dicat Euangelia quæ ſequuntur, ſignans in principio librum, deinde frontem, os & pectus ſuum, ac poſtremò frontem energumeni, cuilibet Euangelio præponens:

℣. Dómiuns vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Sequéntia ſancti Euangélij ſecúndũ Matthæum.

℟. Glória tibi Dómine. *Gap. 17.*

IN illo témpore: Accéſſit ad Ieſum homo génibus prouolútus ante eum, dicens: Dómine, miſerére fílio meo; quia lunáticus eſt, & malè pátitur, nam ſæpè cadit in ignem, & crebrò in aquam, & óbtuli eum diſcípulis tuis, & non potuérunt curáre eum. Reſpóndens Ieſus, ait: O generátio incrédula & peruérſa, quoúſque ero vobíſcum? Vſquequò pátiar vos? Afférte huc illum ad me: & increpáuit illum Ieſus, & éxiit ab eo dæmónium: & curátus

est puer ex illa hora. Tunc accessérunt discípuli ad Iesum secrétò, & dixérunt: Quare nos non potúimus eiícere illum? Dixit illis Iesus: Propter incredulitátem vestram. Amen quippe dico vobis, si habuéritis fidem sicut granum sinápis, dicétis monti huic, Transi hinc illuc, & transíbit: & nihil impossíbile erit vobis. Hoc autem genus non eiícitur, nisi per oratiónem & ieiúnium.

℣. Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Marcum.
℟. Glória tibi Dómine. *Cap. vlt.*

IN illo témpore: Recumbéntibus vndecim discípulis, appáruit illis Iesus, & exprobráuit incredulitátem eórum, & durítiam cordis, quia his qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et dixit eis: Eúntes in mundum vniuérsum, prædicáte Euangélium omni creatúræ: Qui credíderit, & baptizátus fúerit, saluus erit: Qui verò non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui credíderint hæc sequéntur: In nómine meo dæmónia eiícient, linguis loquéntur nouis, serpéntes tollent, & si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit: super ægros manus impónent, & benè habébunt. Et Dóminus quidem Iesus, postquàm locútus est eis, assúmptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profécti, prædicauérũt vbíque Dómino cooperánte, & sermónẽ cõfirmánte sequéntibus signis.

℣. Sequéntia sancti Euangélij secúndùm Lucam.
℟. Glória tibi Dómine. *Cap. 4.*

IN illo témpore: Descéndit Iesus in Capharnaum, ciuitátem Galilææ: ibíque docébat illos

Sábbatis, & stupébant in doctrína eius: quia in potestáte erat sermo ipsíus. Et in Synagóga erat homo, habens dæmónium immúndum. Et exclamáuit voce magnâ, dicens: Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazaréne, venísti pérdere nos? Scio te quia sis sanctus Dei. Et increpáuit illum Iesus dicens: Obmutésce, & exi ab eo. Et cùm proiecísset illud dæmónium in médium, éxiit ab illo, nihílque illum nócuit.

℣. Sequéntia sancti Euangélij secúndum Ioánnem.
℟. Glória tibi Dómine. *Cap.12.*

IN illo témpore: Dixit Iesus turbis Iudæórum: Nunc iudícium est mundi: nunc princeps huius mundi eiiciétur foras. Et ego si exaltátus fúero à terra, ómnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicébat, signíficans qua morte esset moritúrus. Respóndit ei turba: Nos audíuimus ex lege, quia Christus manet in ætérnum, & quómodo tu dicis, opórtet exaltári fílium hóminis? Et quis est iste fílius hóminis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambuláte dum lucem habétis; vt non vos ténebræ comprehéndant, & qui ámbulat in ténebris, nescit quò vadat. Dum lucem habétis, crédite in lucem, vt fílij lucis sitis.

Finitis Euangeliis, Sacerdos osculatur librum, dicens.

Per Euangélica dicta, deleántur nostra delícta.

Deinde ponit librum super caput energumeni. Posteà imponens super obsessum extremam partem stolæ, dicit.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.

EXorcízo te immúnde Spíritus per Pa ✠ trem, & Fí ✠ lium, & Spíritum ✠ Sanctum, vt éxeas, & recédas ab hoc fámulo (fámula) Dei N. ipse enim tibi ímperat, maledícte, damnáte, qui pédibus super mare ambuláuit, & Petro ne mergerétur, déxteram porréxit; qui cæco nato óculos apéruit, & quatriduánum Lázarum, de monuménto suscitáuit. Ergo, maledícte Diábole, recognósce senténtiam tuam, & da honorem Deo viuo ✠ & vero. Da honórem Iesu ✠ Christo Fílio eius, & Spirítui ✠ sancto, & recéde ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N. & hoc signum sanctæ ✠ Crucis, quod nos fronti eius damus, tu maledícte Diábole, numquam áudeas violáre: Per eum qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

AVdi maledícte sátana, adiurátus per nomen ætérni Dei, & Saluatóris nostri Iesu Christi, Fílij eius, cum tua victus inuídia, tremens geménsque discéde: nihil sit tibi commúne cum seruo (fámula) Dei N. Da ígitur honórem aduenienti Spirítui sancto, qui ex summa cæli arce descéndens perturbátis fráudibus tuis, mundum sibi templum & habitáculum perfíciat, vt ab omni pénitùs vexatióne liberátus seruus (liberata ancilla) Dei, grátias perénni Deo réferat semper, & benedícat nomen eius in sæcula sæculórum ℟. Amen.

Posteà Sacerdos tenens manus super caput Energumeni dicat.

Nec te láteat, Sátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi torménta, imminére tibi diem iudícij, diémque supplícij sempitérni, diem qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi atque vniuérsis ángelis tuis ætérnus superuéniet intéritus. Proínde damnáte atque damnánde, da honórem Deo viuo & vero, da honórem Iesu Christo Fílio eius, & Spirítui sancto, in cuius nómine atque virtúte ego præcípio tibi, quicúmque es, spíritus immúnde, vt éxeas & recédas ab hoc fámulo (fámula) Dei N. quem (quam) Deus & Dóminus noster Iesus Christus pretióso sánguine suo redímere dignátus est. Qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

EXi Spíritus immúnde, ab hac Creatúra Dei, nec in eam præsumas ámplius introíre: ipse tibi ímperat, maledícte Diábole, qui te de supérnis cælórum in inferióra terræ demérgit, qui te retrórsum abíre præcépit. Tu ergo, nequíssime spíritus, humáni géneris inimíce, mortis addúctor, vitæ raptor, iustítiæ declinátor, malórum radix, sedúctor hóminum, incitátor inuídiæ, causa discórdiæ, pater mendácij: illum métue, qui in Isaac immolátus est, in Ioseph venúndatus, in agno occísus, in hómine crucifíxus; qui deínde inférni triumphátor éxtitit gloriósus. Recéde ergo in nómine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spíritus ✠ sancti, ab hoc fámulo (hac fámula) Dei, & ne ámpliùs introëas in eum

(eam) in virtúte Dómini nostri Iesu Christi, qui ventúrus est iudicáre viuos, & mórtuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Posteà Sacerdos acceptâ cruce, dicat:

Ecce lignum sanctíssimæ Crucis, fúgite partes aduérsæ; vicit enim vos & mundum Dóminus Iesus Christus, Fílius Dei, Imperátor summus, Leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Crucem det Energumeno osculandam, dicens cum eo simul:

Adorámus te Christe, & benedícimus tibi: quia per sanctam crucem tuam redemísti mundum.

Deinde Sacerdos dicat.

Kyrie eléison. Christe eléison.
Kyrie eléison. Pater noster.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Exúrgat Deus, & dissipéntur inimíci eius.
℟. Et fúgiant qui odérunt eum à fácie eius.
℣. Saluum fac seruum tuum vel (ancíllam tuam.)
℟. Deus meus sperántem in te.
℣. Nihil profíciat inimícus in eo (ea)
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Esto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Orémus.

DEus qui culpâ offénderis, pœniténtiâ placáris, preces pópuli tui supplicántis propítius réspice, & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, auérte.

OMnípotens sempitérne Deus, salus ætérna credéntium: exáudi nos pro fámulo tuo infírmo (fámula tua infírma) pro quo (qua) misericórdiæ tuæ implorámus auxílium; vt rédditâ sibi sanitáte, gratiárum tibi in Ecclésia tua réferat actiónes.

HOstium nostrórum, quæsumus Dómine, elíde supérbiam; eorúmque contumáciam déxteræ tuæ virtúte prostérne.

DEus qui contritórum non déspicis gémitum, & mæréntium non spernis affectum; adésto supplicatiónibus nostris, quas tibi pro tribulatióne nostra effúndimus, eásque cleménter exáudi, vt quidquid contra nos diabólicæ atque humánæ molíuntur aduersitátes, ad níhilum redigátur, & consílio tuæ pietátis allidátur; quátenus nullis aduersitátibus læsi, sed de omni tribulatióne & angústia erépti, læti in Ecclésia tua grátias referámus. Per Dóminum nostrum, &c. ℟. Amen.

Potest etiam dici Oratio. Deus qui corda fidélium. & Oratio. Concéde nos fámulos tuos. & Oratio illius sancti, cuius nomine vocatur ipse, (ipsa) qui (quæ) vexatur: & Orationes aliorum Sanctorũ, quos maiori deuotione colimus. Possunt dici & aliæ deuotæ Orationes, cum compunctione,

& cordis contritione, implorando semper misericordiam Dei. Legat etiam Psalm. 34. Iúdica Dómine nocéntes me. & Psalm. 58 Eripe me de inimícis meis Deus meus. & Psalm. 67. Exúrgat Deus, &c. & Psalm. 90. Qui hábitat in adiutório. Et Symbolum Athanasij: Quicúmque vult.

In fine Sacerdos benedicit Energumeno, dicens.

Benedíctio Dei omnipoténtis, descéndat super te, & máneat semper tecum. In nómine Patris ✠, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen.

ALIA FORMA EXORCISMORVM ad fugandum Dæmonem de corporibus oppressis, vel etiam maleficiatis.

SAcerdos indutus vt suprà, dicit faciendo Crucem super se.

In nómine Patris, & Fílij, & Spíritus sancti. Amen.

S. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEus Angelórum, Deus Archangelórum, Deus Prophetárum, Deus Mártyrum, Deus Confessórum, Deus Vírginum, Deus & pater Dómini nostri Iesu Christi, ínuoco nomen sanctum tuum, ac præcláræ maiestátis tuæ cleméntiam supplíciter expósco, vt mihi auxílium præstáre digné-

ris aduérsus hunc nequíssimum spíritum, & omnem qui vexat hoc plasma tuum, per eúmdem Christum Dóminum nostrum, &c. ℟. Amen.

EXorcíso te immúnde spíritus, omnis incúrsio aduersárij, omnis ira, omne phantásma, omnis légio, in nómine Dómini nostri Iesu Christi, vt discédas & effúgias ab hoc plásmate Dei. Ipse tibi ímperat, qui te de supérnis cælórum in inferióra terræ demérgi præcépit. Audi ergo, & nunc Sátana, victus & prostrátus abscéde, in nómine Dómini nostri Iesu Christi. Tu inquam, nequíssime Sátana, inimíce fídei, hostis géneris humáni, mortis addúctor, vitæ raptor, iustítiæ declinátor, malórum radix, fomes vitiórum, sedúctor hóminum, próditor géntium, incitátor inuídiæ, orígo auarítiæ, causa discórdiæ, excitátor dolórum, malórum magíster, quid stas& resístis, cùm scias Deum tuas pérdere vires? Illum métue, qui in Isáac est immolátus, in Ioseph venúndatus, in agno occísus, in hómine crucifíxus; deinde inférni triumphátor éxtitit gloriósus. Recéde ergo in nómine Pa ✠ tris, & Fí ✠ lij, & Spíritus ✠ sancti. Da locum Spirítui sancto, per hoc signum Crucis. ✠ *Hìc signet cruce frontem obsessi.* Dómini nostri Iesu Christi: qui cum Patre & Spíritu sancto viuit & regnat Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Si nondum recesserit spiritus malignus, Sacerdos prosequitur.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oremus,

DEus cónditor & defénsor humâni géneris, qui hóminem ad imáginem tuam formásti, réspice super hunc fámulum tuum, (hanc fámulam tuam) N. qui (qua) dolis ínuidi serpéntis appétitur, quem (quam) vetus aduersárius, antíquus hostis terræ, formídinis horróre circúmuolat, & sensum mentis humánæ stupóre defígit, terróre contúrbat, & metu trépidi timóris exágitat. Repélle Dómine, virtútem diáboli, fallacésque eius insídias ámoue; procul ímpius tentátor aufúgiat. Sit tuæ signo crucis ✠ in fronte fámulus tuus munítus, (fámula tua muníta,) & in ánima tutus (tuta) & córpore.

Hîc ter faciet signum crucis in pectore, dicens.

Tu péctoris huius ✠ intérna custódias: tu víscera ✠ regas, tu corda ✠ confírmes: in ánima, aduersatrícis potestátis tentaménta euanéscant.

DA Dómine ad hanc inuocatiónem sanctíssimi nóminis tui grátiam, vt qui hucúsque terrébat, térritus aufúgiat, & victus abscédat, tibíque possit hic fámulus tuus (hæc fámula tua) & corde, & mente præbére famulátum. Per Christum, &c.

ADiúro te serpens antíque, per iúdicem viuórum & mortuórum, per factórem tuum, per factórem mundi, per eum qui habet potestátem mitténdi te in gehénnam, vt ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N. qui (quæ) ad Ecclésiæ sinum recúrrit, festínus discédas. Adiúro te íterum, non mea infirmitáte, sed virtúte Spíritus sancti, vt desí-

stas ab hoc fámulo (hac fámula) Dei N. quem (quam) omnípotens Deus ad imáginem suam fecit. Cede ígitur, cede, non mihi, sed minístro Christi. Illíus enim te vrget potéstas, qui te affíxus cruci, subiugáuit: Illíus bráchium contremísce, qui deuíctis gemítibus inférni, ánimas ad lucem perdúxit. Sit tibi terror corpus hóminis: sit tibi formído imágo Dei. Ne resístas, nec moréris discédere ab hómine; quóniam complácuit Deo in hómine habitáre. Et ne contemnéndum me putes, dum me peccatórem esse cognóscis, ímperat tibi Deus, ímperat tibi maiéstas Christi, ímperat tibi Deus Pater, ímperat tibi Deus Fílius, ímperat tibi Deus Spíritus sanctus; ímperat tibi fides Apostolórum Petri & Pauli, ímperat tibi fides Mártyrũ aliorúmque Sanctórum, ímperat tibi sacraméntum Domínicæ Cru ✠ cis. Exi ergo transgréssor, exi sedúctor, plene omni dolo & falláciâ, veritátis inimíce, innocéntium persecútor: da locum duríssime, da locum impiíssime, da locum Christo, in quo nihil inueníſti de opéribus tuis; qui te spoliáuit, qui regnum tuum destrúxit, qui te victum ligáuit, & vasa tua dirípuit: qui te proiécit in ténebras, vbi tibi cum minístris tuis erit præparátus intéritus. Sed quid truculéntè recógitas? quid temeráriè retráctas? Reus es omnipoténti Deo, cuius statúta transgréssus es: Reus es Filio eius Iesu Christo Dómino nostro, quem tentáre ausus es, & crucifigere præsumpsísti: Reus es humáno géneri, cui tuis persuasiónibus mortis fructum propinásti.

Si adhuc non cessauerit aut recesserit, prosequitur Sacerdos.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo. Orémus.

DOmine sancte Pater, omnípotens ætérne Deus, Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui illum réfugam, tyránnum, & apóstatam gehénnæ ígnibus deputásti: qui vnigénitum tuum in hunc mundum misísti, vt illum rugiéntem contéreret velóciter atténde, accélera, vt erípias hóminem, ad imáginem & similitúdinem tuam creátum, à ruína, & dæmónio meridiáno. Da Dómine, terrórem tuũ super béstiam quæ extérminat víneam tuam; da fidúciam seruis tuis, contra nequíssimum dracónem pugnáre fortíssime, ne contémnat sperántes in te, & ne dicat sicut in Pharaóne iam dixit: Deum non noui, & Israël non dimíttam. Vrgeat illum déxtera tua, potens expéllere à fámulo tuo (fámula tua) N. ne diútiùs captíuum præsúmat tenére hóminem, quem tu ad imáginem tuam fácere dignátus es: & in Fílio tuo redemísti: Qui tecum viuit & regnat. ℟. Amen.

ADiúro ergo te draco nequíssime, in nómine agni immaculáti, qui ambuláuit super áspidem & basilíscum, qui conculcáuit leónem & dracónem: vt discédas ✠ ab hómine, discédas ab Ecclésia. ✠ Hic producit signũ Crucis super circumstantes. Contremísce & effúge, inuocáto nómine Dómini, quem ínferi tremunt; cui virtútes cælórum, potestátes, & dominatiónes subiéctæ

sunt; quem Chérubin, & Séraphin indeféssis vócibus laudant: ímperat tibi Verbum caro factum, ímperat tibi natus ex Vírgine, ímperat tibi IESVS NAZARENVS, qui te cùm discípulos eius contémneres, elísum, atque prostrátum, exíre præcépit ab hómine; quo præsénte, cùm te ab hómine separásset, nec porcórum gregem contíngere præsumébas. Recéde ergo nunc adiurátus in nómine eius, ab hómine quem ipse plasmáuit. Durum est tibi velle resístere, durum est tibi contra stímulum calcitráre: qui quantò tárdiùs exis, tantò maius tibi supplícium crescit; quia non hómines contémnis, sed illum qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Si oppressus nondum fuerit liberatus, prosequitur Sacerdos.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo. Orémus.

OMnípotens Dómine, Verbum Dei Patris, Christe Iesu, Deus & Dóminus vniuérsæ creatúræ, qui sanctis Apóstolis tuis dedísti potestátem calcándi super serpéntes & scorpiónes; qui inter cætera mirabílium tuórum præcépta, dignátus es docére, dæmones effugáre; cuius virtúte motus, tamquam fulgur de cælo Sátanas cécidit: tuum sanctum nomen cum timóre & tremóre supplíciter déprecor, vt indigníssimo mihi seruo tuo, datâ véniâ ómnium delictórum meórum, confidéntiam & possibilitátem donáre dignéris, vt hunc crudélem dracónem, bráchij tui sancti munítus potén-

tia, fiduciáliter & fecúrè aggrédiar: per te Iefu Chrifte Dómine Deus nofter: Qui ventúrus es iudicáre viuos & mórtuos, & fæculum per ignem. ℟. Amen.

ADiúro ergo te omnis immundíffime fpíritus, omne phantáfma, omnis incúrfio Sátanæ, in nómine Iefu Chrifti ✠ Nazaréni, qui poft lauácrũ Iordánis in defértum ductus eft, & te in tuis fédibus vinxit, vt quem de limo terræ ad honórem glóriæ fuæ formáuit, tu définas impugnáre: & in hómine miferábili non humánam fragilitátem, fed imáginem omnipoténtis Dei contremífcas. Cede ergo Deo, qui te, humiliáto fámulo fuo Iob, in feruitútem redégit. Cede Deo, qui te per Daniélem púerum fuũ pérdidit, & dracónem proftráuit. Cede Deo, qui te per fidelíffimum feruum fuum Dauid, de rege Saule, fpirituálibus cánticis pulfum fugáuit. Cede Deo, qui te in Iuda Ifcárioth proditóre damnáuit. Ille enim te diuínis verbéribus angit; in cuius confpéctu cum tuis legiónibus tremens & clamans dixifti: Quid nobis & tibi fili Dauid? Venífti ante tempus torquére nos? Ille te perpétuis flammis vrgeat, qui in fine témporum dictúrus eft ímpijs. Ite maledícti in ignem ætérnum, quem præparáuit pater meus diábolo & Angelis eius. Tibi enim ímpie, & Angelis tuis vermes erunt, qui numquam moriéntur: Tibi & Angelis tuis præparátur inextinguíbile incéndium, quia tu es princeps maledícti homicídij, tu auctor incéftus, tu facrilegórum caput, tu ártium peffimárum magífter, tu hæreticórum doctor, tu totíus obfcœnitátis inuéntor. Exi

ergo

ergo ímpie, exi sceleráte, exi cum omni fallácia tua, quia hóminem templum suum vóluit esse Deus. Sed quid diútiùs moráris hic? Da honórem Deo Patri omnipoténti, cui omne genu fléctitur. Da locum Dómino Iesu Christo, qui pro hómine, sánguinem suum sacratíssimum fudit. Da locum Spirítui sancto, qui per beátum Apóstolum suum Petrum te manifestè strauit in Simóne mago: qui falláciam tuam in Ananía & Saphíra condemnáuit: qui te in Heróde Rege honórem Deo non dante percússit: qui te in Báriesu mago, per Apóstolum suum Paulum cæcitátis calígine pérdidit: & per eúmdem de Pythoníssa, verbo ímperans, exíre præcépit. Discéde ergo nunc, discéde sedúctor: tibi erémus sedes est, tibi habitátio serpens est. Humiliáre & prostérnere, iam non est differéndi tempus. Ecce enim dominátor Dóminus próximat citò, & ignis ardébit ante ipsum, & præcédet, & inflammábit in circúitu inimícos eius. Si enim hóminem fefélleris, Deum non póteris irridére. Ille te éiicit, cuius óculis nihil occúltum est: ille te expéllit, cuius virtúti vniuérsa subiécta sunt: ille te exclúdit, qui tibi & ángelis tuis præparáuit ætérnam gehénnam: de cuius ore éxiet gládius bis acútus: Qui ventúrus est iudicáre viuos & mórtuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Possunt dici Psalmi Deus in adiutórium. In Dómino confído. & Quid gloriáris in malítia. Item Litnáiæ cum precibus suis & Orationibus.

Exorcismus contra imminentem tempestatem fulgurum & grandinis.

PEr signum ✠ Crucis de inimícis nostris líbera nos Deus noster, In nómine Patris ✠, & Fílij, & Spíritus sancti. Amen.

Dicitur Symbolum fidei, scilicet. Credo in Deum, &c. Deinde.

Kyrie eléison. Christe eléison.

Kyrie eléison. Pater noster.

S. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

S. Sit nomen Dómini benedíctum.

℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

S. Exúrgat Deus & dissipéntur inimíci eius.

℟. Et fúgiant qui odérunt eum à fácie eius.

S. Exúrge Christe ádiuua nos.

℟. Et líbera nos propter nomen tuum

S. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

Psalm. Quicúmque vult. Antiph. Salue Regína. & Sub tuum præsídium. Cantic. Benedícite ómnia. cum ℣. Glória Patri. in quolibet versu dicti Cantici. Deinde dicatur

℣. Benedicámus Patrem & Fílium, cum sancto Spíritu.

℟. Laudémus & superexaltémus eum in sæcula.

S. Ora pro nobis sancta Dei génitrix.

℟. Vt digni efficiámur promissiónibus Christi.

℣. Exúrge Christe ádiuua nos.
℟. Et líbera nos propter nomen tuum.
℣. Dómine exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis, in confessióne veræ fídei ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, & in poténtia Maiestátis adoráre vnitátem; quæsumus, vt eiúsdem fídei firmitáte ab ómnibus semper muniámur aduérsis.

PRótege Dómine fámulos tuos subsídiis pacis, & Beátæ Maríæ semper Vírginis patrocínio confidéntes, à cunctis hóstibus & perículis redde secúros.

A Domo tua, quæsumus Dómine, spirituáles nequítiæ repellántur, & aërearum discédat malígnitas tempestátum.

AD te nos Dómine clamántes exáudi, & áëris serenitátem nobis tríbue supplicántibus; vt qui iustè pro peccátis afflígimur, misericórdiâ tuâ præueniénte cleméntiam sentiámus.

LArgíri & fructus terræ conseruáre dignáre Dómine Deus noster, vt temporálibus gaudeámus auxíliis, & proficiámus spirituálibus increméntis. Per Christum Dóminum nostrum.
℟. Amen.

DE PRONAO MISSÆ PAROCHIALIS.



ISSAM Parochialem vulgò dicimus, legitimum populi Christiani conuentum ad sacra solemnia sub proprio Pastore statis diebus fieri solitum in Ecclesia Parochiali: qui apud veteres scriptores, & in antiquis Conciliis, tum Græcis, tum Latinis, per antonomasiam vno verbo, Conuentus, appellatur, à Sancto verò Iustino Martyre sic describitur, Apolog. 2.

Et Solis qui dicitur die, omnium qui vel in oppidis, vel ruri degunt, in eundem locum conuentus fit: & Commentaria Apostolorum aut scripta Prophetarum leguntur. Deinde eo qui legit finem faciente, Præsidens orationem habet, qua populum instruit, & ad imitationem prǽclararum huiusmodi rerum cohortatur. Sub hæc consurgimus communiter omnes & precationes profundimus. Et precibus peractis, panis offertur, & vinum & aqua: & Præpositus itidem, quantùm in ipso est, preces & gratiarum actiones fundit, & populus faustè acclamat dicens, Amen, Et distributio, communicatióque fit eorum in quibus gratiæ sunt actæ, cuique præsenti, &c.

En Apostolicis temporibus imago Missæ Parochialis: legitimus dies, nempe Dominicus: frequentia, vt omnes conueniant: locus, vt in vnũ: Res quæ ibi aguntur, scilicet lectio diuinarum Scripturarum, & huic

adiuncta institutio doctrinæ Christianæ: post eam, communes cum populo preces: deinde actio tremendi sacrificij: postremò sanctorum mysteriorum communicatio.

Huius verò Missæ illa pars, quæ communes preces & Christiani officij doctrinam complectitur, iam vsitato nomine Pronaum, seu Pronum appellatur: Huius autem forma, prout vsque hodie in Parochiis obseruatur, prorsus ad Apostolicæ Institutionis & Sanctorum Conciliorum regulam expressa est.

Nam quòd in altera eius parte Sacerdos pro singulis Ordinibus Ecclesiæ, atque adeò pro vniuersis populi Christiani necessitatibus conceptis verbis Deo supplicat: quódque longa serie priùs facit commemorationem & commendationem eorum pro quibus oratur, ac postmodùm subiungit Ecclesiasticas pro iis preces, id fermè ad verbum sumptum est ex libro 8. Constitutionum Apostolicarum S. Clementis, c. 10. Quòd verò præ cæteris commemorantur Fundatores & benefactores Ecclesiarum, id est ex can. 19. Concil. Emerit. Cuius rei occasione plerique Sacerdotes, vt ambitioni laïcorũ seruiant, eorum nomina etiam sæpè vsque ad fastidium inter publicas preces recitare consueuerunt; quod suo tempore acriter reprehendit S. Hieronymus Commentar. in Ierem. c. 11. & in Ezechiel. c. 18.

Altera Proni pars est Prædicatio, in qua populus Christianus de iis quæ ad fidem & mores pertinent à Pastoribus edocetur, & de iis, quæ ipsum scire interest, admonetur.

Ac de institutione quidem expressè præcipit Concilium Tridentinum, sess. 22. c. 8. de sacrif. Missæ, &

seß.24.c.7. à Pastoribus diligenter notanda sunt illa verba (postpositis inutilibus quæstionibus) *ne ad ingenij ostentationem dicendo, tempus ad salutem populi datum eximant: sed paterno affectu, velut circumfusæ familiæ salutarem doctrinam, quasi cibum ad vitam necessarium familiariter & simplici sermone tradant. Cuius Institutionis causa idem Concilium eadem seß. 24. c. 4. decernit*, teneri vnumquémque Parochiæ suæ interesse, vbi id commodè fieri potest, ad audiendum verbum Dei.

De quibus autem in Pronao moneri fideles solent, hæc sunt: Leges, statuta, & Præcepta Ecclesiæ, cuiusmodi est illud de audienda Missa Parochiali, cuius frequens denunciatio faciēda est de cōmuni & antiqua Ecclesia consuetudine: Festa & ieiunia seruāda: Matrimonia contrahenda: Monitiones excommunicationum ferendarū: Admonitiones ad Ordines suscipiendos: Publicationes Indulgentiarum, quæ nunquam sine Episcopi, aut eius Vicarij generalis speciali mandato proponi debent: Denunciationes excommunicatorum, & si quæ sunt alia id genus, ex Trid. seß.22. de obser. & euit. in celebr. Miß. & seß.24. c.1. & 4. & seß.21. c.9. Mediol. 1.3. & 6. Lateran. sub Innoc. III. & aliis, de quibus atque adeò de vniuersa forma Missæ Parochialis, déque singulis Pronaï partibus acuratè Tertullianus Apologet. c.39.

Corpus sumus de conscientia religionis, & disciplinæ vnitate, & spei fœdere. Coïmus in cætum & congregationem, vt ad Deum quasi manu facta precationibus, ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est. Oramus etiam pro Imperatoribus, pro ministris

eorum & potestatibus, pro statu sæculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Cogimur ad diuinarum litterarum commemorationem, si quid pręsentiũ temporum qualitas aut pręmonere cogit, aut recognoscere. Certè fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam præceptorum nihilominùs inculcationibus densamus. Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura diuina. Nam & iudicatur magno cum pondere, vt apud certos de Dei conspectu, summúmque futuri iudicij præiudicium est, si quis ita deliquerit, vt à communicatione orationis & conuentus, & omnis sancti commercij relegetur.

Vnde apparet hodie Missam Parochialem, antiquam Apostolicarum Synaxeôn & conuentuum Ecclesiæ primitiuæ formam ex integro retinere.

Plurimùm interest, populo sæpè à Parochis commendari causam instituẽdi Conuentus Christiani, quam attingit Tertull. suprà, & eleganter S. Ignatius epist. ad Magnesianos; vt nempe fideles in vnum frequentiùs coeuntes, Religionis ac doctrinæ Orthodoxæ & cõmunis spei vnitatem seruent, ac sic studiis inter se coniuncti, vnum Corpus maneãt in Christo. Ideò enim omnibus vna dies præstituta, vnus idémque locus, vniúsque panis & Calicis participatio, vna omnibus pro omnibus in cõmune Oratio, vnius doctrinæ ex vnius Pastoris ore communicatio, quæ tria præcipua sunt vnionis Ecclesiæ vincula, de quibus 2. Act. legitur: Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.

Et hac quidem de causa tam seuerè ab Ecclesia semper indicta est lex conueniendi, vt etiam Apostolicis temporibus nominatim omnes exquirerentur à Sacerdote, ne quis se subducere posset atque à sacrorum consortio seiungere, vt videre est apud S. Ignatium in Epist. ad Polycarpum, & epist. ad Heronem: (quo ex ritu deductus est vsus can. Concilij Nannet. qui habetur c. Vt Dominicis de Paroch. & alien. Parochian. & c. 153. Capitular. lib. 1.) imò etiam, vt qui tres Dominicas absfuissent excommunicationis pœna plecterentur, vt est in Concil. Sardic. quod cùm eam pœnam anteacto tempore à maioribus constitutam esse doceat, non obscurè indicare videtur, eam legem ab Apostolorum traditione manasse; quod etiam ante primum Concilium Nicænum confirmat can. 21. Concil. Eliberit. in quo eadem pœna sancitur. Quam disciplinã ab Ecclesia posterioribus deinceps temporibus probatam obseruatámque fuisse ostendunt, an. 692. Concil. Constantinopolit. in Trull. c. 80. circa annum 858. Photius in Nomocanone tit. 13. c. 1. qui eiusdem Concil. & Sardic. Cano. in eam rem citat. Circa annũ 1240. Guillelmus huiusce Paris. Ecclesiæ Præsul dignißimus, in Constitutionibus à se editis, quæ extant tom. 6. Bibliothecæ Patrum his verbis; Præcipitur, quòd Presbyteri Parochianos suos, qui tribus Dominicis continuis se ab Ecclesia absentauerint sine causa iusta & necessaria, interdicant, & ad Episcopum mittant interdictos: militibus discurrentibus defertur. *Anno 1311. Concil. Rauennat. 2. rubr. 9. Anno 1528. Concil. Senon. Decret. morum, cap. 12.* Admoneant frequenter

Curati

Curati suos Parochianos, vt intersint Missæ Parochiali diebus Dominicis & festis per hebdomadam occurrentibus. Et vt ad omnia illa quæ per singulos dies Dominicos in Pronis præcipiuntur diligenter attendant; Quod si legitimo cessante impedimento, absque licentia sui Curati per tres dies Dominicos neglexerint interesse Missæ Parochiali, denuncient statim Promotoribus, vt pro mensura contemptus vel offensæ puniantur. *Anno 1557. Eustachius Bellayus Paris. Antistes in Synodo tit. de Offic. Parochor. & eorum habitu, hunc Canonem edidit:* Singulis Dominicis diebus, Parochi, aut eorũ Vicarij Parochianos suos moneant & exhortentur, vt legitimo cessante impedimento Missam Parochialem tam Dominicis quàm aliis diebus Festis deuotè audiant; Quòd si tribus Dominicis continuis eam audire omiserint, eos nostro Promotori denunciẽt debitam pœnam recepturos. *Anno 1582. Concil. Burdegal. c. de Sanct. Miss. sacrif. & insequenti anno Concil. Turon. c. de Christi fidel. laïc. Renouauit in Synodo Paris. coacta anno Domini 1608. Eminentiss. Cardinalis Henricus de Gondy Canonem Synodi sub Eustachio Bellayo habitæ. Communis denique ac inueterata vbique per Galliam consuetudo id in Pronis Parochialibus denuntiandi atque inculcandi, & plurima passim variarum Diœceseôn Statuta, quibus idem frequenter renouatum cernitur.*

Quin etiam eadem olim pœna irrogata est iis, qui cùm sacro Conuentui interesse cœpissent, re diuinâ nondum ex ordine peractâ ab eo temerè digrederentur,

Apost. can. 10. qui habetur c. Omnes fideles, de consec. dist. 1. & c. Sacerdote, eadem.]

Ecclesiastici olim hac de re præcepti illustre monimentum Sixti IV. extat in Extrauag. com. Vices illius, c. 2. de treuga & pace, his verbis.

Fratres Mendicantes non prædicent, populos Parochianos non teneri audire Missam in eorum Parochiis diebus festiuis & Dominicis: cùm iure sit cautum illis diebus Parochianos teneri audire Missam in eorum Parochiali Ecclesia, nisi forsan ex honesta causa ab ipsa Ecclesia se absentarent. *Et contrarium prædicantibus additur pœna excommunicationis latæ sententiæ.*

In prædicatione facienda Rectorum hæc præcipua cura esse debet, vt semper, si fieri potest, exponant aliquid de Symbolo, vel de Decalogo, vel de Sacramentis, vel de Oratione Dominica. Si autem aliquem Euangelij vel Epistolæ, aut alium quemuis diuinæ Scripturæ locum interpretentur, eam consuetudinem teneant, vt quandocunque res patietur inde occasionem captent, ad aliquam eorum partem explicandam, iuxta methodum Catechismi Romani, quem omnes habere & in docendo sequi debent.

PROSNE POVR LES IOVRS DES SAINTS DIMANCHES.

Le Curé faisant sur soy le signe de la Croix dira,

In nómine Patris, ✠ & Fílij & Spíritus sancti. Amen.

Puis dira mot à mot en lisant.



EVPLE Chrestien, Encores que nostre bon Dieu exauce toutes les prieres, qui luy sont deuotement presentées au nom de nostre Sauueur & Redempteur Iesus-Christ; toutesfois il s'est reserué des lieux & des iours, ausquels il veut estre plus particulierement seruy & inuoqué, esquels aussi il reçoit plus fauorablement nos requestes. C'est pourquoy la Sainte Eglise fondée sur les promesses diuines, & sur la coustume des Apostres, a tres-bien ordonné qu'és Saints iours de Dimanche nous nous assemblions en l'Eglise, laquelle a esté appellée par nostre Seigneur, maison de Dieu & de prieres. Et c'est pour en icelle celebrer le tres-saint Sacrifice de la Messe, auquel nostre Sauueur par les mains des Prestres s'offre & presente reellement sous les especes du pain & du vin à Dieu son Pere Eternel en qualité d'Hostie & d'offrande viuante, en commemoration de sa Mort & Passion; afin que par ce diuin Sacrifice

nous faisions hommage à Dieu nostre Souuerain Seigneur; que nous le remercions de tous ses bien-faicts; que nous obtenions la remission de nos pechez, & les graces & autres choses qui nous sont necessaires, & qu'en vertu d'iceluy nos prieres soient encore plus agreables deuant le Throsne de sa diuine bonté.

Pour doncques nous acquitter aujour-d'huy de ce deuoir au mieux que nous pourrons, sçachans que Dieu regarde volontiers la priere des humbles, & ne mesprise point le cœur contrit & humilié; Nous humilians de tout nostre cœur deuant sa diuine face, nous le remercierons de tous les biens que nous auons eu, & qui nous sont preparez, & principalement de la Mort & Passion de nostre Seigneur Iesus-Christ, par laquelle nous auons esté deliurez de la damnation eternelle, nous tenans & reconnoissans pour ses pauures & miserables creatures indignes & inutils seruiteurs, dependans en tout & par tout de sa sainte bonté & misericorde; Par laquelle nous le prions qu'il luy plaise nous pardonner toutes nos fautes, nous donner la grace d'en faire penitence, & nous enseigner tellement à faire sa sainte volonté, que non seulement ce jour-d'huy ou en la presente sepmaine, mais aussi en tout le cours de nostre vie, nous luy puissions faire seruice agreable.

Nous prierons qu'il luy plaise dresser nos ames à son Saint Seruice, à fin que sur le fondement de la vraye foy, nous puissions auoir vne sainte espe-

rance de noſtre ſalut, par le moyen de la charité en l'obſeruation de ſes Commandemens.

Nous prierons pour la paix & vnion de l'Egliſe noſtre ſainte Mere, pour l'augmentation de la foy Chreſtienne & Catholique, l'extirpation des hereſies, & la conuerſion des infideles & heretiques, afin que le vray Dieu ſoit reconneu, ſeruy, & adoré par tout, & de tous d'vne meſme bouche, affection & volonté.

Nous prierons pour tous les Prelats & Paſteurs de l'Egliſe, & nommément pour noſtre ſaint Pere le Pape, & tres Reuerend Pere en Dieu Monſeigneur l'Archeueſque de Paris noſtre Prelat, & tous Paſteurs ayans charge d'ames, à ce qu'il plaiſe à Dieu leur faire la grace de ſi bien vacquer à leur miniſtere, qu'ils puiſſent conduire eux & leurs troupeaux au chemin de ſalut, pour enfin paruenir à la vie eternelle.

Nous prierons pour la paix de ce Royaume, & de toutes les Prouinces, & nations Chreſtiennes, à ce que Dieu, qui en eſt l'autheur, & amateur, la veuille ſi bien eſtablir par tout, que le peuple Chreſtien deliuré de crainte & d'oppreſſion le ſerue librement en vraye iuſtice & ſainteté de vie.

Nous prierons auſſi pour le Roy noſtre Sire, la Reine (s'il y a vne Reine Regente, vne Reine Mere, vn Daufin, des enfans de France, il les faudra icy nommer) enſemble pour tous les Princes, & Princeſſes du ſang Royal, & pour le Conſeil de ſa Majeſté, à fin que noſtre Seigneur faſſe la grace à ſadite

Majesté de si bien conduire l'Estat, & gouuerner le Royaume, que nous puissions viure sous son obeïssance, à l'honneur de Dieu, au salut de leurs ames & des nostres.

Nous prierons pour tous les autres Estats, comme de Noblesse, Iustice, marchandise, & labeur (icy on nomera le Seigneur, ou la Dame du Bourg ou Village) à ce que chacun se puisse si bien employer à sa vacation, qu'à la fin de ses iours il se voye iouïssant du Royaume celeste.

Nous prierons pour tous les bien-faicteurs de cette Eglise, specialement pour ceux qui offrent ce jour-d'huy le pain benist, pour ceux qui font offrandes, & ont donné de leurs biens pour l'ornement & l'entretenement de cette Eglise, que Dieu par sa bonté & misericorde les veüille remunerer en ce monde & en l'autre.

Nous prierons aussi pour les personnes malades & femmes enceintes, que Dieu veüille rendre la santé aux malades, deliurer lesdites femmes enceintes en ioye, & amener leur fruit aux Saints Fonts de Baptesme.

De plus nostre Seigneur reputant estre fait à soy ce qui est fait au moindre des siens; Nous prierons pour toutes femmes veufues, orphelins & orphelines, pour toutes personnes captiues, affligées, & desolées, que nostre Seigneur les veüille consoler & deliurer de toute affliction, ou leur donner patience en leur mal, tel qu'il sçait estre expedient pour leur salut.

Nous prierons Dieu pour ceux qui font en eftat de grace, qu'il luy plaife les y maintenir, & pour ceux qui font en peché mortel, qu'il daigne les illuminer pour reconnoiftre leurs fautes, & en faire penitence.

Nous le prierons encore pour tous nos parens & amis abfens, & qui font en voyage, qu'il les veüille preferuer de tout danger, & les ramener en leurs maifons en ioye & fanté.

Nous prierons pour tous ceux de ce Diocefe, fpecialement pour ceux de cette Paroiffe, à ce que Dieu les veüille vnir en mutuelle concorde & amitié pour fe fupporter, fecourir, & fraternellement s'entr'ayder.

Finalement, nous prierons pour la difpofition du temps, qu'il plaife à Dieu nous la donner propre pour la fanté de nos corps, & pour la conferuation, multiplication & maturité des fruits de la terre, à fin que les ayans recueillis en faifon nous en puiffions vfer, & aider les pauures en leurs neceffitez à fon honneur & à fa gloire.

Pour toutes ces chofes & autres, pour lefquelles noftre Sainte Mere l'Eglife a accouftumé de prier, vous direz *Pater nofter*, & *Aue Maria*. Et nous dirons les Prieres & Oraifons accouftumées.

Le Curé fe tournant vers l'Autel, & fe tenant debout, dira le Pfalme

AD te leuáui óculos meos : ⋆ qui hábitas in cœlis.

Ecce ſicut óculi ſeruórum: ⋆ in mánibus dominórum ſuórum.

Sicut óculi ancíllæ in mánibus Dóminæ ſuæ: ⋆ ita óculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, donec miſereátur noſtri.

Miſerére noſtri Dómine, miſerére noſtri: ⋆ quia multùm repléti ſumus deſpectióne.

Quia multùm repléta eſt ánima noſtra: ⋆ oppróbrium abundántibus & deſpéctio ſupérbis.

Glória Patri, & Filio: ⋆ & Spirítui ſancto.

Sicut erat in princípio, &c.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon.

Kyrie eléiſon. Pater noſter.

S. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos à malo.

S. Saluos fac ſeruos tuos & ancíllas tuas.

℟. Deus meus ſperántes in te.

S. Eſto nobis Dómine turris fortitúdinis.

℟. A fácie inimíci.

S. Fiat pax in virtúte tua.

℟. Et abundántia in túrribus tuis.

S. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

S. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

HOſtium noſtrórum, quæſumus Dómine, viſibílium & inuiſibílium elíde ſupérbiam, & eórum contumáciam déxteræ tuæ virtúte proſtérne.

Eccléſiæ

ECcléſiæ tuæ, quæſumus Dómine, preces placátus admítte; vt deſtrúctis aduerſitátibus & erróribus vniuérſis ſecúrâ tibi ſéruiat libertáte.

DEus à quo ſancta deſidéria, recta consília & iuſta ſunt ópera; da ſeruis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem: vt & corda noſtra mandátis tuis dédita, & hóſtium ſubláta formídine, témpora ſint tua protectióne tranquílla. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Et ſe tournant vers le peuple, dira.

PVis que la Sainte Eſcriture teſmoigne, & l'Egliſe a touſiours creu, que c'eſt vne ſainte & ſalutaire penſée de prier pour les fideles Treſpaſſez, nous ferons encores prieres ſolemnelles pour eux; ſpecialement, pour les ames des fondateurs & bien-faicteurs de cette Egliſe, de nos peres & meres, freres, ſœurs, parens, amis & bien-faicteurs treſpaſſez: & pour tous ceux & celles, deſquels les corps repoſent en l'Egliſe & Cimetiere de ceans: Et generalement pour toutes les ames qui ſont en Purgatoire, afin que Dieu par ſa bonté & miſericorde les veüille deliurer de leurs peines, & leur octroyer le Royaume de Paradis; A cét effet vous direz *Pater noſter*, & *Aue Maria*. Et nous dirons

Le Curé ſe tournant vers l'Autel.

DE profúndis clamáui ad te Dómine: ⋆ Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes: ⋆ in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obseruáueris Dómine: * Dómine quis sustinébit?
Quia apud te propitiátio est: * & propter legem tuam sustínui te Dómine.
Sustínuit ánima mea in verbo eius: * sperá uit ánima mea in Dómino.
A custódia matutína vsque ad noctem: * speret Israël in Dómino.
Quia apud Dóminum misericórdia: * & copiósa apud eum redémptio.
Et ipse rédimet Israël: * ex ómnibus iniquitátibus eius.
S. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.
R. Et lux perpétua lúceat eis.
S. Requiéscant in pace. R. Amen.
S. Dómine exáudi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.
S. Dóminus vobíscum.
R. Et cum Spíritu tuo. Orémus.

DEus véniæ largítor, & humanæ salútis amátor, quæsumus imménsam cleméntiam tuam; vt nostræ congregatiónis patres, matres, fratres, sorores, amícos, benefactóres, fundatóres, Parochiános, ac nobis commendátos, qui ex hoc sæculo transiérunt: beátâ Maríâ semper Vírgine intercedénte, cum ómnibus sanctis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perueníre concédas.

FIdélium Deus ómnium cónditor & redémptor, animábus famulórum famularúmque

tuárum, remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum: vt indulgéntiam quam ſemper optauérunt, piis ſupplicatiónibus conſequántur. Qui viuis & regnas Deus. Per ómnia ſæcula ſæculórũ. ℟. Amen.

Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

Puis ſe tournant vers le peuple, il dira.

NOus denonçons pour excommuniez, tous heretiques, tous ſimoniaques, qui vendent ou acheptent benefices, ou dõnent conſeil & aide pour les vendre & achepter, tous confidentiers qui preſtent leurs noms, ou empruntent les noms d'autruy pour tenir benefices, ou qui les gardent pour autre que pour eux, tous Schiſmatiques, Magiciẽs & Magiciennes, Sorciers & Sorcieres, deuineurs & deuinereſſes, noüeurs d'eſguillettes, & autres qui par ligatures & ſortileges empeſchẽt l'vſage & conſommation du ſaint mariage, tous ceux & celles qui ſe marient hors de leurs Paroiſſes ſans permiſſion, tous vſuriers & vſurieres, tous ceux qui mettent la main violente ſur le Preſtre ou Clerc, ſinon en leur corps defendant; tous ceux qui malicieuſement vſurpent & retiennent les biens, & droicts de l'Egliſe, empeſchent ſa iuriſdiction, ou ſuppriment, diuertiſſent, ou celent les titres, papiers & enſeignemens qui luy appartiennent; & auſſi tous ceux qui durant le diuin ſeruice vacquent aux ieux & ſpectacles des farceurs: telle maniere de gens demeureront maudits & excommuniez iuſques à ce qu'ils viennent à amandemẽt, & ſoient abſous de l'Egliſe.

Et d'autant qu'il ne faut communiquer les choſes

saintes aux indignes, nous commandons à tous excommuniez de sortir presentement de ce lieu, comme indignes de participer aux saints Mysteres, & prieres publiques.

L'on vous aduertit de la part de Monseigneur l'Archeuesque de Paris, que selon le Saint Concile de Trente, & les Statuts Synodaux de son Diocese, tous Paroissiens ayent soin d'assister diligemment à la Messe Paroissiale, aux Prosnes, Commandemens & Instructions qui se font en leurs Paroisses les Saints iours de Dimanches.

Puis annoncera les Festes qui sont en la sepmaine comme s'ensuit.

EN cette semaine nous aurons la Feste de N. qui sera N. prochain (nommant le iour, comme Ieudy, &c.) que l'Eglise nous commande de garder & solemniser, comme le saint Dimanche, assistant au diuin seruice, & s'abstenant de toute œuure seruile.

Suffit en ce lieu d'anoncer la feste, mais en l'exhortation d'apres le Prosne il sera expedient d'en apprendre l'histoire au peuple.

Si la feste a Vigile ieusnée, il adioustera,

Tel iour sera la Vigile, laquelle ceux qui ont âge competant, & n'ont legitime empeschement, sont tenus de ieusner.

S'il n'y a en la sepmaine aucune feste de commandement, il dira:

Il n'y a en la sepmaine prochaine aucune feste de commandement qui vous empesche de vacquer à

vos affaires temporelles ; Nous exhortons toutesfois de venir à l'Eglise, soit seulement pour y faire vostre priere, soit pour ouïr la Messe, afin que Dieu benisse vos trauaux, & vous donne sa grace.

Nous auons bien la feste de N. mais elle n'est que de deuotion, celle-là & toutes les autres l'Eglise les solemnisera pour vous.

La forme de publier les bans de ceux qui se doiuent presenter pour receuoir le Subdiaconat.

MAistre N.N. nay en legitime mariage, & fils de N. & de N. ses pere & mere, a intention de se presenter à Monseigneur l'Archeuesque de Paris pour receuoir l'Ordre de Sous-diacre; si quelqu'vn pretend qu'il soit obligé par promesse de mariage, il nous le doit signifier, afin qu'il ne passe outre, iusques à tant que les promesses soient resoluës; (Pour les illegitimes, faut qu'ils ayent dispense.) Dauantage si aucun connoît quelques notables imperfections & manquemens en ses vie & mœurs, contraires à la pureté & honnesteté requise à l'estat Ecclesiastique, ou s'il sçait qu'il soit coupable de quelque crime, ou chargé de grandes debtes, ou qu'il soit obligé à rendre compte du maniement de grandes sommes de deniers, il nous le doit aussi denoncer, pourueu qu'il ne fasse mention de chose entierement secrette, & qui ne doit estre reuelée, & qu'il le fasse pour la gloire de Dieu, & pour l'honneur de son Eglise, sans haine ny malice.

Ledit Maistre N. N. pretend aussi faire approuuer pour son titre Ecclesiastique vne donation à luy

faite (ou,vn acte de partage de ses biens patrimoniaux, ou vn contract de constitution de rente, ou vne acquisition) dont vous entendrez la lecture (il faut lire l'acte, puis il dira.) Ie vous aduertis que s'il y a quelqu'vn d'entre vous, qui ait connoissance que les rentes ou heritages icy contenus ne soient à luy, ou à ceux qui luy en ont fait la donation; ou que lesdits heritages ou rentes soient hypothequez ou autrement chargez, en sorte que ledit titre ne puisse valoir franc & quitte cent cinquante liures de rente, que vous m'en donniez aduis en bonne conscience, c'est pour le premier ban, ou 2. ou 3.

Forme de publier les bans de ceux qui desirent se presenter à l'Ordre de Diacre ou de Prestrise.

MAistre N.N fils de N.N & de N.N ses pere & mere, a intention de se presenter à Monseigneur l'Archeuesque de Paris pour receuoir l'Ordre de Diacre, (de Prestrise,) si aucun connoît quelques notables imperfectiõs en ses vie & mœurs, contraires à la pureté & sainteté requise à cét Ordre saint & sacré, il nous le doit dire & denoncer, pourueu qu'il ne fasse mention de chose entieremẽt secrette, qui ne doit estre reuelée, & qu'il le fasse pour la gloire de Dieu, & pour l'honneur de son Eglise, sans haine ny malice; c'est pour le premier ban, ou 2. ou 3.

La forme de publier les bans de mariage dans le Profne.

NOus vous declarons, & aduertissons qu'il y a promesse de mariage entre N. N demeurant

ruë de N. Paroisse de N. fils de N & de N. ses pere & mere, de telle qualité. (Faut declarer le nom, le surnom & la Paroisse du fiancé.) d'vne part, & N.N. demeurant ruë de N. Paroisse de N. fille de N. & de N. ses pere & mere de telle qualité. (faut exprimer le nom, le surnom & la Paroisse de la fiancée,) d'autre part; afin que s'il y a aucun ou aucune qui ait interest, ou qui ait connoissance qu'ils soient parens, ou qu'il y ait entr'eux quelque affinité, compaternité, ou autre empeschement legitime, pourquoy le mariage ne se deût accomplir, il ait à nous le reueler sur peine d'excommunication : & defendons pareillement sur peine d'excommunication d'y apporter empeschement par malice & sans cause; c'est pour le premier, second, ou troisiéme ban.

Celuy qui publiera les bans se souuiendra de l'Ordonnance de Monseigneur de Paris, par laquelle il commande d'aduertir les futurs espoux, que dans les certificats des bans soit aussi certifié de leur Confession & Communion faites en leurs Paroisses.

Ce fait il lira l'instruction suiuante de mot apres autre.

Et d'autant qu'il est impossible de plaire à Dieu sans la vraye Foy, les articles de laquelle sont contenus au Credo, ou Symbole des Apostres; nous le reciterons, afin que personne ne l'oublie, & en le recitant nous ferons vne protestation generale de vouloir viure & mourir en la foy de l'Eglise Catholique, Apostolique & Romaine, disans.

1. IE croy en Dieu le Pere tout puissant, Createur du Ciel & de la terre.

2. Et en Iesus Christ son Fils vnique, nostre Seigneur.

3. Qui a esté conçeu du Saint Esprit, nay de la Vierge Marie.

4. Lequel a souffert sous Ponce Pilate, a esté crucifié, mort & enseuely.

5. Est descendu aux Enfers, le tiers iour est resuscité des morts.

6. Est monté aux cieux, est assis à la dextre de Dieu le Pere tout puissant.

7. D'où il viendra iuger les viuans & les morts.

8. Ie croy au Saint Esprit.

9. La sainte Eglise Catholique, la communion des Saints.

10. La remission des pechez.

11. La resurrection de la chair.

12. La vie eternelle. Amen.

Puis que ce n'est pas assez de connoistre Dieu, mais l'ayant conneu par la foy nous deuons estre soigneux de l'adorer, glorifier, mettre en luy toute nostre esperance, & par nos humbles prieres luy demander tout ce que nous deuons desirer; nous ferons toutes ces choses selon la forme que nostre Seigneur son Fils nous a monstré au Pater, ou Oraison Dominicale, laquelle nous allons reciter en François.

1. NOstre Pere qui estes és cieux, vostre Nom soit sanctifié.

2. Voftre Royaume nous aduienne.
3. Voftre volonté foit faite en la terre, comme au Ciel.
4. Donnez nous aujour-d'huy noftre pain quotidien.
5. Et nous pardonnez nos offenfes, comme nous pardonnons à ceux qui nous ont offenfé.
6. Et ne nous induifez point en tentation.
7. Mais deliurez nous du mal. Ainfi foit-il.

Tout Chreftien eftant obligé d'aimer Dieu par deffus toutes chofes, & ne pouuant l'aimer s'il n'obferue fes Commandemens, qui font dix en nombre; nous en ferons la lecture, afin que les ayans tousjours deuant les yeux, vous les gardiez de point en point, moyennant fa fainte grace.

1. VN feul Dieu tu adoreras, & aimeras parfaitement.
2. Dieu en vain ne iureras, ne autre chofe pareillement.
3. Les Dimanches tu garderas, en feruant Dieu deuotement.
4. Pere & mere honoreras, afin que viues longuement.
5. Homicide tu ne feras, de fait, ne volontairemēt.
6. Luxurieux point ne feras, de corps, ny de confentement.
7. L'auoir d'autruy tu n'embleras, ne retiendras fciemment.
8. Faux tefmoignage ne diras, ne mentiras aucunement.

9. L'œuure de chair ne defireras, qu'en mariage feulement.

10. Biens d'autruy ne conuoiteras pour les auoir iniuftement.

Or non feulement Dieu veut eftre obey : mais auffi il veut qu'on obeïffe à la Sainte Eglife, eftant tres-veritable que celuy-là ne l'aura point pour Pere, qui n'aura l'Eglife pour Mere ; c'eft pourquoy vous apprendrez fes Commandemens & les garderez de bon cœur, comme vous eftes obligez de garder ceux de noftre Dieu. Il font cinq en nombre.

1. TOutes les feftes fanctifieras, qui te font de commandement.

2. Feftes & Dimanches Meffe oyras en feruant Dieu deuotement.

3. Quatre temps, Vigiles ieufneras, & le Carefme entierement.

4. Tous tes pechez confefferas, à tout le moins vne fois l'an.

5. Et ton Createur receuras, au moins à Pafques humblement.

Vous deuez auffi fçauoir que Noftre Seigneur a inftitué fept Sacremens en fon Eglife, pour nous communiquer fes graces par iceux.

1. LE Sacrement de Baptefme, qui efface en nous le peché Originel, & mefmes l'actuel, fi quelqu'vn le receuoit en âge de raifon, & qu'il en euft commis auparauant : nous fait enfans de Dieu & de l'Eglife : nous met au che-

min de Paradis, & nous rend capables des autres Sacremens.

2. Le Sacrement de Confirmation pour nous augmenter la grace & nous fortifier en la foy, en forte que nous le confeffions hardiment, & n'ayons point de honte de nous monftrer Chreftiens.

3. Le Sacrement de la fainte Euchariftie, pour nourrir noftre ame, & nous vnir auec Dieu.

4. Le Sacrement de Penitence, pour la remiffion des pechez qui fe cõmettent apres le Baptefme.

5. Le Sacrement de l'Extreme-onction, pour nous munir à la fin de nos iours contre les affauts du diable, nous donner vne aide & confolation fpirituelle, ou mefmes nous rendre la fanté corporelle au cas qu'il fut expedient pour noftre falut.

6. Le Sacrement de l'Ordre, pour donner pouuoir d'offrir à Dieu dans la Sainte Eglife le facrifice de la Meffe, d'adminiftrer les Sacremens, de prefcher fa parole, & de faire les fonctions Ecclefiaftiques.

7. Le Sacrement de Mariage, pour la generation legitime, & inftruction Chreftienne des enfans.

Apres quoy le Curé dira ce qui fuit;

VOila ce que le deuoir de ma charge m'obligeoit vous reprefenter ce jour-d'huy: vous aurez foin d'en faire voftre profit, & fur tout d'auoir toufiours la crainte de Dieu deuant les yeux, redouter fes Iugemens, & vous garder de l'offenfer,

& quand vous serez tombez en peché, de vous en releuer par le Sacrement de Penitence le plutost que vous pourrez, de peur d'estre surpris, la mort estant certaine, & rien si incertain que l'heure d'icelle. Ie vous exhorte aussi de vous aimer Chrestiennement les vns les autres, de bien instruire vos enfans, seruiteurs, & autres qui sont en vostre charge, attendu qu'en deuez rendre compte deuant Dieu. Ie vous recommande les œuures de charité corporelles & spirituelles enuers ceux qui en auront besoin, particulierement enuers ceux de cette Paroisse. Nous prierons finalement les vns pour les autres, afin que nous puissions ensemblement paruenir à la gloire, à laquelle nous conduise le Pere, ✠ le Fils, & le Saint Esprit.

CHASQVE DIMANCHE DEVANT les bonnes Festes, comme Pasques, Pentecoste, l'Assomption Nostre-Dame, la Toussaints, Noel, le Curé exposera briefuement & facilement ce que c'est de la feste, & exhortera vn chacun de faire son deuoir à se confesser & communier.

Le Dimanche de deuant les Quatre-temps, il dira;

MErcredy, Vendredy, & Samedy prochains est le ieusne des Quatre-temps, tous ceux qui ont âge competant, c'est à dire vingt-vn an accomplis, & n'ont legitime empeschement, sont

tenus de ieusner, sur peine de peché mortel. Et pour ce qu'en ces mesmes iours les Euesques donnent le Sacrement de l'Ordre, c'est à dire font les Prestres, les Diacres & autres Officiers de l'Eglise, vous prierez pour tous les Euesques de l'Eglise Catholique, & specialement pour Monseigneur l'Archeuesque de Paris, afin qu'il plaise à Dieu qu'il ordonne & consacre des personnes qui ayent les bonnes conditions requises & necessaires pour s'acquitter dignement d'vn si saint ministere, & qu'ils augmentent de iour en iour en vertu & en pieté pour la gloire & le salut des ames.

Le Dimanche de la Quinquagesime, le troisiéme Dimanche de Caresme, le Dimanche deuant la Pentecoste, & les deux Dimanches precedens le Dimanche de la semaine des Quatre temps de Septembre, & de Decembre, il dira.

VEndredy de la semaine suiuante se donnera le Sacrement de Confirmation; c'est pourquoy i'exhorte tous ceux & celles qui n'ont point encore esté confirmez, de se disposer par vne bonne & entiere confession de leurs pechez, à receuoir ce Sacrement autant necessaire aujour-d'huy, que iamais: car bien qu'il soit tousiours fort salutaire, & que les anciens Peres n'ayent reputez ceux-là que demy Chrestiens qui n'auroient receu l'imposition des mains de l'Euesque; toutesfois en ce temps plain d'heresies, & de tous vices, il semble tellemēt necessaire, que nul ne le peut negliger sans vn manifeste mespris & interest de son salut, d'autant qu'il est

expreſſément inſtitué pour augmenter la grace, que nous auons reçeuë au Sacrement de Bapteſme, & nous confirmer de plus en plus en la foy Catholique, nous fortifier à l'encontre de nos ennemis viſibles & inuiſibles, & par meſme moyen nous munir cõtre les hereſies, & toutes ſortes de vices. C'eſt pourquoy vous peres & meres, tiendrez la main que vos enfans, fils & filles, pour le moins au deſſus de ſept ans s'y diſpoſent. Pareillement vous autres Maiſtres & Maiſtreſſes, tiendrez auſſi la main que vos ſeruiteurs & ſeruantes s'y preparent, comme il appartient : & vous meſmes, ſi vous n'auez eſté confirmez, quoy que vous ſoyez deſia âgez, vous ne differerez dauantage, & cependant que Dieu vous en donne encore le loiſir & la commodité, vous vous ferez confirmer, eſtans confeſſez & deuëment inſtruits des myſteres de la foy contenus au Symbole.

Vous ſçauez pareillement, que la Tonſure eſt la preparation aux ſaints Ordres, & l'entrée en l'eſtat Eccleſiaſtique. Celuy qui la reçoit deuient Clerc, c'eſt à dire appartient à Dieu, & prend Dieu pour ſon heritage. L'Egliſe ordonne de certaines conditions en ceux qui s'y preſentent, & ne veut point que l'on choiſiſſe ce genre de vie à intention de quelque fin temporelle, mais que ce ſoit pour eſtre Eccleſiaſtique & rendre à Dieu en cette qualité là vn fidele ſeruice. Si quelqu'vn de vos enfans, ou autre ſur qui vous ayez

puissance, desire se presenter à la receuoir, vous nous l'amenerez pour reconnoistre s'il a lesdites conditions, & intention que l'Eglise demande.

Le Dimanche de la Quinquagesime, il dira.

MErcredy prochain est le iour des Cendres. Ceux qui pourront, feront leur deuoir de venir le matin à l'Eglise pour receuoir des Cendres, & assister au seruice. C'est aussi le premier iour de la sainte Quarantaine, laquelle tous Chrestiens & Chrestiennes sont tenus de ieusner entierement, ayans l'âge competant, c'est à sçauoir vingt-vn an accomplis, s'ils n'ont vn legitime empeschement, comme sont les vieilles gens, ou d'ailleurs fort debiles & caduques, les femmes enceintes, les nourrices, les malades, les manouuriers, & generalement toutes personnes qui ne peuuent faire longue abstinence sans vn euident peril de leur santé. Cependant pour remedier aux scrupules, & pour plus grande seureté de vos consciences, crainte que vous ne vous flattiez, & ne vous trompiez en vostre propre iugement, vous pourrez prendre conseil de nous. Vous aurez soin de vous preparer pour vous confesser au plutost, afin qu'estans en la grace de Dieu, vostre ieusne vous soit meritoire, & satisface pour vos pechez. Tous ceux qui ont des enfans ou seruiteurs nous les enuoyent de bonne heure pour estre catechisez, principalement ceux & celles qui ont l'âge de pouuoir Communier à Pasques, afin que

nous les inftruifions, & leur apprenions ce qu'ils doiuent fçauoir auparauant leur premiere Communion.

Les malades qui auront befoin d'vfer de chair durant le Quarefme, ayans certificat d'vn Medecin Catholique, s'addrefferont à Monfeigneur l'Archeuefque, ou fes grãds Vicaires, ou a fon Penitencier, pour en obtenir la permiffiõ, & non à d'autres, conformement au Canon 38. du Synode de Paris tenu par feu, d'heureufe memoire, Meffire Euftache du Bellay, iadis Euefque de Paris en l'an 1557.

Le Dimanche de la Paffion, il dira:

Afin que chacun de vous fçache l'obligation qu'il a de receuoir le faint Sacrement de l'Autel vne fois au moins en vn an dans la quinzaine de Pafques, qui commence le Dimanche des Rameaux inclufiuement, & qui finit le Dimanche de l'Octaue de Pafques, que l'on nomme vulgairement *Quafi modo*, inclufiuement, enfemble quel eft le lieu auquel il faut de neceffité le receuoir pour fatisfaire au precepte de l'Eglife, nous ferons la lecture du Canon du Concile general de Latran, en vertu duquel les fideles y font obligez : en voicy les termes;

„ Que tout Chreftien de l'vn & de l'autre fexe „ eftant venu en âge de difcretion, confeffe tout „ feul fidelement tous fes pechez à fon propre Pa-„ fteur, pour le moins vne fois l'an : & prenne foin „ d'accomplir de tout fon pouuoir la penitence „ qui luy aura efté enjointe : receuant auec reue-„ rence, pour le moins à la fefte de Pafques, le Sa-

crement

,, crement de l'Euchariftie, fi ce n'eft que par l'aduis
,, de fon propre Pafteur, pour quelque caufe rai-
,, fonnable, il iugeaft deuoir s'en abftenir pour
,, quelque temps. Autrement que l'entrée de l'E-
,, glife luy foit defenduë pendant fa vie : & venant
,, à mourir qu'il foit priué de la fepulture Chre-
,, ftienne.

Nous vous ferons auffi la lecture du Decret de Monfeigneur l'Archeuefque de Paris fur ce fubiet, dont la teneur enfuit ;

,, Afin d'ofter aux Paroiffiens toute occafion de
,, quitter leurs Paroiffes, pour aller courir aux au-
,, tres Eglifes ; nous defendons abfolument à tous
,, Preftres, tant feculiers que Reguliers, voire mef-
,, mes Mendians, d'adminiftrer la Sainte Euchari-
,, ftie au temps de Pafques à aucunes perfonnes,
,, quand bien elles feroient de leur connoiffance,
,, non pas mefmes fous pretexte d'aucune Confrai-
,, rie ou Societé, fans le confentement exprés de
,, leur Curé.

Vous ferez auffi aduertis, que tout Chreftien eft obligé de fe difpofer à receuoir en ce faint temps de Pafques ce tres-Augufte & adorable Sacrement, par vne bonne Confeffion qu'il doit faire à fon Curé ou autre Preftre par luy commis à cét effet, conformemẽt aux Statuts Synodaux de ce Diocefe.

Le Dimanche des Rameaux, il dira :

CHreftienne & deuote affiftance : Par vne finguliere grace de Dieu nous fommes paruenus iufques à la derniere femaine de Carefme, que l'on

appelle communément la grande & Sainte semaine, non seulement à cause des grands & Saints mysteres de nostre Redemption que Nostre Seigneur auroit accomply en icelle, & des horribles peines & tourmens qu'il y auroit soufferts : mais aussi pour ce que de tout temps les vrais fideles & bons Chrestiens s'y sont comportez plus saintement, & fait plus grande abstinence & penitence qu'en tout le reste du Caresme, aucuns allans pieds nuds, & les autres ieusnans au pain & à l'eau.

Vous vous y comporterez doncques saintement, & en pensant souuent aux peines & grands tourmens que Nostre Seigneur a voulu souffrir pour vous en l'arbre de la Croix, & aussi pour penitence & satisfaction de vos pechez, vous retrancherez toutes superfluitez, & tascherez de viure plus austerement que vous n'auez fait iusques icy.

Dimanche dernier nous vous fismes la lecture du Canon du Concile general de Latran touchant l'obligation que les Chrestiens ont de Communier vne fois au moins l'année dans la quinzaine de Pasques : nous la ferons encore aujour-d'huy pour la seconde fois, afin que personne ne puisse pretendre cause dignorance. En voicy les mots;

„ Que tout Chrestien, &c. cy-deuant page 480.

Nous vous ferons aussi la lecture du Decret de Monseigneur l'Archeuesque de Paris sur ce subiet, dont la teneur ensuit;

„ Afin d'oster aux Paroissiens, &c. cy-deuant page 481.

Mercredy, Ieudy, & Vendredy vous affifterez aux Tenebres en voftre Paroiffe, le plus diligemment qu'il vous fera poffible. Le Vendredy, qui eft le iour que noftre Sauueur fut mis en Croix pour nous; vous employerez toute la matinée en Prieres & Oraifons: affifterez à la Predication & Seruice diuin deuotement, & adorerez la Sainte Croix auec toute humilité & reuerence.

Le Samedy eft la veille de Pafques; auquel iour il eft tres à propos qu'vn chacun fe difpofe par de bonnes actions à celebrer faintement cette Fefte des Feftes; vous debuez l'employer pareillement en ieufne, prieres & toutes bonnes œuures, & principalement vous difpofer pour receuoir le precieux Corps de Noftre Seigneur, en toute pureté & fincerité de confcience.

Le lendemain eft le grand iour de Pafques, la premiere & principale fefte des Chreftiens, inftituée en memoire de la glorieufe & triomphante Refurrection de noftre Redempteur: En ce iour & aux deux autres fuiuans, vous ferez foigneux de vous maintenir d'autant plus faintement, que plus grande & plus celebre eft cette folemnité, & que d'ailleurs vous aurez Dieu plus prés de vous, l'ayant receu en vous mefmes reellement & fubftantiellement, afin qu'il luy plaife demeurer auec vous par grace, & vous combler de toute benediction, tant corporelle que fpirituelle. Ainfi foit-il.

Le iour de Pasques, il dira.

PEuple Chrestien : Le saint iour de Pasques est le plus grand de tous les iours ; c'est le iour que le Seigneur a fait, comme parle le Prophete Royal; c'est celuy auquel nostre Sauueur & Redempteur Iesus Christ, apres auoir enduré la mort pour nos pechez, & que son corps a demeuré trois iours dans le tombeau, le reüniſsant à son ame, reprend vne vie nouuelle, immortelle & glorieuse pour nostre iustification.

La Sainte Eglise ayant ordonné le Caresme, durant lequel les Chrestiens se peussent disposer par ieusnes & actions de penitence, à celebrer cette grande feste deuotement; elle a voulu qu'vn chacun en ce saint temps receust le tres-adorable Sacrement de l'Autel, qui contient & renferme en soy reellement & substantiellement le precieux Corps & Sang de nostre Sauueur & Redempteur Iesus-Christ auec son ame & sa diuinité, afin que par ce moyen nos ames viuent d'vne vie celeste & diuine, & que comme nostre Seigneur Iesus Christ est resuscité des morts ; ainsi que nous marchions dans vne nouueauté de vie, comme parle S. Paul.

Elle nous en a fait le commandement au Canon, *Omnis vtriusque sexus*, qui est du Concile general de Latran, dont nous auõs desia fait la lecture par deux Dimãches cõsecutifs, & que nous allõs encore faire pour la derniere fois; afin que s'il y'auoit quelqu'vn qui eût esté si oublieux de son salut, que de ne s'estre pas disposé iusques à present à luy obeïr, & à Com-

munier en ce faint iou., n'y en la femaine precedente, qu'il ait à le faire au plutoft, & ne pas laiffer paffer ces huict iours qui reftent fans s'acquitter de fon deuoir. En voicy les paroles,

„ Que tout Chreftien,&c. cy-deuant page 480.

Pour tenir la main à l'execution de ce Canon, Monfeigneur l'Archeuefque a fait vne ordonnance qu'il eft a propos que vous entendiez;

„ Afin d'ofter aux Paroiffiens,&c. cy deuãt pa. 481.

Or puisque celuy qui reçoit indignement la tres-augufte & tres-adorable Euchariftie, celuy là boit & mange fon Iugement; tout Chreftien eft obligé de s'efprouuer foy-mefme, & de s'y difpofer par vne bonne Confeffion qu'il doit faire à fon Curé, ou autre Preftre par luy commis pour cét effet, conformement aux Statuts Synodaux de ce Diocefe.

C'eft pourquoy de la part de Dieu tout-puiffant, & de l'authorité de fa fainte Eglife, nous defendons à tous excommuniez & à toutes perfonnes qui font en eftat de peché mortel, de s'approcher de la facrée Table de Noftre Seigneur pour receuoir ce precieux Sacrement, iufques à ce qu'ils ayent receu l'abfolution Sacramentale.

Nous defendons à tous ceux qui font de cette Paroiffe, de receuoir le S. Sacremẽt de l'Autel, pour fatisfaire au cõmandement de l'Eglife touchãt la Cõmunion Pafchale, s'ils ne fe sõt confeffez à nous, ou à quelque autre Preftre par nous commis à cét effet.

Nous defendons à tous les Paroiffiens de cette Paroiffe, fur peine d'excommunication, qu'ils n'ail-

lent receuoir le precieux Corps de Iesus Christ hors de cette Eglise, sans congé exprés de nous.

Nous defendons aussi à tous ceux & celles qui ne sont de cette Paroisse, de se venir presenter à la table, s'ils ne nous ont fait connoistre qu'ils ont licence & congé de leur Curé.

Nous defendons à toutes personnes de receuoir ce tres-saint Sacrement, s'il n'a ouy vne Messe entiere, & s'il n'est ieun, si ce n'est qu'il eust empeschement par maladie, ou autre cause legitime.

Nous defendons aussi à tous Peres & Meres, Maistres & Maistresses, de permettre que leurs fils, ou filles, seruiteurs, apprentifs, ou seruantes, qui sont obligez de Communier pour la feste de Pasques, se presentent à cette table sacrée, s'ils ne sont suffisammẽt instruits des Mysteres de la foy, & particulierement de celuy de l'Eucharistie: Et leur enjoignons de les amener ou enuoyer au plutost en cette Paroisse pour y receuoir les instructions requises & necessaires.

Vous deuez tous apres auoir receu ce precieux Sacrement, vous garder saintement en toute deuotion pour l'honneur & reuerence de Dieu, qui veut demeurer par sa grace en vos ames & consciences pour vostre salut.

Confession generale vulgairement dite Absoute.

ON a de coustume de faire ce jour-d'huy vne forme & maniere de Confession & absolution generale; mais nul de vous ne doit penser

qu'elle efface aucun peché mortel : car ce n'eft qu'au Sacrement de Penitence qu'on reçoit l'abfolution de fes pechez. Et pour ce vous ferez aduertis que cette Confeffion generale a efté faintement ordonnée par nos anciens Prelats & Pafteurs de l'Eglife, afin que les Curez, ou autres Preftres commis par eux la prononçans publiquement en ce iour, les fideles appriffent l'ordre & la methode qu'ils doiuent tenir en fe confeffant à l'oreille du Preftre, & qu'entendans auffi reciter cette Confeffion generale ils puiffent plus facilement fe remettre en memoire les pechez mortels qu'ils auroient peut-eftre oublié en leur Confeffion Sacramentale : car en ce cas ils doiuent s'en confeffer Sacramentalement auparauant que de Communier. Et bien que cette Confeffion generale n'ait vertu d'effacer aucun peché mortel, fi eft-ce qu'elle peut beaucoup pour effacer les pechez veniels, pourueu que l'on y affifte deuotement, & que l'on reçoiue auec reuerence la benediction generale que nous donnerons fur la fin. Soyez donc attentifs, & fecretement en vous mefmes confiderez s'il y a quelque chofe qui vous touche, & qui vous regarde, fans repeter apres moy ce que ie vay vous lire.

Confeffion Generale.

IE me confeffe à Dieu le Createur Tout-puiffant, à la Bien-heureufe Vierge Marie, à tous les Saints & Saintes de Paradis, & à vous mon Pere Spirituel,

Vicaire de Dieu, de tous les pechez que i'ay faits depuis l'âge de connoissance, iusques à cette heure. Car i'ay transgressé les dix Commandemens de Dieu, les Commandemens de nostre Mere Sainte Eglise: & de plus i'ay peché és sept pechez capitaux, & branches dependantes d'iceux.

Premierement, Ie n'ay creu tout ce que la Sainte Eglise Romaine croit. I'ay acquiescé à quelque heresie ou infidelité. I'ay esté trop curieux à discuter les Mysteres de la foy : & quelquefois i'en ay doubté. I'ay eu trop de communication auec les huguenots sur les points de la Religion, disputé auec eux, assisté à leurs Presches, i'ay leu de leurs liures, & autres defendus par l Eglise. Ie ne me suis mis en deuoir d'apprendre & retenir le *Credo*, le *Pater*, *l'Aue*, les Commandemens, les Mysteres de la foy, les Sacremens, & ce qui regarde mon exercice, & mon estat. Ie n'ay pas assisté aux instructions de la Paroisse. Ie me suis seruy de superstition, enchantement, diuinatiõ & malefice, & y ay induit les autres. I'ay adiousté foy aux songes, augures, sorts illicites, iours heureux, & malheureux, & semblables vaines obseruances. I'ay tourné les paroles de l'Escriture Sainte, & Ceremonies de l'Eglise en railleries, & choses prophanes.

Presumant de la misericorde diuine, i'ay peché plus librement, & differé de m'amander. D'autre part me defiant de la diuine misericorde, i'ay desesperé de l'amandement de ma vie & de la remission de mes pechez.

I'ay

I'ay murmuré contre Dieu, me plaignant de luy comme s'il n'estoit iuste, & trouuant à redire à sa diuine prouidence. I'ay eu de la haine contre quelqu'vn. Ie n'ay donné l'aumosne: & n'ay fait la correction fraternelle quand ie l'ay deu faire. I'ay peché par paresse, enuie, discorde, contention, debat, sedition, & scandale. I'ay mal parlé & calomnié des personnes vertueuses: i'ay detracté de leurs bonnes œuures, & les ay diuerty de les faire. I'ay destourné d'entrer en Religion sans cause raisonnable. I'ay peché en orgueil par ingratitude enuers Dieu & les hommes, par cupidité de vaine gloire, presomption, arrogance, iactance, hypocrisie, dépit, & mespris de bon conseil: i'ay presumé que les biens que i'auois du corps, de l'esprit, & autres exterieurs venoient de moy & non de Dieu: ou que ie les auois de Dieu par mes propres merites sans la grace diuine.

I'ay iuré en vain: iurant d'vne chose que ie sçauois ou doutois estre fausse: iurant vray sans necessité: iurant de commettre quelque peché, ou de ne faire quelque bien: i'ay promis auec serment ce que ie n'ay voulu accomplir, i'ay esté cause qu'vn autre ait iuré en vain: ie me suis accoustumé à iurer. Estant interrogé iuridiquement ie n'ay respondu selon l'intention du Iuge: & ay conseillé de le faire. I'ay malheureusement blasphemé. I'ay inuoqué le diable, & luy ay donné mon corps, mon ame, mes enfans, seruiteurs, ou autre chose. Ayant fait vœu ie n'ay pas eu soin de l'accomplir: i'ay voüé temerairement & superstitieusement.

I'ay tranſgreſſé les feſtes faiſant des œuures defenduës de l'Egliſe, & manquant d'ouïr la ſainte Meſſe. Par meſpris ou negligence i'ay manqué d'aſſiſter à la Meſſe de Paroiſſe & à Veſpres, & d'y faire aſſiſter mes gens. Ie ſuis venu en l'Egliſe à mauuaiſe intention, auec eſprit & action de vanité, & y ay commis d'autres pechez. I'ay vaqué aux danſes, ieux, promenades, & voyages inutiles, occupations non neceſſaires, & par fois auec peril de perdre la Meſſe, ou le diuin ſeruice. Ie n'ay eu ſoin de me confeſſer vne fois l'an, & ce à mon Curé, ou à quelqu'vn des Preſtres commis de ſa part; & de faire auſſi confeſſer mes gens. Ie me ſuis confeſſé ſans auoir examiné ma conſcience, ſans propos de quitter le peché, & faute d'examen ſuffiſant ie n'ay pas entieremẽt declaré tous mes pechez mortels. Ie n'ay ieuſné Careſme, Vigile, & Quatre-temps. I'ay beu & mangé par intemperance, auec vn dommage notable de ma ſanté. I'ay frequenté les cabarets les Dimanches & Feſtes durant le diuin ſeruice, auec grande deſpenſe & ruine de mon meſnage. Ie me ſuis enyuré, & y ay induit quelque autre. I'ay traicté auec irreuerence les Reliques des Saints, leurs Images, les Sacremens, & Ceremonies de l'Egliſe. Par degouſt des choſes ſpirituelles ie n'ay fait quelque bonne œuure que i'eſtois obligé.

I'ay offenſé mes parens par haine, inimitié, rancune, contumelie, detraction, moquerie, malediction, iugement temeraire, meſpris, deshonneur, execration; ie les ay contriſtés & mis en colere. Ie ne

leur ay obey ; & ne les ay ſecouru dans leur beſoin. Ie leur ay ſouhaité du mal, & meſme la mort pour auoir leur ſucceſſion. Ie n'ay executé leur teſtament & dernieres volontez. Ie n'ay obſerué les ordonnances de mes ſuperieurs; i'en ay detracté. I'ay maudit mes enfans : ie ne les ay inſtruit de prier Dieu & des deuoirs du Chreſtien : les ay mis en Religion contre leur conſentement, ou pour des fins temporelles : ie ne les ay corrigé, ny occupé en quelque honeſte exercice pour les retirer de l'oyſiueté & des occaſions de desbauches. Par vn amour desordonné vers eux ou les miens, ie me ſuis porté à offenſer Dieu. Pareillement ie n'ay pas eu ſoin que mes ſeruiteurs, & domeſtiques, ayent ſçeu les choſes neceſſaires à ſalut, qu'ils ayent obſerué les Commandemens de Dieu & de l'Egliſe, & ne les ay fait aſſiſter eſtans malades, tant pour les choſes ſpirituelles, que corporelles.

I'ay ſouhaitté du mal à mon prochain, en ſon corps, en ſon honneur, en ſa renommée, en ſes biens ſpirituels & temporels, iuſques à luy deſirer la mort. I'ay frappé, bleſſé, tué, & donné commiſſion ou conſeil de le faire. I'ay procuré directement ou indirectement de faire l'auortement d'vn enfant, ou qu'il ait eſté eſtouffé. Ie n'ay demandé pardon ny fait ſatisfaction, & n'ay voulu pardonner, parler ny ſalüer mon prochain auec lequel i'ay eu querelle ou differend. Par fureur & colere i'ay deſiré ma mort : ie me ſuis frappé, maudit, & iniurié. I'ay ſemé des debats, procez, diſcordes & inimitiez. Ie me

ſuis attriſté de la proſperité des autres : & me ſuis reſioüy de leur mal.

I'ay eu des penſées deshonneſtes auſquelles ie me ſuis volontairement arreſté & delecté : de meſme i'ay peché en deſirs, en paroles laſciues, à lire des liures impudiques. I'ay retenu en la maiſon des nuditez, des peintures & images impudiques, que d'autres & moy ont peu regarder luxurieuſement. I'ay peché par attouchemens ſur moy ou ſur autruy, & par des baiſers impudiques. A deſſein de pecher i'ay enuoyé meſſages, lettres, & preſens. I'ay donné mauuais conſeil ou ſecours, & me ſuis ſeruy d'entremetteur pour pecher. I'ay eu de l'amour deshonneſte enuers vne perſonne, la pourſuiuant à deſſein de pecher : i'y ay perſeueré, & à cauſe de moy cette perſonne a eſté notée d'infamie. Ie me ſuis ſeruy de fard, parfums, muſiques, danſes, nudité du corps, & ſemblables pour inciter au peché de luxure.

I'ay peché par effet auec vne vierge, mariée, parente, alliée, conſacrée à Dieu. Par violence, menaſſes, dol, ſous promeſſe de mariage, par prieres & mignardiſes ; i'ay induit vne perſonne au peché. Ie m'en ſuis vanté, & ay nommé les perſonnes. I'ay commis le deteſtable peché contre nature, qui ſe nomme Sodomie. I'ay touché deshonneſtement quelques beſtes, ou commis quelque autre peché auec elles. I'ay negligé d'euiter les occaſions prochaines du peché, & y trempe encore.

Ie n'ay pas veſcu dans le mariage auec la retenuë

& la chaſteté à laquelle la ſainteté de ce Sacrement m'oblige.

I'ay manqué de rendre le deuoir y eſtant obligé, & pratiqué les choſes que i'ay creu pouuoir m'empeſcher d'auoir lignée.

I'ay pris quelque choſe d'autruy par larcin, ou rapine.

I'ay pris vne choſe ſacrée, ou dans vn lieu ſacré.

I'ay fait dommage à mon prochain, & n'ay eſté diligent à le reparer. Par des voyes induës i'ay empeſché le droit de quelques-vns. Par ma faute ie ſuis inſoluable à mes creanciers, & par là ils ſouffrent du dommage. Ayant trouué quelque choſe ie l'ay priſe à deſſein de la retenir. Par ma faute i'ay perdu des choſes que ie tenois en depoſt.

I'ay endommagé ce qui m'a eſté preſté ou loüé.

En vendant & acheptant i'ay fait de la fraude en la marchandiſe, au prix, au poids & en la meſure.

I'ay achepté de ceux qui n'ont le pouuoir de vendre, comme des ſeruiteurs & enfans de famille.

I'ay vendu plus cher que la choſe ne valoit.

I'ay achepté à non prix, & en ay eu la volonté.

I'ay vendu vne choſe pour vne autre meilleure; & vne defectueuſe pour vne entiere.

La choſe que ie vendois ayant vn defaut occulte, ie ne l'ay declaré.

I'ay achepté des choſes que ie ſçauois ou doubtois eſtre deſrobées.

I'ay eu volonté de prendre,ou retenir le bien d'autruy : i'ay eu deſſein d'acquerir de toutes mains en bien & mal.

I'ay commis vſure, i'ay fait vn contract vſuraire, & vne ſocieté iniuſte en marchandiſe.

Ayant reçeu payement ou ſalaire pour faire quelque choſe, ie ne m'en ſuis pas fidelement aquitté.

I'ay retenu le ſalaire de mes officiers ou ouuriers, differé de les payer auec leur dommage.

I'ay ſuſcité vn procez contre la Iuſtice : en vne cauſe iuſte i'ay vſé de tromperie pour gagner.

I'ay ioüé à des ieux defendus, & par fraude i'ay gagné au ieu.

I'ay commis ſimonie vendant ou acheptant vne choſe ſpirituelle, ou iointe à vne ſpirituelle.

I'ay priué l'Egliſe des diſmes, & autres droicts que ie deuois.

Par des moyens illicites & mauuaiſes informations i'ay obtenu quelque choſe qui ne m'appartenoit point : i'ay empeſché iniuſtement les autres de faire quelque gain honeſte : i'ay auſſi empeſché quelque autre d'auoir vn benefice Eccleſiaſtique.

I'ay participé au larcin en le commandant, conſeillant, conſentant, le loüant & fauoriſant, recellant, ne l'empeſchant & manifeſtant quand ie l'ay peu & deu.

I'ay porté faux teſmoignage.

I'ay accuſé & denoncé iniuſtement.

Eſtant iuge ou arbitre, i'ay prononcé vne ſentence iniuſte.

I'ay dit des mensonges : & par fois auec preiudice & dommage notable du prochain.

En chose d'importance i'ay murmuré de la vie des autres, & particulierement des personnes qualifiées, comme sont les Prelats, les Prestres, les Religieux, & les femmes d'honneur.

I'ay descouuert vn secret qui m'estoit commis.

I'ay reuelé ce que i'auois veu ou entẽdu en secret.

I'ay ouuert quelque lettre missiue, & à mauuais dessein.

I'ay peché par iugement temeraire.

I'ay detracté, maudit, & iniurié. Ie me suis mocqué. Ie n'ay tenu compte d'accõplir mes promesses.

I'ay dit des paroles pour rompre l'amitié d'entre des amis.

I'ay vsé de flatterie, loüant ou defendant quelqu'vn en chose qui estoit peché.

Ie me confesse & accuse de tous les pechez susdits en tout ce que ie suis coupable. Et en signe de regret, & desplaisir que i'ay d'auoir ainsi griefuement offensé mon Dieu : Ie dis ma coulpe, ma griefue coulpe, & ma tres-griefue coulpe ; & deuotement & humblement luy en requiers pardon & mercy, par le merite de la mort & Passion de IESVS-CHRIST nostre Sauueur, & à vous mon Pere penitence & absolution. Ceux qui sçauent leur *Confiteor*, qu'ils le disent : Et s'il y en a qui ne le sçauent, qu'ils disent *Pater noster* & *Aue Maria*.

GENERALIS ABSOLVTIO.

PEr meritum paſſionis, & reſurrectionis Domini noſtri IESV CHRISTI, per interceſſiónem beátæ Maríæ ſemper vírginis, & ómnium Sanctórum & Sanctárum, miſereátur veſtri omnípotens Deus, & dimíttat vobis ómnia peccáta veſtra, & perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

INdulgéntiam, abſolutiónem, & remiſſiónem ómnium peccatórum veſtrórum, cor contrítum & verè pœnitens, grátiam & conſolatiónem ſancti Spíritus tríbuat vobis omnípotens Deus. ℟. Amen.

Tunc extenſâ dextrâ ſuper populum dicat.

Orémus.

DOminus noſter Ieſus-Chriſtus qui dixit diſcipulis ſuis, Quæcúmque ligauéritis ſuper terram, erunt ligáta & in cœlis; & quæcúmque ſoluéritis ſuper terram, erunt ſolúta & in cœlis; de quorum número me quamuis indígnum & peccatórem miníſtrũ eſſe vóluit; intercedénte glorioſíſſimâ ſempérque vírgine ipsíus genitríce Maríâ, beáto Michaële Archángelo, & beáto Petro Apóſtolo, cui data eſt potéſtas ligándi & abſoluéndi, & ómnibus ſanctis, ipſe vos per miniſtérium noſtrum abſóluat ab ómnibus peccátis veſtris quæcúmque aut cogitatióne, aut locutióne, aut operatióne, ſeu omiſſióne negligénter egíſtis; atque ab eórum vínculis abſolútos perdúcere dignétur ad regna cælórum, Qui cum Patre & Spíritu ſancto viuit & regnat Deus, Per ómnia ſæcula ſæculórum. Amen.

Benedíctio Dómini noſtri IESV CHRISTI deſcéndat ſuper vos, & máneat ſemper. In nómine Patris, & Fílij, & Spíritus ſancti. Amen.

Ie vous admoneſte à ce ſaint iour de PASQVES, de faire prieres pour la paix & vnion de l'Egliſe Catholique, pour le Roy noſtre Sire, pour la Reine, pour tout le noble ſang Royal, & pour la paix de ce Royaume.

Ie vous recommande les œuures de pieté & miſericorde, ſpecialement l'Hoſtel-Dieu, l'œuure & fabrique de ceans.

FORMVLAE MAGIS FREQVENTIVM in Parochiali Cura Inſtrumentorum.

AD Parochorum officium pertinet, tres ſaltem habere libros: Primum in quo Baptizatorum & ſuſcipientium ac parentum nomina cùm die & anno deſcripta habeant. Alterum in quo eos recenſeant, qui matrimonium in facie Eccleſiæ contraxerint. Tertium demùm, in quem mortuos & ſepulturæ Chriſtianæ traditos referant, ſimúlque quòd in fide Catholica deceſſerint.

Et quoniam tam in eiuſmodi deſcriptorum ratione, quàm in Teſtamentorum, & Teſtimoniorum, aliorúmque per Parochos confici ſolitorum Inſtrumentorum conceptione multa per obliuionem, aut experientiæ defectum accidere poſſunt, quæ omiſſa nullitatis, vel certè obſcuritatis nimiæ cauſam præbeant, & quantumlibet leuia eſſe videantur, non leuiter noceant: Ideò eorum

ſaltem, quæ ſæpiùs in vſu ſunt, formulas ſubiunximus, quas vel ad inſtruendam, vel ad ſubleuandam memoriam quiſque in promptu habeat.

Forme d'enregiſtrer au Regiſtre des Bapteſmes.

L'An de grace ...... le ...... iour du mois de ..... par moy N. Curé de l'Egliſe de Saint N (ou) par moy N. Vicaire, &c. a eſté baptiſé vn enfant maſle (femelle) né (tel iour) du mariage de N. & de N. de cette Paroiſſe, qui a eſté nommé N. & ſes parain & mareine ont eſté N. & N. &c.

Si l'enfant eſt né hors mariage, faut du moins eſcrire le nom de celuy des parens qu'on connoiſt.

Et s'il a eſté expoſé, faut exprimer le iour, où & par qui il a eſté trouué, & combien de iours il eſt vray ſemblable qu'il ait; & le baptiſer ſous condition, ſi on ignore qu'il l'ait eſté.

Et s'il arriue que pour peril de mort on ait baptiſé vn enfant dés la maiſon, faut eſcrire.

L'an de grace .... le .... iour du mois de ....., eſt né vn enfant maſle (femelle) du mariage de N. & N. de cette Paroiſſe, qui pour peril de mort a eſté deuëment baptiſé par N. comme il m'a eſté aſſeuré par N.

Puis en cas de gueriſon & de ſuppléement des ceremonies dans l'Egliſe, faut adiouſter.

Et le .... iour dudit mois a eſté ledit enfant apporté à l'Egliſe, & moy Curé (Vicaire) ſuſdit luy

ay adminiſtré les ſacrées ceremonies & prieres, & impoſé le nom de N.

Forme à tenir au Regiſtre des Mariages celebrez en face d'Egliſe.

L'An de grace ..... le ...... iour du mois de ...... apres les fiançailles & publications de bans par trois Dimanches continuels aux Profnes de mes Meſſes Paroiſſiales des .... iours de .... n'y ayant eu aucun empeſchement: Ie ſous-ſigné Curé de l'Egliſe Paroiſſiale de N. ay en ladite Egliſe interrogé N. & N. de cette Paroiſſe, (ou bien de celle dont ils ſeront Paroiſſiens) & leur conſentement mutuel par moy pris, les ay ſolemnellement par paroles de preſent conioints en mariage, en preſence des parens & teſmoins y ſouſcrits; Puis dit la Meſſe des Eſpouſailles, à laquelle ie leur ay donné la benediction nuptiale ſelon la forme de noſtre Mere ſainte Egliſe (ce qui s'entend ſi veritablement il l'a donnee.)

Si les parties ſont de diuerſes Paroiſſes, le Curé, ou celuy qui en ſa place fait les eſpouzailles, doit auoir & garder le certificat des bans publiez par le Curé de l'autre, & en faire mention en ſon liure en cette ſorte.

Les bans dudit Mariage ont eſté faits ....iours & ... par N. Curé dudit N. (de ladite N.) & ne s'y eſt deſcouuert aucun empeſchement, comme il m'eſt apparu par certificat dudit Curé du ..... iour du preſent mois (ou autre) demeuré entre mes mains.

Et ſi l'Ordinaire a diſpenſé de quelques bans (ce qui doit eſtre par eſcrit) il en faut auſſi faire mention, comme pareillement des Reſcrits de Rome,& diſpenſes ſur iceux entre parens ou alliez.

Forme d'enregiſtrer les inhumanations.

L'An de grace ...... le ...... iour du mois de ..... N. de telle qualité, de tel lieu,eſt decedé, duquel, (de laquelle) le corps a eſté inhumé en l'Egliſe ou Cemetiere de cette Egliſe Saint N. le ...... iour dudit mois audit an.

Forme d'atteſtation de bans pour vn mariage à faire en vne autre Paroiſſe.

EGo N. Presbyter Rector Eccleſiæ Parochialis S. N. talis loci Rectori Eccleſiæ etiam Parochialis S. N. aliiſque quorum intereſt aut intereſſe poterit, Salutem in Domino. Fidem facio & teſtor in dicta mea Eccleſia publicè tribus continuis diebus Dominicis (vel) feſtiuis, neque ſe immediatè ſequentibus, diebus ſcilicet tali, tali, & tali intra Miſſarum Parochialium ſolemnia per me ipſum (aut N. Presbyterum meum Vicarium) denunciata fuiſſe tria banna futuri matrimonij inter N. Parochianum noſtrum filium N. & N. patris & matris (Parochianam noſtram filiam N. & N. &c.) ex vna parte, & N. veſtræ Parochiæ ex altera. Nec vllum impedimentum aut canonicum, aut ciuile eſſe detectum, quo obſtante non poſſint aut debeant matrimonio iungi. In cu-

ius rei teſtimonium ſubſcripſi die ...... menſis ...... anni milleſimi ſexcenteſimi, &c.

Forme de Teſtimoniale pour ceux qui vont voyager.

EGo N. Curatus Eccleſiæ Parochialis ſancti N. talis loci, in Diœceſi Pariſienſi omnibus & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Certum facio N. C. præſentem Parochianum meum nullius Eccleſiaſticæ cenſuræ vinculo innodatum, nec aliqua praui dogmatis vel hæreſeos macula infectum, ſed eſſe Religionis Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ cultorem & vindicem ſyncerum, famæ & nominis integritate commendabilem. Quocirca ſi eundo, vel redeundo pro deuotione, aut ex neceſſitate, opus habeat conſolatione Chriſtiana, Sacramẽtis & ſepultura, veſtrum ſtudium, operam aut auxiliũ ei nõ denegabitis. In cuius rei fidẽ præſentes manu mea propria ſubſignaui. Datũ ſub ſigillo noſtro in ædibus noſtris die ...... menſe ..... anno, &c.

Forme d'atteſtation de Bans pour le Subdiaconat.

ILluſtriſſimo & Reuerendiſſimo Patri & Domino Domino Archiepiſcopo Pariſienſi N. Curatus Eccleſiæ Parochialis S. N. talis loci veſtræ Diœceſis, obedientiam & reuerentiam. Fidem facio me tribus diebus continuis Dominicis (vel) feſtiuis neque ſe immediatè ſequentibus, videlicet tali, tali & tali die menſis ...... & anni, inter Miſſarum Parochialium ſolemnia per me ipſum (aut N. Pres-

byterum meum Vicarium) Clero, populóque denunciaſſe dilectum in Chriſto N. Acolythum veſtræ Diœceſis, ſub beneplacito veſtro ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem proximis Quatuor Temporum ieiuniis (proximo Sabbato ante Dominicam Paſſionis, vel Sabbato ſancto) Deo iuuante, eſſe promouendum; Litteráſque obligatorias eius tituli publicaſſe, nemine reclamante aut impediente. Prætereà teſtor ipſum Acolythum, ex quo in Acolythorum numerum relatus eſt, canonicè vixiſſe, nullóque canonico impedimento innodari, quominùs prędictum Subdiaconatus Ordinem ſuſcipiat. In quorum fidem præſentes obſignaui die .... menſis ...... anni ......

Nota quod omittenda ſunt hæc verba litteráſque obligatorias eius tituli publicaſſe, ſi promoueri debeat ſub titulo Eccleſiaſtico.

Forme d'atteſtation de Bans pour le Diaconat.

ILluſtriſſimo & Reuerendiſſimo Patri, &c. vt ſuprà. dilectum in Chriſto N. Subdiaconum veſtræ Diœceſis ſub beneplacito veſtro ad ſacrum Diaconatus Ordinem in proximis Quatuor Tēporum ieiuniis (proximo Sabbato ante Dominicam Paſſionis, vel Sabbato ſancto) Deo iuuante, eſſe promouendum, nemine reclamante aut impediente. Prætereà teſtor ipſum Subdiaconum, ex quo in Subdiaconorum numerum relatus eſt, canonicè vixiſſe, Ordinis ſui officio in Eccleſia noſtra Parochiali debitè functum fuiſſe, nullóque canonico

impedimento innodari, quominus prædictum Diaconatus Ordinem ſuſcipiat. In quorum fidem, &c.

Forme d'atteſtation de bans pour la Preſtriſe.

ILluſtriſſimo, &c. dilectum in Chriſto N. Diaconum veſtræ Diœceſis ſub beneplacito veſtro ad ſacrum Presbyteratus Ordinem proximis Quatuor Temporum ieiuniis (proximo Sabbato ante Dominicam Paſſionis, vel Sabbato ſancto). Deo iuuante, eſſe promouendũ, nemine reclamante aut impediente. Prætereà teſtor ipſum Diaconum, ex quo in Diaconorum numerum relatus eſt, canonicè vixiſſe, Ordinis Diaconatus in Eccleſia noſtra Parochiali functiones obiiſſe, nullóque canonico impedimento innodari, quominùs prædictum Presbyteratus Ordinem ſuſcipiat. In quorum fidem, &c.

Forme d'atteſtation par extraict.

Extrait du Regiſtre des Bapteſmes, mariages ou inhumations de l'Egliſe Parochiale de S. N. talis loci, Dioceſe de Paris.

L'An de grace mil, &c. le ...... iour du mois de ...... (Il faut mettre icy mot apres autre l'article neceſſaire, & à la fin adiouſter.) Lequel extrait le Preſtre Curé de ladite Egliſe Paroiſſiale certifie eſtre veritable. Fait les iour, mois & an que deſſus.

DE EXCIPIENDO AEGROTI ex hac vita decedentis Teſtamento.

VOcatus Parochus, ſeu eius Vicarius Sacerdos nominatim inſtitutus : caueat imprimis ne vt turpis lucri ſtudioſus, res ſuas magis, quàm teſtatoris, pupillorum & hæredum egiſſe videatur, ſuadens ægroto ſibi vel ſuæ Eccleſiæ plura dare, quàm ipſe ſua ſponte daturus fuiſſet ; ſed potius ſibi ob oculos ponat exemplum illius magni Aurelij Carthaginenſis Epiſcopi, qui exhæredato filio hæredem noluit inſtitui Eccleſiam in præiudicium liberorum. quæſt. 4. c. Quicumque.

Des Teſtamens extraits du Couſtumier de Paris, article 289.

POur reputer vn Teſtament ſolemnel, eſt requis qu'il ſoit eſcrit & ſigné du Teſtateur ; ou qu'il ſoit paſſé pardeuant deux Notaires, ou pardeuant le Curé de la Paroiſſe du Teſtateur, ou ſon Vicaire general, & vn Notaire, ou dudit Curé ou ſon Vicaire & trois teſmoins, ou d'vn Notaire & deux teſmoins, idoines, ſuffiſans, maſles, & âgez de vingt ans accomplis, & non legataires, & qu'il ait eſté dicté & nommé par le Teſtateur auſdits Notaires, Curé, ou Vicaire general ; & depuis à luy leu & releu en la preſence d'iceux Notaires, Curé, ou Vicaire general & teſmoins ; & qu'il ſoit fait mention audit Teſtament, qu'il a eſté ainſi dicté, nommé, & releu,

releu, & qu'il ſoit ſigné par ledit teſtateur, & par les teſmoins, ou que mention ſoit faite de la cauſe pour laquelle ils n'ont peu ſigner.

En l'Article 290.

SOnt tenus iceux Curez de bailler lettres de Vicariat general, & icelles faire enregiſtrer aux Greffes Royaux pour le regard des Paroiſſes aſſiſes aux villes où il y a Iuge Royal, & és autres lieux en la Iuſtice ordinaire d'iceux, auant que les Vicaires reçoiuent aucun Teſtament.

Non inualidantur Teſtamenta per Parochos recepta, licet religioſa legata in Eccleſiam, pauperes & alia pia opera contineant, modò nihil habeant, quod in recipientium fauorem vel parentum eorumdem commodum vel vtilitatem dirigi cognoſcatur.

In ipſis Teſtamentis diem, annum, nomen & cognomen, ac patriam Teſtatoris, nomen inſuper hæredis, ac executorum manſionem, & teſtium præſentiam, ordinem, & qualitatem, inſuper locum ſepulturæ cum exequiis debitis inſcribi Commentariis Eccleſiæ non iudicatur alienum à iure.

Nec cenſetur alienum ab officio Parochi, vt primâ Dominicâ cuiuslibet menſis publicè in Pronao admoneat Teſtamentorum executores, vt diligenter dicta Teſtamenta exequantur infra tempus à iure præſcriptum: circa quæ ſi negligentes ſe præſtiterint, denunciet ſe non habituros Deum propitium, & vt ſacrilegos cenſuris Eccleſiaſticis innodari, ex Synod. Carthag. 4. can. 95. Et ex Synod. Vaſen. 1. can. 4. qui Canones habentur 13. q. 2.

Seruet diligenter Parochus autographa ſeu minutas Teſtamentorum, quorum tranſcriptiones ſeu copias (vt dicunt) requirentibus tradet ſumptibus requirentis, cum omni tamen moderatione, procul à turpi lucro & inhoneſto aliena.

Forme de Teſtament François.

PArdeuant moy I. F Preſtre, Curé de la Cure & Egliſe Parochiale de Saint N. Dioceſe de Paris, fut preſent venerable & diſcrette perſonne, noble, ou honnorable homme (femme.) Icy faut adiouſter les qualitez & demeurances) eſtant au lict malade, ſain (ſaine) toutesfois de bon propos, memoire & entendement, comme il m'eſt apparu, & aux teſmoins cy-deſſous nommez. Lequel (laquelle) connoiſſant & bien conſiderant n'y auoir rien en ce monde plus certain que la mort, & rien moins certain que l'heure d'icelle, ne voulant deceder, ſans prealablement diſpoſer du ſalut & remede de ſon ame, & des biens qu'il a pleu à Dieu luy preſter, auroit fait, nommé, & ordonné ſon Teſtament & ordonnance de derniere volonté, en la forme & maniere qui enſuit.

Et premierement comme vn bon Chreſtien (Chreſtienne) a recommandé & recommande ſon ame, quand elle partira de ſon corps, à Dieu le Pere Tout-puiſſant, à Ieſus-Chriſt noſtre Sauueur & Mediateur, au Saint Eſprit, benoiſte Trinité en vnité de Dieu : à la glorieuſe Vierge Marie, enſem-

ble à toute la Communion des Saints, leſquels il (elle) prie & requiert vouloir eſtre interceſſeurs enuers Dieu le Pere pour la remiſſion de ſes pechez; à ce qu'il luy plaiſe par ſon infinie bonté, & par le merite de la mort & Paſſion de Ieſus-Chriſt ſon Fils, luy donner ſon Paradis.

En ſecond lieu, veut & ordonne toutes & chacunes ſes debtes eſtre payées, & torts faicts, ſi aucuns ſe trouuent, eſtre reparez & amendez par ſon executeur (executeurs, executrice) cy-apres nommé, (ou) nommez, nommée. Et ſi la volonté de Dieu eſt de le (la) retirer de ce monde, veut & ordonne ſon corps eſtre mis en ſepulture en l'Egliſe, Cemetiere, de Saint N. & que le iour de ſon treſpas, le lendemain, &c. ainſi que faire ſe pourra plus commodement, il ſoit dit & celebré pour le remede de ſon ame vn ſeruice complet.

Icy seront mis les Legs, & le reſte de ce que le Teſtateur voudra ordonner. Et pour eux executer, & accomplir le contenu au preſent Teſtament, a iceluy Teſtateur (icelle Teſtatrice) nommé & eſleu, nomme & eſlit noble (honnorable) hōme (femme) N. en ſingulier ou plurier, auec la qualité & demeurance, auquel (à laquelle) il (elle) a donné & donne pouuoir & puiſſance de cedit preſent Teſtament accomplir de point en point ſelon ſa forme& teneur: és mains duquel, de laquelle, il elle s'eſt démis & deſaiſi (demiſe & deſaiſie) démet & deſaiſit de tous & chacuns ſes biens, meubles, debtes & actions perſonnelles, iuſques à plain & entier ac-

compliſſemẽt d'iceluy. Reuoquant tous autres Teſtamens & ordonnances de derniere volonté qu'il (qu'elle) a,ou pourroit auoir cy deuant faites; Voulant que cette-cy tienne, vaille & fortiſſe ſon plain & entier effet. En teſmoin de ce i'ay ſigné & fait mettre le ſeel de ladite Egliſe de Saint N. à ces preſentes, qui furent receuës & paſſées ce .... iour du mois de .... l'an de grace mil .... Lequel Teſtamẽt a eſté diƈté & nommé par ledit Teſtateur, & depuis luy a eſté leu & releu és preſences de N. N.

Faut icy adiouſter les noms, ſurnoms, qualitez, demeurances & ſeings des teſmoins, apres auoir fait leƈture dudit Teſtament au malade, en preſence des deſſuſdits teſmoins.

Forme du Codicille.

ET le ...... iour deſdits mois & an ledit N. Teſtateur ſuſdit, en adiouſtant par forme & maniere de Codicille à ſondit Teſtament, a donné & legué, donne & legue à N C. demeurant à N.

Icy faut mettre les legs & choſes laiſſées.

Ledit legs fait en faueur & conſideration des bons & agreables ſeruices, qu'il luy a cy-deuant faiƈts, & eſpere qu'il luy fera encore cy-apres (ou en teſmoignage de l'affeƈtion qu'il luy a touſiours portée, ou choſe ſemblable.) Fait les iour & an que deſſus és preſences de N. N. teſmoins.

Faut en mettant les nom & ſurnom des teſmoins eſcrire quant & quant leurs qualitez, & le lieu de leur demeure.

De ſeparandis Leproſis à populo.

CVM quis probabili argumento ſeu coniectura de Lepra ſuſpectus fuerit, coram Officiali iuridicè citandus, & à Curato Parochiæ ægroti vnà cum matriculariis ſeu æditiuis, in eiuſdem domum Officialis procurandum eſt vt adducatur.

In quorum conſpectu à peritis Medicis & Chirurgis per omnes corporis partes viſitatus & examinatus,

Ab his ſi infectus iudicetur, Officialis Leproſum iuridicè pronunciabit à ſanorum hominum conſortio ſegregandum.

Die Dominica ſequente, populo congregato in Eccleſia ex ſacro ſuggeſtu per Vicarium aut alium Sacerdotem ſignificabitur, hæc omnia ſupradicta fideliter eſſe præſtita, & die tali adimplendos eſſe erga talem ſeparationis leproſi ritus.

Hæc verò expenſis Parochiæ fient, quas à Leproſo poſteà, ſi ſit ſoluendo, repetat Eccleſia.

Cùm dies autem adimplendæ ſeparationis Leproſi venerit, Parochus ſuperpelliceo & ſtolâ indutus, cum Cruce & aqua benedicta, ſubſequente populo (ſicuti in diebus proceſsionis fieri ſolet) habens præ manibus inſtrumentum ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici, ægrotum aſpergens aquâ benedictâ; primò blandis verbis & ſalutaribus conſolabitur, vt non deſpondeat animum, ſed apud ſe ſeriò cogitans cum patientiſsimo Iob, totam hominis vitam eſſe militiam ſuper terram; ſibi perſuadeat in omnibus Deo clementiſsimo patri eſſe parendum, qui de rebus humanis ita ſtatuit

& ordinat, sicuti magis expedire saluti eorum ex abyssis inscrutabilis diuinæ sapientiæ cognouit. Præterea sermone Christianam consolationem & charitatem redolente, proponet ægroto nullo debere affici mœrore seu cruciari mœstitia, si pro fraterna dilectione ac laudabili Christianorum consuetudine, quos Deo visum est eo morbi genere visitare; in posterum à consortio eorum qui sanei sunt, separentur: Ideò eum adhortabitur vt illum lubens sequatur Missam auditurus, Sacerdotalem benedictionem & salutaria documenta recepturus.

Ne huiusmodi processio vacua sit fructu spirituali, imò vt excitetur ad laudes Dei subsequentis populi deuotio, aliquid ex sacra Scriptura depromptum cantabitur, vt sunt Psalmi pœnitentiales, vel aliqua Responsoria, quæ ad excitandam pœnitentiam, vel ad implorandam Dei misericordiam plurimũ conducunt.

Vbi ad fores Ecclesiæ peruentum fuerit, iterum Parochus Leprosum asperget aquâ benedictâ: illique locum extra vel intra Ecclesiam (si tutò & commodè fieri poßit) designabit; vbi separatus ab aliis, Missam poßit audire, (quæ erit vt sequitur: vel de Tempore, vel de Festo occurrente, vel de Spiritu sancto, cum Orationibus pro infirmo, prout deuotio Leprosi postulauerit) in eaque communicare.

INTROITVS.

CIrcumdedérunt me gémitus mortis: dolóres inférni circumdedérunt me: & in tribulatióne mea inuocáui Dóminum: & exaudíuit de templo sancto suo vocem meam.

Pſalmus. Díligam te Dómine fortitúdo mea: Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberátor meus.

Orémus.

OMnípotens ſempitérne Deus, ſalus ætérna credéntium: exáudi nos pro fámulo tuo (vel pro fámula tua) pro quo (vel pro qua) miſericórdiæ tuæ implorámus auxilium, vt rédditâ ſibi ſanitáte, gratiárum tibi in Eccléſia tua réferat actiónem. Per Dóminum. ℟. Amen.

Léctio libi Regum. *4. Reg. 5.*

IN diébus illis: Miſit Heliſæus núntium ad Naáman príncipem milítiæ regis Syriæ, dicens: Vade & lauáre ſépties in Iordáne, & recípiet ſanitátem caro tua, & mundáberis. Irátus Naáman recedébat dicens: Putábam quod egrederétur ad me, & ſtans inuocáret nomen Dómini Dei ſui, & tángeret manu ſua locum lepræ, & curáret me. Numquid num melióres ſunt Abana & Pharphar flúuij Damáſci ómnibus aquis Iſraël, vt lauer in eis, & munder? Cùm ergo vertíſſet ſe & abíret indígnans, acceſſérunt ad eum ſerui ſui, & locúti ſunt ei: Et ſi rem grandem dixíſſet tibi Prophéta, certè fácere debúeras, quantò magis, quia nunc dixit tibi, Lauáre, & mundáberis? Deſcéndit & lauit ſépties in Iordáne, iuxta ſermónẽ viri Dei, & reſtitúta eſt caro eius, ſicut caro púeri páruuli, & mundátus eſt. Reuerſúſque ad virum Dei cum vniuérſo comitátu ſuo, venit & ſtetit coram eo, & ait: Verè ſcio quod non ſit álius Deus in vniuérſa terra, niſi tantùm in Iſraël.

℟. Miſerére mei Dómine quóniam infírmus ſum: ſana me Dómine.
℣. Conturbáta ſunt ómnia oſſa mea: & ánima mea turbáta eſt valde. Allelúia.
℣. Qui ſanat contrítos corde, & álligat contritiónes eórum.

In Quadrageſima, Tractus.

COmmouíſti Dómine terram tuam, & conturbáſti eam.
℣. Sana contritiónes eius, quia mota eſt.
℟. Vt fúgiant à fácie arcus, vt liberéntur eléċti tui.

Secúndùm Lucam. *Cap. 17.*

IN illo témpore: Dum iret Ieſus in Ierúſalem, transíbat per médiam Samaríam & Galilæam, & cùm ingrederétur quoddam caſtellum, occurrérunt ei decem viri lepróſi, qui ſtetérunt à longè, & leuauérunt vocem dicéntes: Ieſu præcéptor, miſerére noſtri. Quos vt vidit, dixit: Ite, oſténdite vos ſacerdótibus. Et factum eſt dum irent, mundáti ſunt. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundátus eſt, reuérſus eſt cum magna voce magníficans Deum. Et cécidit in fáciem ante pedes eius, grátias agens, & hic erat Samaritánus. Reſpóndens autem Ieſus dixit: Nonne decem mundáti ſunt, & nouem vbi ſunt? Non eſt inuéntus qui redíret, & daret glóriam Deo, niſi hic alienígena, & ait illi: Surge, vade: quia fides tua te ſaluum fecit.

Offertorium. Dómine exáudi oratiónem meam, & clamor meus ad te véniat.

Secreta.

DEus, cuius nútibus vitæ noſtræ moménta decúrrunt : ſúſcipe preces & hóſtias fámuli tui (vel fámulæ tuæ) pro quo (vel pro qua) misericórdiæ tuæ implorámus auxílium : vt de cuius perículo metúimus, de eius ſalúte lætémur. Per Dóminum noſtrum. ℞. Amen.

Communio. Rédime nos Deus Iſraël ex ómnibus angúſtiis noſtris.

Poſtcommunio.

DEus infirmitátis humánæ ſinguláre præsídium, auxílij tui ſuper infírmum noſtrum (vel infírmam noſtram) oſténde virtútem: vt ope misericórdiæ tuæ adiútus, (vel adiúta) Eccléſiæ tuæ ſanctæ incólumis repræſentári mereátur. Per Dóminum noſtrum.

Completo autem Miſſæ ſacrificio, proceſſionaliter eundo ad locum deſignatum cantetur litania, & præparata erit menſa ſumptibus conſanguineorum ſeu hæredum ipſius Leproſi, ſuper quam hæc erunt eo ordine diſpoſita, quæ poſteà modo qui ſequitur à Sacerdote benedicta tradentur Leproſo: Imprimis Tunica & Caligæ coloris leucophei (vulgò) de gris, Sotulares ſimplices, & Signum ſiue Crepitaculum (gallicè) Cliquettes, vnum Capitium, & vna Stragula, (gallicè) Houze, duplicia Linteamina, vnum Buſillum, vnum Infundibulum, (gallicè) Entonnoir, vna Corrigia, vnus Cultellus, vna Scutella: Domus inſuper debet eſſe parua, in ea Puteus, vnum Cubile ornatum lintea-

minibus, Ceruical, vna Arca, vna Mensa, vna Sedes, vnum Luminare, vna Pala, vnum Poculum, & alia necessaria. Cum autem appropinquauerit ad locum mansionis priùs asperso aquâ benedictâ Leproso & sacris populi precibus commendato. Psalmum Miserére Chorus decantabit. Quando autem Sacerdos stabit ad fores mansionis separationis Leprosi, ea illi omnia tradet insignia supra dicta, eáque Parochus hoc modo benedicet.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Sit nomen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEus, cuius verbo ómnia benedicúntur & sanctificántur, hoc humilitátis vestiméntum cum réliqua supelléctili benedícere ✠ & sanctificáre dignéris: vt fámulus tuus (vel fámula tua) his vti possit ad nóminis tui glóriam, & ad ánimæ corporísque sui salútem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde quando tradiderit ea omnia Parochus Leproso, prohibitiones faciet eo modo qui sequitur.

IE vous defends de iamais entrer en l'Eglise, Marché, Moulin, Fours publics, & en toute compagnie & assemblée de gens.

Item, ie vous defends de iamais lauer vos mains,

& toutes autres choses necessaires dedans fontaines ny ruisseaux de quelque eau que ce soit : & si vous voulez boire, prenez de l'eau auec vostre baril ou quelque autre vaisseau.

Item, ie vous defends desormais d'aller sans l'habit de Lepreux, afin d'estre connu des autres, & de n'estre deschaussé & pieds nuds que dedãs vostre maisõ.

Item, ie vous defends de toucher aucune chose que voudrez achepter en quelque lieu que soyez, sinon auec vne verge ou baston, afin que l'on connoisse ce que demandez.

Item, ie vous defẽds desormais d'entrer aux tauernes ou autres maisons, si voulez achepter du vin, ou prẽdre & receuoir ce que l'õ vous baille : mais faites que l'õ le mette dedãs vostre baril, ou autre vaisseau.

Item, ie vous defends d'auoir autre compagnie de femme que de la vostre.

Item, ie vous defends, en allant par les champs, de respondre à celuy qui vous interrogeroit, que premierement ne soyez hors du chemin au dessous du vent, craignant que n'infectiez quelqu'vn, & aussi que desormais vous n'alliez par vn chemin estroit, de crainte que ne rencontriez quelqu'vn.

Item, ie vous defends, si la necessité ne vous contraint de passer par vn petit chemin par les prez, de toucher les hayes ou buissons, que deuant vous n'ayez mis vos gands.

Item, ie vous defends de toucher les petits enfans, ny ieunes gens quels qu'ils soient, ny aussi de leur bailler, ny aux autres aussi chose quelconque.

Item, ie vous defends deſormais de manger ou boire aux compagnies, ſinon auec les Lepreux.

Poſteà Parochus dabit illi ſuam eleemoſynam, hortetúrque alios vt idem faciant, & deducat illum in Leproſariam præcedente Clerico Crucem & aquam benedictam deferente, populóque ſequente: & ingrediens domum, dicet Leproſus alta voce.

Hæc réquies mea in ſæculum ſæculi, hic habitábo quóniam elégi eam.

Poſtremo loco prohibebit Parochus omnibus, ne vllam illi verbo vel facto iniuriam inferant, quin potius memores humanæ conditionis & horrendi iudicij Dei, ei liberaliter in omnibus ſubueniant: conſanguineíſque vel cuſtodibus Eccleſiæ præcipiet, vt ipſi infirmo ſaltem triginta duarum horarum ſpatio, diligenter, aſſiſtant, ne propter vitæ nouitatem & inuſitatam ſolitudinem nimio mœrore confectus, in aliquod graue periculum mentis & corporis incidat. Erit prætereà notandum paruulos Leproſorum, non debere baptizari ſuper fontes, ſed ſupra piſcinam.

Si Leproſus in grauem morbum inciderit, & Eccleſiæ Sacramenta poſtularit, rem Deo gratam faciet Parochus ſi adminiſtret: ſi defunctus fuerit, ſepeliendus iuxta domunculam, & preces ſolemnes pro eo faciendæ, vt pro cæteris.

FIN.

De l'Imprimerie de PIERRE TARGA, Imprimeur ordinaire de l'Archeueſché de Paris, ruë S. Victor au Soleil d'or.

DECLARATIO SACRÆ CONgregationis Episcoporum, & Regularium, circa facultatem absoluendi à Casibus Sedi Apostolicæ, & Ordinario reseruatis.



SACRA Congregatio S.R.E. Cardinalium, negocijs & consultationibus Episcoporum, & Regularium, præposita, censuit; Per Confirmationes Priuilegiorum, quas Regulares à Sede Apost. post Sacr. Conc. Tridentinum obtinuerunt, nequaquam reuixisse Priuilegia priùs ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absoluendi à Casibus Ordinario locis reseruatis; Quemadmodum nec indulta absoluendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consueuit, vtpotè sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquisiuisse ex subsequentibus Priuilegiorum Confirmationibus: Ac proinde Regulares cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam necessariò exprimendi, nec intra, nec extra Italiam, in vim Priuilegiorum, aut Confirmationum eiusmodi, quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt, posse quemquam absoluere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reseruatis: Ac si secus egerint, absolutiones nullas, atque irritas fuisse, ac fore: Ab aliis verò Casibus, & Censuris Sedi Apostolicæ reseruatis, si quidem Regulares habeant à Sede Apostolica absoluendi facultatem; illam extra Italiam minimè sublatam fuisse iisdem Sacr. Congregationis Decretis hac de re editis iussu. san. me. Clementis VIII.

Quam Sacræ Congregationis sententiam Sanctitas Sua ad se relatam approbauit, mandauitque, ab omnibus, ad quos pertinet, inuiolabiliter obseruari. Romæ 17. Nouembris 1628.

F. A. Card. S. Onufr.

Loco ✠ Sigilli.

P. Fagnanus Secr.

Iuxta exemplar impressum ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cameræ Apost. M. DC. XXVIII.

REVOCATIO OMNIVM INDVLtorum quibusuis Religionibus, Societatibus, &c. quomodolibet concessorum audiendi Sæcularium Confeßiones absque Ordinarij examine, & approbatione.



RBANVS PAPA VIII. ad futuram rei memoriam. Cvm, sicut accepimus, aliquibus Religiosis quorundam Ordinum, seu Congregationum à Sede Apostolica indultum fuerit, vt Sacramentales personarum Confessiones audire valeant, etiamsi ab Episcopis Diœcesanis ad id examinati, & approbati non fuerint; nec desint, qui temerè asseuerent, hoc ipsum Priuilegium cæteris quoque aliorum Ordinum Regularibus competere, ex amplissimis Priuilegiorum communicationibus, quas ab eadem Sede Apostolica obtinuerunt, & hinc saluberrimum Sacri Concilij Tridentini decretum, desuper sancitum penitus euertatur; Nos huic malo opportunè prouidere volentes, De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio, omnia, & singula Indulta huiusmodi, audiendi Secularium Confessiones absque Ordinarij examine, & approbatione, quibusuis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, etiam Societatis IESV, Congregationibus, & Ordinibus, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium necnon Monachorum quorũcunque, etiam S. Benedicti, Cistercienfium, & Carthusiensium, ac etiam quibusuis Militiis, etiam Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani, ac quibuscunque Ecclesiis etiam Patriarchalibus & Metropolitanis, Monasteriis, cæterisque locis piis, siue eorum & earum respectiuè Abbatibus, Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, etiam Generalibus, vel Prouincialibus, Capellanis, Confessariis, aut aliis quocunque nomine nuncupatis Superioribus, & personis quibuscunque, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectis cuiuscunque dignitatis, præeminentiæ & conditionis existentibus, & quouis Priuilegio munitis, & tam ad supplicationem partium, quàm Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hactenus quandocunque & qualitercunque ex quauis, etiam de necessitate exprimenda, causa, & aliàs

quomodolibet concessa, Apostolica auctoritatē, tenore præsentium reuocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus viribúsque & effectu euacuamus, ac reuocata, cassa, sublata, abrogata, & annullata, viribúsque & effectu vacua esse, & fore; nec Religionibus, Societatibus, etiam Societati IESV, Congregationibus, Ordinibus, ac Militiis, & Eclesiis, Monasteriisque prædictis eorúmque Superioribus & personis quibuscunque in posterum vllo modo suffragari, minúsque illos, & illas, etiamsi de iis specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, indultis huiusmodi vti posse; Præsentes verò litteras, & in eis contenta, quæcunque etiam ex eo quod quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocunque defectu notari, impugnari, redargui, in ius, vel controuersiam reuocari, ad terminos iuris reduci, aut aduersus illas quodcunque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, & fore, suósque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere; Sicque per quoscunque Iudices Ordinarios, Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate; iudicari, & definiri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Priuilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, Ordinibus, Societatibus, & Congregationibus prædictis, eorumque Præpositis, Decanis, Magistris, Abbatibus, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, & aliis Superioribus, Capellanis, aliisque prædictis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem

quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus vbique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ; Quódque eædem præſentes literæ, ſeu illarum exempla ad valuas Baſilicarum ſancti Ioannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ affixa omnes ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimata fuiſſent. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris. Die xij. Septembris. M. DC. XXVIII. Pontificatus noſtri anno ſexto.

M. A. MARALDVS.

Anno Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo nono, Indictione duodecima, Pontificatus autem Sanctiſsimi D. N. Papæ Domini Vrbani diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius Sexto, Die verò lunæ octaua Ianuarij: Retroſcripta literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Baſilicarum ſancti Ioannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per nos Franciſcum Pignoccatum, & Pompeium Ciranum eiuſdem Sanctiſsimi D. N. Papæ Curſores.

Brandimartes Latinus pro Mag. DD. Cur.

Iuxta exemplar impreſſum ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. M. DC. XXIX.

Hæ duæ Bullæ fuerunt additæ iſti Manuali, de Mandato Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopi Pariſ.





INDEX EORVM QVÆ IN hoc Rituali continentur.


V

Index Ritualis.

PRIVILEGE DV ROY.



OVIS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauare : A nos amez & feaux Conseillers les gens tenans nos Cours de Parlemens, Maistres des Requestes de nostre Hostel, Baillifs, Seneschaux, Preuosts, leurs Lieutenans, & tous autres nos Iusticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut. Nostre bien amé PIERRE TARGA, Imprimeur ordinaire de l'Archeuesché de Paris, & de l'Euesché de Meaux, nous a fait remonstrer que nostre amé & feal le sieur Archeuesque de Paris, luy a mis entre les mains la coppie d'vn Liurre intitulé *Rituale Parisiense*, qu'il a nouuellement fait composer pour son Diocese, mais par ce qu'il craint que quelques Imprimeurs, Libraires ou autres personnes se preualent de son trauail & de sa despense, faisant imprimer le mesme Liure, comme l'on a fait cy-deuant, ou d'autres portans le mesme tiltre, il nous a sur ce requis nos Lettres de Priuilege à ce necessaires. A ces causes desirant fauorablement traicter ledit exposant, afin qu'il ne soit frustré de son trauail, luy auons permis & permettons par ces presentes, par preferance à tous autres, d'imprimer ou faire imprimer ledit Liure, en tel marge & caractere que bon luy semblera, vendre & debiter dans toutes les terres de nostre obeïssance, & ce durant le temps & espace de cinq ans, à compter du iour qu'il sera acheué d'imprimer. Deffendons à tous Imprimeurs & Libraires, tant de cette ville de Paris que d'autres, & autres personnes de quelque qualité qu'ils soient, de faire imprimer, vendre & debiter ledit Liure, sans le consentement dudit Targa, soit que l'on le face imprimer sous le nom d'autres Dioceses, ny mesme de faite r'imprimer les anciens qui ont esté cy-deuant imprimez, sans le consentement dudit exposant donné par escrit, sur peine de confiscation des exemplaires, des Presses, & Caracteres qui auront seruy à l'impression dudit Liure, & de prison, & de quinze cens liures d'amande payable sans deport, tant par vente de biens qu'autrement, applicable vn tiers à l'Hostel-Dieu de nostre bonne Ville de Paris, & le reste à l'exposant, à la charge de mettre deux exemplaires dudit Liure en nostre Bibliotheque, auant que de les exposer en vente, à peine de nullité des presentes. Vous mandons que vous faciez iouïr plainement & paisiblement ledit exposant du contenu en cesdites presentes, & ceux qui auront droit de luy, sans permettre qu'il leur soit fait aucun trouble ny empeschemẽt: Voulons



qu'en mettant au commencement ou à la fin dudit Liure vn extraict des presentes, elles soient tenuës pour signifiées, & que foy soit adioustée aux coppies d'icelles, collationnées par vn de nos amez & feaux Conseillers & Secretaires, comme à l'original: Mandons au premier nostre Huissier ou Sergent sur ce requis, faire pour l'execution des presentes tous Exploicts requis & necessaires, sans demander aucun congé ne pareatis: Car tel est nostre plaisir. Donné à Paris le trentiéme iour d'Aoust, l'an de grace mil six cens quarante-cinq. Et de nostre regne le troisiéme.

Par le Roy en son Conseil,

SYMON.

LEdit Targa en l'impression dudit Rituel a associé auec luy Louys Boulanger, Marchand Libraire, comme il est plus amplement porté par l'accord fait ensemble.

Le present Rituel a esté acheué d'imprimer le quatriesme iour de Ianuier mil six cens quarante-six.

2-3-3





